7 tis, á quo ſunt ei deriuata, & velut inſita, diuina auxiliãte & cooperante gratia, omnia prædicta, & animi circa Deum, & Religionis, & Fidei, & ſanctæ Catholicæ Romanæ Eccleſiæ defeſionem, egregia magnitudo.

Deinde prædictus Rex Ioánes Primus cõputationem annorum à Ieſu Chriſto nato fieri decreuit, & non ab æra Cæſaris, vt antea in Caſtellæ regnis fiebat, vt traddit Couarr. lib. 1. variarum, cap. 12. n. 3. ad finem. Vbi conſtituit differentiá computationis inter prædicta

dictam Cæſaris æram, & annos à Natiuitate Domini, quæ differt triginta & octo annis, qui ſunt ante aduentum Domini computando ab æra Cæſaris.

9 Vſus vero, & laudabilis conſuetudo deferendi Sacram Euchariſtiam, & Corpus Domini noſtri IESV Chriſti infirmis originem habuit poſt annum Domini trecenteſimum, de quo extat inſigne teſtimonium Concilij Niceni,
10 Canone 14. alias, 18. quod refert, & declarat doctiſsimus Cardinalis Robertus Belarminus ſanctæ Religionis Societatis IESV, magnum decus, 3. tomo de Sacramento Euchariſtiæ, lib. 4. cap. 4. fol. 598. vbi *inquit*; In eodem Niceno extat Canon 13. & quidem in omnibus editionibus, in quo Patres iubent, vt ſecundum antiquam regulam in mortis articulo nemini denegetur ſacra communio, qui Canon ſæpe poſtea renouatus fuit in Concilijs poſterioribus. Certum eſt autẽ, ægrotos in articulo mortis exiſtentes ad Eccleſiam venire non poſſe, plura quidem eodem cap. 4. alia adducit notatu digna teſtimonijs Patrum in comprobationem, & defenſionem veritatis ſanctiſsimi Sacramẽti Euchariſtiæ, quæ pius, & deuotus lector videre poterit. Et capit. 24. eodẽ lib. 4. pluribus rationibus, & auctoritatibus concludit, non pugnare cum diuinis literis, ſeu cum Chriſti mandato cõmunionem ſub vna ſpecie, refertq; conſuetudinem antiquæ Eccleſiæ, & quæ atinẽt ad noſtrũ intentũ, & vt tã ſancta, & antiqua traditio omni conatu, & viribus veneretur, inquit idẽ Cardin. fol. 678. Quartus erat cõmunicatio ægrotorum, quæ vt plurimum fiebat ſub vna tãtum ſpecie, ſcribit Euſeb. lib. 6. hiſt. c. 36. Epiſt. Dionſij Alexãdrin, &c. Et c. 25. fol. 686. ad finẽ, doctiſsimus, & pius vir aliã ſuã doctrinã inſinuat di-
11 cens. Reſpõdeo; Mirabilis eſt prouidẽtia Dei in ſanctis literis, nã vt non haberẽt *Hæretici iuſtã excuſationẽ*, ſuſtulit eis omnẽ tergiuerſandi occaſionẽ. Nã Lucas, *illud Hoc facite*, poſuit poſt datum Sacramẽtum ſub ſpecie *panis*, poſt datum autẽ calicẽ, illud nõ repetiuit, vt intelligeremus, iuſſiſſe Dominũ, vt ſub ſpecie panis omnib⁹ diſtribueretur Sacramentum, ſub ſpecie autẽ vini nõ. Itẽ, & totum integrum ſub qualibet ſpecie ſumi, eſt firmiſsimè tenendũ iuxta Cõcilij Trident. ſeſsionẽ 21. c. 3. vbi inquit, quo ad fructum atinet nulla gratia neceſſaria ad ſalutem eos defraudari, qui vnam ſpeciem ſolam accipiunt.

Prædicta non egrediendo limites materiæ noſtræ legis adduximus, vt intelligatur quãtis, & qualibus ſanctiſsimis cauſis vniuerſi Chriſtiani fideles teneantur cõmitari, & vt melius dicam, Domino noſtro IESV Chriſto ſeruire, quando eius ſanctum, ac ſanctiſsimũ Corp⁹ infirmis defertur,

eiſq; miniſtratur, & quare ſit ſub
ſola ſpecie panis, & ratio, quare
12 idem Corpus Chriſti Domini ele-
uatur; & cum ad infirmos defer-
tur, eſt cum lumine, aſsignatur ab
Abbate, *in* capit. ſane de celebra-
tione Miſſarum, in principio,
vbi inquit; Fit enim non ad efu-
gandum tenebras, ſed ad deſig-
nandum, quod ipſe eſt candor lu-
cis æternæ.

13 Sunt etiam pulcherrima ver-
ba diui Auguſtini de verbis Euan-
gelij, quem egregie loqutum de
*participatione* Corporis Domini
teſtatur Cardinalis Cæſar Baro-
nius, tomo primo, anno Chriſti
57. Petri, 13. Neronis primo, nu.
146. inquit ita Auguſtinus loquē-
do de ſanctiſsimo Corporis, &
Sanguinis Domini noſtri IESV
Chriſti Sacramento, quando mā-
ducatur reficit, ſed non deficit,
non ergo timeamus fratres man-
ducare iſtum panem, ne fortè fi-
niamus illū, & poſtea quòd man-
ducemus, non inueniamus, man-
ducetur Chriſtus, viuit manduca-
tus, qui ſurrexit occiſus, nec quā-
do manducamus, partes de *illo* fa-
cimus, & quidem in Sacramento
ſic fit, & norunt fideles, quemad-
modum manducet carnem Chri-
ſti, vnuſquiſque accipit partem
14 ſuam, vnde & ipſa gratia partes
vocatur, per partes manducatur,
& manet integer totus. per par-
tes manducatur in Sacramento,
& manet integer totus in cœlo,
manet integer totus in corde tuo.

Sumpturis (inquit Baronius) Sa-
cram Euchariſtiam tabellæ quæ-
dam apponebantur velut menſu-
læ, ſicut hodie linteamina. De his
tabellis Ioānes Chriſoſtomus me-
minit homilia 61. ad populū An-
tiochenum, & diuus Iuſtinus Mar
tyr, quem refert idem Baronius,
eodem anno Chriſti, 34 numero
55. ſic ait. Porro alimentum hoc
apud nos appellatur Euchariſtia,
quod nulli alij participare lici-
tum eſt, quam veram eſſe noſ-
tram doctrinam credenti laua-
cro propter remiſsionem pec-
catorum, & regenerationem a-
bluto, & ita vt Chriſtus traddi-
dit viuenti. Plura alia etiam re-
tulit ex noſtratibus Marcus An-
tonius Cuchus libro 5. Maio-
rum inſtitutionum. titul. 5. num.
primo, vbi inquit. Quod ani-
mam hoc Sacramentum educat,
firmat, impinguat, & numero
120. *Sumentes* illud debere eſſe
ieiunos, niſi inſtante neceſsita-
te mortis, periculumque timea-
tur.

Sed quidem minor cum ſit in-
15 tegrum iam officium ſanctiſsimi
Sacramenti, quod eſt recitandum
à veſperis feſti Corporis Chriſti,
vſque ad eius octauam, vbi plura
deuotione, & Chriſtiana pieta-
te plena inſeruntur, quod qui-
dem officium vnaquaque hora
prædicti octauarij recitandum
impreſſum eſt Matriti, anno,
1612. hoc titulo adhibito. *Offi-
cio de la Sacratiſsima Feſtiuidad*

*de el*

*del Corpus Chriſti, y ſu Octaua.* ex auctoritate, & licentia Domini Martini à Corduba Prioris, Domini oppidi de Iunquera de Ambia, Sanctæ Cruciatæ, & omnium gratiarum commiſſarij Generalis mihi colendiſsimi, ad quod opus lector occurrat. Plura enim ad vitæ ſpiritualis ſolacium, & ſacroſanctæ Euchariſtiæ contemplationẽ in eo annectuntur.

*PRO EXPLICANDA vero noſtri textus materia ſuperſt videre, qui excuſantur ab eius præcepto, & pœna.*

16 ÆTATE ingraueſcenti excuſatur quilibet, argumento textus in l. manifeſti iuris. C. qui ætate, vel morbo ſe excuſant, cum adductis à Ioanne Garcia de nobilitate, Gloſſa, 48. §. 1. quæ autem ætas ſit relinquenda boni viri arbitrio, argumẽto legis primæ ff. de iure de liber. tametſi quinquageſimum annum conſtituat dicta lex manifeſti iuris, ibi. Maiores quinquaginta annis inuitos ad munera perſonalia vocari non poſſe, hæc etiam ætas eſt conſtituta ad excuſationem tributorũ, munerumq; perſonarum, & Realium, in Indis huius regni del Piru.

17 Neque tædeat doctum virum Iureconſultum Hiſpanum, ſiue Iudex, vel Aduocatus ſit, cum agamus de rebus huic regno atinentibus, cum ſint ſub dictione, & poteſtate Regis noſtri Hiſpaniarum. Tum etiam, quia omnia

18 perfunctoriè, & ex profeſſo ſcire conuenit, & ab exteris, & alienigenis plura ſtatuta ciuitatum Italiæ, & aliarum nationum paſſim explicantur, & adducuntur, vt videre eſt apud Menochium in tractatu de arbitrarijs, & alijs pluribus. Ideo ſi conſuetudines, & leges Indiarum adduxerimus, deſeruiet neceſsitati eorum, qui in eis adſunt, & curioſitati in eis non degentibus, & forſam omnium vtilitati. Tũ maxime, quia

16 vnaquæque prouincia ſuo ſenſu abundat, cap. certificari, de ſepulturis. Vbi Gloſſa, & Doctores. Stapuleus in tractatu de gratijs expectatiuis. §. videndum n. 17. tradit Alexander in lege, etiã C. de iure dotium, & Regnum harum Indiarum Occidentalium

20 adauctum Regnis Caſtellæ, & Leonis eiuſdem legibus ſubijcitur, & gubernatur, quæ ſancitæ fuerunt in prædicto Regno Caſtellæ, nam adiunctum fuit caſu primum fortuito, deinde bello, ex Alexandro in lege, ſi ex toto, notabili 3. de legatis. 1. idem Alexand. conſ. 168. lib. 2. Iaſon. in lege finali. C. de verbor. ſignificatio. Michael de Aguir. in Apologia pro Rege noſtro Philippo, 4. par. num. 55. quos refert, & ſequitur Ioannes Garcia de expenſis, capit. 22. num. 22. & bene explicat more ſuo. Et ad regimen earumdem legum vltra adducta per Ioannem Garciam eſt tex-

tus in §. finali, inſtantia de ſatis dationibus in fine. ibi, neceſſit omnes prouincias caput omnium noſtrarum ciuitatum, id eſt hanc Regiam vrbem, eiuſque obſeruantiá ſequi, & eſt doctrina Bartoli in leg. ſi cóuenerit, §. ſi nuda ff. de pignor act. actione, & præ ceteris Guido Papæ deciſ. 265. vbi plura, & alibi latius dicam.

Excuſatur etiam in caſu noſtræ legis infirmus, nam aduerſa valetudo excuſat, neque vlla honeſtior excuſatio non ſolum ab hac obligatione, verum ab omni munere publico, & priuato. Iaſſon. in l. ad ægregias ſuper Gloſſa. ff. de iure iurando. Aliàs & Felinus in capit. quoniam frequenter, vt lite non conteſtata, & pro teſtibus excuſandis ſi ſint infirmi veniant teſtificaturi. eſt lex 35. tit. 16. par. 3. cum adductis a Ioanne Garcia de nobilitate, Gloſſa 48. §. quinto.

22 Deinde ex conſuetudine rationabili iam diu obſeruata, excuſantur iudices, dum aſsiſtunt iuridicendo, Doctores legendo, fabri maleantes, ſartores, ſutores, & alij, qui cum officijs ſuis vacant, defertur ſanctiſsimum Sacramentum, vt in viaticum ſummatur ab infirmis. Tametſi ex mente legis noſtræ, & eius verbis, cótrarium dicendum eſſet. ibi. *O otros qualeſquier Chriſtianos vieremos, que viene por la calle el Sanctiſsimo Sacramento de el Cuerpo de nueſtro Señor, que todos ſeamos tenudos de lo acompañar haſta la Igleſia, de donde ſalio.* Sed quia ſæpe eſſet maxime in pauperibus, & alijs miniſtrantibus officia ad victum, & obligationem difficile ea deſerere iuſtis de cauſis eſt cenſendum, eos excuſatos, prout generali conſuetudine fit, quamuis laudabilius eſſet, vt omnes comitarentur Corpus Domini prout ſæpiſsime fit maxime in hac Limenſi ciuitate, vt ſaltim dicam.

23 Pari, maiori ratione ſacri Euágelij concionatores, dum in concione ſunt, clerici dum diuina miniſtrant, excuſantur, ex dicta generali, & rationabili conſuetudine, quæ plures continet excuſationis rationes.

24 Et ſi lex noſtra tam viros quá fœminas cóprehendat, ibi. *Otros qualeſquier Chriſtianos*, quia ſemper ſexus maſculinus continet fœmeninum, lege, quid vos, ff. de Legatis, 3. & lex debet eſſe generalis, omnes perſonas comprehendens, lege 1. ff. de legibus, l. 3. C. illo titul. capit. cum omnes de conſtitutionibus, quod non eſſet, ſi contineret viros, & hoc nec dum de iure poſitiuo, ſed diuino, vt ex Hieremia, capit. 10. *Quis timebit te, o Rex Gentium*, & Pſalmo. 23. *Quis aſcendet in montem Domini*. Adducit Rebufus in l. 1. de verborum ſignificatione, n. 10. & in cóſtitutionibus Regijs qualis eſt noſtra, comprobat idem Rebufus in eadem lege fol. 13.

Hoc

25 Hoc tamen fallit, quando qualitas maſculini ſexus non conueniret mulieribus in materia differenti, & conuenienti viris, vt in poſtulationis munere, à quo arcentur fœminæ lege prima. §. ſexum. ff. de poſtulando propter calfurniam. Rebufus vbi ſupra. colum. 14. vitium quidem fuit perſona illius, ſed quod profectum eſt à ſexu, nec arcentur fœminæ à poſtulando, quod calfurnia ob impietatem, & impudentiam ſuá arcenda fuerit, ſed quia viſum eſt, contra ſexus verecundiam eſſe, vt fœminis poſtulare concederetur. Ita conſiderat, & decidendi rationem aſsignat Antonius Faber in rationali ad illum. §. ſexum. Vidi namque ipſe plures mulieres calfurnia peiores, dum ſuis litibus adſunt, & ideo prohiberi deberent, ne aloquerentur iudices, vel partes, ſed per Aduocatos, & Procuratores cauſas agerent.

Denique, quia lex noſtra continet diuerſam rationem, & pœnam in viris, quam in fœminis, ex eius mente, & ratione contentas fœminas nó eſſe iudicandum ex Rebuſo ſic reſoluente, vt quãdo ſubeſt diuerſa ratio, genus virorum non comprehendit fœminas in dicta l. 1. columna. 15. vbi plura exempla adducit in tutella, quæ non ſit filij, vel nepotis, cum non ſit eadem conditio in muliere quæ in viro. Baldus in lege vltima. C. de verborum ſignificatione. Curtius conſil. 9. Tum etiam propter honeſtatem, & vitanda ſcandala, & peccandi occaſiones, quæ ex concurſu virorum, & mulierum ſimul congredientium oriri ſolent.

26 Ex quo iuſtiſsime, vt audiui, in Eccleſiarum Italiæ tẽplis ſunt ſeparatæ, & nimis diſtinctæ virorum, & mulierum ſedes, quod in Cathedrali huius ciuitatis Regum, & Societatis Ieſu Collegio eſt iam introductum, & vbique fieri deberet, & eſt iam prouiſum per legem 1. hoc. titul. 2. lib. 1. Recopilationis.

27 An vero lex noſtra obliget ad peccatum mortale, & qualiter ſit hoc intelligendum, videndus eſt ex noſtratibus Nauarrus in Manuali. capit. 23. vbi diſertiſsime ex nume. 48. & eius reſolutionibus iudicandum eſt non obligare tunc maxime, quia non fuit Legiſlatoris animus, vt ad mortale obligaret, cum pœnam pecuniariá appoſuerit. Videndæ ſunt rationes à Nauarro adductæ, & plura, quæ optime refert vbi ſupra, quia magiſtraliter agit de obligatione legis, & quando ſit ad mortale, vel non.

Didacus Perez, & Azeuedo hic n. 15. quærunt, An delinquẽs confugiens ad Corpus Domini gaudeat immunitate Eccleſiæ, & quæ ſit ratio differentiæ, inter ſummentem, qui non gaudet, & confugientem, cui competit immunitas reſolutiue; itaq; indubi-

tate eſt tenendum, & abſque du-
bio in caſibus non exceptis fugiẽ
tem ad Corpus Domini dum ad
ægrotos defertur, gaudere immu
nitate, vt poſt Gloſſatores hic An
tonium Gomez 3. tom. varia-
rum capit. 10. n.1. & cap.19. n.6.
in fine. Plaça de delictis, lib.1. c.
34. num. 16. Menchaca. lib.3. de
teſtament. §.22. num. 55. Trad-
dit Curia Philippica 3.p. §. num.
8. licet dubitet Couarr. lib.2. va-
riarum. cap.1. n 6. ſed ab eius du
bio eſt recedendum, quia prop-
ter *quod vnum* quodque tale, &
illud *magis*, vt bene, & *pie conſi-*
derat Autor Curiæ Philippicæ
vbi ſupra. Tamerſi vulgari idio-
mate ſcripta huius libri ſint, con-
digne quidem allegari debent, &
eorum æſtimatio fieri à viris do-
ctis propter eius breuẽ, & genui-
nam reſolutionem, & ab indo-
ctis, quia multa compendioſe ve-
ra, & ſolida adiecto autore addiſ
cent, quem cum ipſe agnouerim
& pertractauerim, qui nec Baca-
laureus eſt, ſed ſine gradu, prædi
ctum librum, & alium optimum
congeſsit, & patrocinium præſti-
tiſſe, in arduis pluribus cauſis, in
quibus obtinuit, viderim eum au
toritate dignum, & in allegatio-
nibus veracem inuenio, vt eius
breues reſolutiones allegẽtur, &
in iudicando, & conſulendo ad-
duci poſsint. Pro complemen-
to tamen huius capitis, vt omnes
fideles, in quantum eis poſsibile
ſit, ſanctiſsimo Euchariſtiæ ſacra
mento humiles ſerui ſint, & ver-
bo, & opere hoc muneris ſuſcep-
ti obſequiũ adimpleant, referre
libuit vulgari ſermone, vt omni-
bus ignoteſcat. Que en eſta ciu-
32 dad de los Reyes del Piru llama-
da aſsi, por auerſe ganado el dia
de los Santos Reyes. Y por otro
apellido Lima, por eſtar en el ſi-
tio, adonde fue fundada, vn rio,
y vn Cacique deſte proprio nom
bre, ſe frequenta con muy gran-
de cuydado por todos los fieles
della el acompañar el ſanctiſsi-
33 mo Sacramento del cuerpo y ſan
gre de nueſtro Señor Ieſu Chriſ-
to, quando ſale ſu Mageſtad alos
enfermos a todas horas. Y tam-
bien con gran frequencia, y apa-
rato de cera blanca en hachas, y
candelas, y muſica de chirimias.

Aſe acrecentado mucho, deſ-
pues que ſe aſſento la Hermãdad
y congregacion de los eſclauos
deſte Señor del cielo y de la tier-
ra, con eſpecial cuydado del Se-
ñor Don Bartolome Lobo Guer
rero digniſsimo Arçobiſpo deſ-
ta ciudad.

El fruto, y premio deſte ſerui-
cio, y de auer pueſto muchas Cru
34 zes enlas calles, ſe à viſto por ex-
periencia, porque por la bondad
de Dios nueſtro Señor la dicha
ciudad, que de antes ſolia ſer a-
fligida con terremotos de la tier-
ra, que aca ſe llaman temblores,
a que eſtà muy ſubjeta ſegun ſu
Clima, no los padece, ni hambre,
ni eſterilidad defrutos, antes mu-
cha

cha abundancia, y conſeruada ſalud ſin peſte, ni enfermedades, que en otras ciudades del miſmo Reyno an afligido, y afligen (quando eſto ſe eſcriue) grauemẽte. Regi ſæculorum immortali, & inuiſibili ſoli Deo honor, & gloria in ſæcula ſæculorum: Amen.

( )

## CAPVT. II.

1 *Feriæ vnde dictæ. n. 1.*
2 *Eccleſia ferias ſolet dicere dies non feſtiuos.*
3 *Feriæ à ferendis epulis in alia ſignificatione dictæ.*
4 *Platonis ſententia circa feſtos dies, & eorum rationem.*
5 *Feriæ ad requiẽ ex iure diuino. Gen. 20.*
6 *Romani dies omnes, aut feſtos, aut infeſtos, vel intercisos vocabant, eorumque ſignificatio refertur ex Macrobio, & Petrõ Gregorio alia diuiſio. n. 12.*
7 *Diuiſio feſtorũ apud Chriſti fideles in mobilia, & immobilia.*
8 *Dominica dies ſancta Sabbathum Iudeorum feſtũ antiquauit, quia Dominica ſurexit Chriſtus Dominus à mortuis.*
9 *Dies Dominica ad quid inſtituta?*
10 *Non eſt in ea ieiunandum.*
11 *De alijs feſtiuis diebus in honorem ſanctorum, & refertur diui Auguſtini ſentẽcia.*
12 *Sancti viri memoriam noſtri apud Deum faciunt, eumque pro nobis deprecãtur poſt quam ab hac vita deceſſerunt.*
13 *Alia Romanorum feſtorum diuiſio iuxta Romuli, & Numæ Pompilij inſtitutum ex Aulo Gelio.*
14 *Cõpitalia, & Nouẽdalia, & Fornacalia feſta quæ apud Romanas gentes.*
15 *A Nouandalijs originem habuerunt las que agora ſe llaman de Nouenas.*
16 *Faſti, & Nefaſti, quĩ ex Ouidio.*
17 *Feriæ repentinæ erant, quæ propter magnam rem geſtam, aut propter repentinum, & aduerſum caſum, celebrabantur, vel ob memoriam alicuius memoriæ,*
18 *In ciuitate Regum del Peru fuit magnus terræmotus anno. 1586. die nona Iulij.*
19 *Quapropter ex communi voto eiuſdem Reipublicæ patrocinium feſti viſitationis Deiparæ Virginis Mariæ eſt electum.*
20 *Alius magnus terræmotus die 19. menſis Octobris, anno. 1609. & alij nouem terræmotus eadem nocte.*
21 *Verba notanda ex vita Iuſtiniani propter reparationẽ ciuitatis Antiochenæ deſtructam terræmotu, anno, 530.*
22 *Iuſsit Iuſtinianus Imperator in valuis ſingularium Domum ciuitatis Antiochenæ apponere, Chriſtus nobiſcum, ſtate quo ſedatus eſt terræmotus.*
23 *Hæc eadem conſcripta in dicta ciuitate Regum, & alia verba ſancta, & deuotiſsima, quæ referuntur, quæ vtiliſsima ad ſedandos terræmotus experientia comperimus, fuiſſe.*
24 *In feſtorum à Romanis in dictis proſequtione alij erant, quæ publicam vtilitatem, & priuatum commodum reſpiciebãt, quæ dicebantur Senatores.*
25 *En lugar de las fieſtas, que refiere el numero precedẽte, ſucedieron los toros, juegos de cañas, juſtas, y torneos.*
26 *Feſti dies particulares familiarum, que ſon oy los de combites, y banquetes, y entre Indios del Peru, las comidas, que comunmente ſe llaman Borracheras, in quibus plurima damna interueniunt.*
27 *Nundinæ an ſint feriæ.*
28 *Regia lex 25. tit. 21. recop. quæ prohibet Agricolas in carcerari certis temporibus, quibus menſibus in Regia Chancellaria Limæ practicetur.*
29 *Dies ſemiferiati qui?*
30 *Præceptum feſtorum, quæ ex parte morale eſt, eſt iuris diuini, naturalis, & poſitiuũ.*
31 *Comprobatur idem, & iuris diuini eſſe ex ſententia, & autoritatibus, quas adducit Cardinalis Belarminius, quem & Couarr. ſequi debemus, & non opinionem Nauarri.*

32 *Non ſolum autoritate, ſed etiam ratione probatur prædictum Axioma Catholicum ſupra relatum, & eſſe de iure Diuino feſta, quæ celebrãtur á ſanctã Catholica Romana Eccleſia.*

33 *Epiſcopi poſſunt indicere feſtum alicuius ſancti in ſuo Epiſcopatu, dummodo ſit canonicatus ab Eccleſia, & non aliter.*

## CAPVT. II.

# DE OBSERVAtione feriarum, & feſtorum, & vacatione in eis ab operibus ſeruilibus, & laboribus.

1 FERIAS teſte Antonio Theſaurio, deciſ.39. num. 11. à ferendis victimis nomen habuiſſe docet Feſtus libr.6. Fari enim tempore, quo feriæ celebrabantur, nefas erat, quas etiã à Forenſium negociatione nomen obtinuiſſe, probare videtur tex.in l.
2 Diuus.ff. de ferijs, hinc feriari, & feriati dies. Sancta Romana Eccleſia contrario nomine feriatos dies vocare ſolet, quandoq; non ſolemus. Vnde feria 2.3.& 4.&c. quod quando inſtitutum fuerit, ſcribit Polidorus Virgilius de rerum inuentione, lib.6. cap. 5. Nomen itaq; feriarum quoad præce-
3 dentem ſignificationem dictum fuit prædictis diebus à ferendis epulis, cuius ethimologia conuenit in hac ſignificatione, plene de his feſtis agit Præſes doctiſsimus, & inſignis Couarr.lib. 4. variar. reſolutionum, cap.19. Ommiſsis autem eius concluſionibus, de quibus aliqua infra dicemus, repetenda eſt Platonis ſententia lib. 2. de legibus, quam adducit Petrus Gregor.lib.1.ſingra
4 matũ,cap.16.n.1. Antonius Theſaurus dicta deciſ.39.n.4.

Plato inquam tradit Deum, genus hominum, laboribus natura præſum, miſeratum, aut abs re in laborum remiſsionẽ ſolemnia illis ſacra, feſtaq; in ipſorum Deorum honorẽ inſtituiſſe, & ait Stobeus; Vita ſine feſtiuitatibus longa eſt, via ſine diuerſorijs ſumma Dei prouidentia, & etiam ſequta humanæ experientiæ neceſsitatis, dies quoſdam ab opere conſueto quieſcentes conſtituere, & humanam hanc laborum infirmitatem à laboribus aliquando recreare, vt non in via defficeret, vtq; terreſtribus ſudorib⁹ intermiſsis, animus ad maiora, & cœleſtia conſideranda raperetur, vt eum à tempore, quo labore addictus eſt in peccati vltionem agnoſcerit, veneratur & placaret. Quod quidẽ imprimis docuit exẽplo ipſe Do-
5 minus Deus cum per ſex dies, vniuerſaq; cœlo, mariq; cõtinentur; creauit, & requieuit die ſeptimo, vt conſtat Geneſis cap.2. qui ideo dicitur Sabbathum, hoc eſt quies, quod attinet ad Romanas gentes ex Macrobio lib. 1. Saturnalium. capite. 16. tradit idem Petrus Gregorius d. cap.15. n.2. annum in

in menſes, menſem in dies diſtri-
buit, dies autem, aut feſtos, aut
6 profeſtos,aut interciſos vocari ex
Numæ diſtributione. Feſtos dijs
dicatos, profeſtos hominibus ad
rem publicam, & priuatam geren
dam interciſos, deorum, homi-
numq́; communes, feſtis inerant
ſacrifitia, epulæ, ludi, feriæ pro-
feſtis diebus facti comitiales. Plu-
raque etiam notatu digna refert,
quod vero ad noſtrum intentum
attinet, eſt apud nos, qui Chriſ-
tum Dominum, & Deum adora-
mus, ſtatuti dies feſti plures ſunt;
7 Vocantur namq; feſta immobilia
& mobilia; immobilia, vt dies Do
minicus, qui Sabbathum Iudeo-
rum feſtum antiquauit, quo qui-
dem die Dominico ſurrexit Do-
minꝰ noſter Ieſus Chriſtus à mor
8 tuis, ſeptenis recurrens ſingulis
diebus,in quo dáda eſt opera him
nis, & Dei laudibus omni labore
9 corporis remiſſo,vt nec eo die ie-
iunandum ex capit. ieiunium, &
10 cap. ſequenti de conſecrat.p.3.

Sunt & alij feſtiui dies certis tẽ
11 poribus conſecrati in honorem
Dei, & miſteriorum eius, & in
venerationem Martyrum, alio-
rumq; Sanctorum eius, vt & ipſi
apud Deum noſtri memores ſint.
Vnde, & á diuo Auguſtino vo-
cantur Memoriæ Martyrum, lib.
12. de ciuitate Dei, cap.10. & Ca
tholica ſancta Mater Romana Ec
cleſia tenet, & credit, pios, & ſan
12 ctos viros, & ſi ex hac vita deceſ-
ſerint, tamen memoriam noſtri
facere apud Deum, à nobis inter-
pellatos, vt ſe facturum poſt obi-
tum Beatus Petrus dixit 1. Petri.
cap. 1. Et ſic ex veteri, & nouo te-
ſtamento ſatis conſtat, Pſalm. 31.
Pro hac orabit ad te omnis ſan-
ctus eius.

Romanis itaque (vt de eorum
antiquitate tractemus) & cæteris
13 gentilibus. Feſtus dies erat, quo
hoſtiæ cedebantur, & dijs ſacrifi-
cabantur, iuxta Romuli, & Nu-
mæ Pompilij inſtitutum, ipſo-
ſorumq; dijs dies feſtus celebra-
batur, quæ feſtiuitates proprium
14 nomen obtinebant; vnde Compi-
talia, de quibus Aulus Gelius lib.
10. Noctium Acticar. cap. 24. No
uandalia, de quibus Titus Liuius
multis in locis mentionem facit,
quæ accidentaliter, ex aliqua ſu-
peruenienti cauſa interdiceban-
tur, quæ nomina etiam nunc ob-
15 ſeruantur. Et hodie extant las fieſ
tas, que ſe llamá de Nouenas, quæ
originem à prædictis acceperunt
Fornacalia, de quibus Ouidius li-
bro Faſtorum. Latinè feriæ quæ-
dam à Sculapio, quædam Cereri,
& alijs dijs celebrabantur, idque
apud Aegyptos, et alios Idolorum
ſuperſtitioſos cultores obſerua-
16 bantur. Hinc dies faſti, & nefaſti,
de quibus Ouidius libr. 1. Faſtor.

*Ille Nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur.*

*Faſtus erit, per quem lege licebit agere.*

Scribit Alexander ab Alexandro
lib. 5. dierum Genialium cap. 7.

Dei,

Dei, & Deiparæ, eiuſque Matris,
ſanctorumq́; colimus. l. vt in die.
l. omnes. C. de ferijs. Refert Co-
uarr. dicto cap. 19. n. 1. vbi latè
per concluſiones procedit, ne ta-
men eius dicta trãſcribere videa-
mur, ſed quas ab alijs de hac anti-
qua, & nõ inutili materia quæſtio
nes inuenimus, ſupponendum eſt.
His ſimiles fuiſſe ferias repẽtinas,
17 quæ repentino aliquo ſuperueniẽ
te caſu indicebantur à Principe,
Conſulibus, aut Populo, vel ob
rem proſpere geſtam, vt in dicta
l. ſed & ſi, §. *ſi feriæ*, l. 1. C. de
ferijs, quales fuerunt, quas ob
bellum Cartaginenſe Scipio indi-
xit, aut ob prodigioſi caſus acci-
dentiam, vt propter vehementẽ
terræmotum in Conſulatu Lucij
Cornelij, & Quinti Mucij cõtin-
git, de quo Titus Liuius lib. 34.
Antonius Theſaurus dicta deciſ.
39. n. 6. Couarr. licet obiter, & his
non relatis, in d. cap. 19. in prin-
cipio, & eſt lex 36. tit. 2. p. 3.

In ſenatu ciuitatis Limenſis in
18 modum dictæ feriæ Repẽtinæ in-
dictum eſt votum ſolemne cele-
britatis, & obſeruantiæ feſti Viſi-
tationis Deiparæ Virginis ad Eli-
19 ſabet, quæ indicta eſt anno 1586.
nã nona die Iulij terræmotus ter-
ribilis ſuperuenit, cui non fuit im-
par, nec diſsimilis alius, anno,
1609 die 19. menſis Octobris ho
20 ra octaua noctis, in qua quidem
alij nouem terræmotus minores
fuerunt, & quia præſens fui huic
vltimo, curaui, vt viderentur ver
ba Antonij Concij in vita Iuſti-
niani, quæ eſt in principio digeſ-
torum, in Pariſis, & Venetiæ im-
21 preſsione, qui anno, 550. ſic ait.
Extremo hoc anno deſtructã ciui-
tatem Anthiochenam reparat Iu-
ſtinianus, quã Theopolim vocat
propter hanc inſcriptionem. *Chri
ſtus nobiſcum ſtate*, qua quidem in
22 ſingularium ædium affixa, ſeda-
tus eſt terræmotus, & vt legeren-
tur, & apponerentur dicta verba
ſalutaria, curaui. Poſtea autem ex
conſilio Patrum Societatis Ieſu,
cuius Prouincialis digniſsimus Pa
ter Ioannes Sebaſtianus cum con
currẽte populo concionem in fo-
ro fecerit, ex Nicephoro prædi-
cta retulit, & appoſita ſunt in plu
ribus ædibus ſic.

*Chriſtus nobiſcum, ſtate,*
23 *Agios, Otheos.*
*Sanctus Deus.*
*Agios, Yſquirios.*
*Sanctus fortis.*
*Agios, Athanaitos, Eleyſon, Imas,*
*Sanctus Immortalis miſerere nobis.*

Et experientia comperimus, hoc
vtiliſsimum fuiſſe, quemadmo-
dum frequentia diuini cultus, &
debita, & deuota Latria exhibita
ſanctiſsimo Sacramento Eucha-
riſtiæ, prout ſuperiori cap. docui.

Ad rem noſtram, & quæ anti-
quitus erant referẽdo, aliud itaq́;
24 erat etiam genus apud Gentiles
feriarum, quæ publicam vtilitatẽ
potius, & priuatum cuiuſq́; com-
modum reſpiciebant, quam ho-
norem Dei, vt Cereales, & Ven-
dimiales,

dimiales, de quibus in l. ſolet. l.
vt in die. ff. de ferijs,& l. omnes,
C. eodem, quæ ſunt feriæ Senato
24 rum, de quibus nouela 8. ne De-
curiones ad Senatoriam dignita-
tem, Feriæq; Senatorum dicun-
tur. De quibus Seneca apud Pi-
25 thagoram lib.2. cap.20. *En lugar
deſtas ferias, o dias feſtiuos an ſucedido
oy los dias de toros, juegos de cañas,
juſtas, y torneos.* Erant vlterius feſti
dies particulares, & familiarium.
*Qual lo ſon oy los de combites, y ban-
quetes, y cenas de entre ſemana, caças,
y peſcas.* Ité eius diei quoquis in-
augurabatur Magiſtratum ineun-
do, de quibus Simachus lib.5.cap.
3. Item, & dies ſponſaliorum, Na
taliorum, de quibus Polidorus
Virgilius, lib.6. de inuentione re-
26 rum, cap 7. Theſaurus, d. deciſs.
39.n.8. *Y entre los Indios deſte Reyno
del Peru eſtan oy muy en ſu punto eſtas
fieſtas, en que de ordinario ſe ocupan
laciuamente, con beber chicha, que es
vna confeccion, que hazen de maiz.* in
quibus non vnus dies, ſed plures
ſolent detineri, non ſine periculo
Idolatriæ, quod eſt dolendum.

Nundinæ inter ferias à quibuſ-
dam connumerabátur ſed impro-
27 priè, quia illæ in fauorem dumta-
xat Agricolarum, & Ruſticorum
adinuentæ fuerint, imò illis die-
bus contra feriarũ obſeruantiá fa
ri licebat. De his Alexáder ab Ale
xandro d. cap.7. Theſaurus, n.9.
extat apud nos Regia lex 25.tit.21
lib. 4. Recopil. qua deciſſum eſt,
Agricolas in menſibus Iulij, vſq;
ad finem Decembris, non poſſe
pro debitis incarcerari, neq; in bo
bus aratorijs, & alijs rebus ad agri
culturam pertinentibus executio-
nem fieri. *Y como en eſte Reyno de el
Peru los Equinocios, y tiempos ſon
al contrario delos que en Eſpaña en par
ticular en los valles, adonde las ſemen
teras del trigo empieçan por Mayo, y Iu
nio haſta Agoſto, por ſer el inuierno, y
las coſechas, y ſiegas de el trigo, y
todo lo demas q̃ en Eſpaña es por Ago-
ſto, es aqui por Diziembre, y Henero,
y Febrero, y Março: y las frutas de el
Otoño, como ſon los higos, vuas, y men
brillos es la mayor abundãcia dellos por
Março, y Abril, y las vendimias. Eſtà
pues lo de los labradores comutado a los
meſes de Henero haſta fin de Iunio tro-
candoſe los tiempos, ſegun aca reſpecti-
uamente. Y anſi ſe practica en la Audiẽ
cia Real deſta ciudad, o acomodando los
meſes dela coſecha, a q̃ ſe concedio eſte
Priuilegio a menos del de Eſpaña, ſe-
gun arbitran los Iuezes.*

Sunt præterea dies ſemiferiati;
28 vt dies Rogationum, quibus de-
mane, tantum feriæ ſeruátur. Ber
thachinus tractatu de Epiſcopo,
1.p. §. nunc quæro, n.21. Theſau
rus vbi ſupra, n.10. Eſtq; etiá præ
mittendum feſtos dies ab Eccleſia
ſancta indictos, & eorum præcep
tum, quà ex parte morale eſt, eſſe
iuris naturalis, & quà ex cauſa
ſunt Religionis eſſe iuris Diuini
ex tertio Decalogi præcepto, &
etiam de iure Euangelico, expli-
cat Couarr. prædictas tres cóclu-
ſiones comprobans dicto cap.19.
lib.

lib. 4. variar. n. 1.2.3 & 4. ad quē curioſus lector recurrere poterit. Et n. 5. etiam concludit, quod &
30 ſi huic præcepto feſtorum de diebus aliquibus Religionis cauſa Deo ſacrandis, cultuiq; diuino in totum conſtituendis iure humano, etiam Pontificio derogari nō poſsit. Qui tamen dies, & quot ſint huic muneri, & ex ea cauſa quieti vbiq; præſignandi ad legē humanam pertinet. Latè quidem comprobat vtramq; huius concluſionis partem ipſe præſes Couarr. vbi ſupra, & omiſis, hiſq; optimè refert, tenendum eſt hodie cum Cardinali Belarminio, tomo 1. lib. 3. cap 30. de culto Dominicæ diei feſtum ab Apoſtolorum temporibus eſſe inductum probatur Apocalipſi 1. ibi. *Ego Ioannes fui in ſpiritu in Dominica die*, quē locum de noſtra Dominica die exponūt fere omnes ex teſtimonio Clemētis, Canone 65. Apoſtolorum. Iuſtini Apologia 2. Hieronim. cap. 41. ad Galatas. Et ſic manet probatum, inductam fuiſſe auctoritate diuina diei Dominicæ feſtiuitatem. Quæ ſententia eſt tenenda, quamuis contrariam, & ſolo poſitiuo iure eſſe inductum diei Dominicæ feſtum, velit defendere Nauarrus in Manuali, cap. 13. n. 1. Sed auctoritates prædictæ nimis contra eum vrgent, & com-
31 probatur ratione etiam, quia ſucceſsit Sabbatho Dominicæ diei feſtum, vt ſupra retulimus, ratio autem rationis eſt, quia ius diuinum requirebat, vt vnus dies hebdomadæ dicaretur cultui diuino, nō tamē conueniebat, vt ſeruaretur Sabbathum. Itaq; Sabbathum ab Apoſtolis in diē Dominicum verſum eſt, ita prædictus Cardin. Belarminius vbi ſupra. Feſta etiā Sanctorum comprobat auctoritatibus, & rationibus; auctoritate inquā totius ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, quæ omni tempore id ſeruauit. Ratione, quia feſti dies rectè inſtituuntur ad recolenda diuina beneficia. Vnde Auguſtin. lib. 10. de ciuitate Dei. *Beneſſiciorum* (inquit) *die ſolemnitatibus, & diebus ſtatutis, dicamus, ſacramuſq; memoriam, ne volumine temporum ingrata ſubrreptat obliuio*. Et ita firmiter tenendum eſt noſtris maximè temporibus.

Epiſcopi etiam poſſunt Religionis cauſa in memoriam alicu-
32 ius Martyris diem feſtum conſtituere, quod eſt intelligendum, modo ſit ab Eccleſia canonicatus ſanctus, cuius feſtum ab Epiſcopo conſtituitur, tradit, & cōprobat Couarrd. cap. 19. n. 8. Y aſsi eſtà recebido, y aſſentado en todas las Republicas Chriſtianas, adonde ay en diuerſos obiſpados muchos ſanctos de guarda, que no lo ſon en otros, que por deuociō, o por voto, o por Coſtitucion Synodal, o precepto del Prelado, ſe guardan en eſte de los Reyes, ſon los ſiguientes. Ex Concilio Prouinciali Limenſi, actione 4. cap. 9. tam ab Hiſpanijs, & cæteris Chriſtianis,

ſtianis, quá ab Indijs. Hoc modo.

33 Dies feſti ab Eccleſia ſtatuti cũ omni deuotione ſeruiũtur, quos autem in noſtra prouincia Hiſpaniarum omnes oportet ſeruare, ſunt hi. Natiuitas Domini noſtri IESV CHRISTI, Stephani Prothomartyris. Ioánis Apoſtoli, & Euágeliſtæ. Circũciſionis Domini noſtri. Epiphaniæ Domimini noſtri IESV Chriſti. Purificationis immaculatæ, ac Beatiſſimæ MARIAE Matris noſtræ. Reſurrectionis Domini Saluatoris noſtri, cum duabus ſequentibus. Marci Euangeliſtæ. Philippi, & Iacobi Beatiſsimorum Apoſtolorum Domini noſtri IESV Chriſti. Inuentionis ſanctiſsimæ Crucis. Aſcenſionis Domini. Penthecoſtes cum duabus ſequẽtibus Trinitatis, Corporis Chriſti. Barnabæ Apoſtoli. Natiuitatis Ioannis Baptiſtæ Præcurſoris Domini. Petri, & Pauli Principum Apoſtolorum. Mariæ Magdalenæ ſanctiſsimæ. Iacobi Apoſtoli Hiſpaniarum Patroni. Dedicationis ſancti Michaeli Archangeli. Lucæ Euangeliſtæ. Simonis, & Iudæ Apoſtolorum. Omnium ſanctorum. Andreæ Apoſtoli. Conceptionis Beatiſsimæ MARIAE. Thomæ Apoſtoli, præter etiam ſi ſunt ex probata conſuetudine, aut ex legitimis priuilegijs feſti dies introducti, & ipſi religioſe in vnaquaq; regione ſeruantur.

34 Porro Neophiti, quos Catholica ſancta Eccleſia materna indulgentia præceptorum ſuorum ſarcina magna ex parte leuandos exiſtimauit, ſequentes tãtum dies iuxta ſuperioris Synodi Prouincialis obſeruare cogantur.

Primum, dies omnes Domini-
35 cos, vt Eccleſia vniuerſalis ſemper obſeruat. Deinde diem Natiuitatis Domini: diem Reſurrectionis. Primum diem Penthecoſtes: Primum itẽ Circumciſionis: Epiphaniæ: Aſcẽſionis: & Corporis Chriſti: Beatiſsimæ quoq; Virginis Mariæ feſtum. Natiuitatis, Anunciationis, & Purificationis, & Aſſumptionis. demum Apoſtolorum Petri, & Pauli. Si qui tamẽ Indorum plures alios dies feſtos noſtro more ſeruare voluerint, & in his ab opere ſeruili vacare integrum ſit ipſis facere ex deuotione, neq; vllo modo in his laborare à quoquã penitus cõpelantur.

Hactenus Concilium Prouin-
36 ciarum del Peru, cuius capitulum inſerui, quia attinet ad feſta, & ferias in honorẽ Dei, & vt vbiq; cõſtet, quæ in Indis huius regni ſint indicta, vt ab eis ſeruentur, quod etiam vtilitatem continere poſsint.

## CAPVT. II.

### §. I.

1 *DIEI ſanctæ Dominica, & aliorum feſtorum quã honorẽ Dei, & ſanctorum ſunt introducta obligat obſeruantia ſub reatu mortalis culpæ.*

2 *Ab oſeruatione feſti execuſat exiguitas operis, vel temporis, quod non excedat ſpatium vnius horæ, vel licita conſuetudo, quæ exemplis declaratur, & Nauarri reſolutio in hoc caſu.*

3 *Refertur declaratio Congregationis Cardinalium circa feſta, & quæ ſeruilia in eis liceant.*

4 *Aduocatus poteſt recepta mercede informare, & reliqua ſui muneris facere in diebus feſtis abſque peccato ex ſententia eminentiſsimi Nauarri contra Siluestrum, & probatur ratione.*

5 *De ſtipendijs Aduocatorum, qui aſsident in Regali Audientia Limenſi.*

6 *Seruatur in prædicta Regali Audientia lex vigeſima nona, titulo decimo ſexto, libro primero, Recopilationis, quæ prohibet Aduocatos ſalariatos aliquid ſupra ſalarium recipere pro informatione, & ſtrennis, obligatque ad peccatum cum diſtinctione, de qua hic.*

7 *Ordo, & mos, quem Auctor ſeruauit in exigendo ſtipendio aduocationis in magnis, & arduis litibus, in quarum maiori numero obtinuit.*

(?)

## CAPVT. II.

### §. I.

# DE ACTIBVS, & laboribus extraiudicialibus, quive licite fieri poſsint diebus feſtis.

IAM Latè ſupra retulimꝰ, qualiter feſti dies deiure diuino, naturali, & poſitiuo, ſint quiq; vt eorum vſus apud Ethnicos, & Gentes.

Nunc autem ad noſtram legem ex prædictis omnibus eſt
1 conſtituenda Concluſio affirmatiua, ſcilicet. Diei ſancti Dominici, & aliorum feſtorum in honorem Dei Optimi, Maximi, & Sanctorum ſuorum obſeruantia, & vacatio à ſeruilibus operibus, & officijs obligat omnes ſub pœna peccati mortalis.

Quæ quidem obligatio ex tertio Decalogi præcepto, & communi præcepto ſanctiſsimæ Matris Eccleſiæ, & Concilijs ſatis nota eſt, & ex his, quæ præcedenti capite retulimus, & quod ſit peccatum mortale feſta non ſeruare, eſt communis ſententia, quam adducit doctiſsimus Nauarrus in Manuali capite 13. §. 1. Manuel Rodriguez eruditamente in Summa. capit. 121. 1. par. probat lex noſtra, & ante eam, lex 34. cum ſequentibus tit. 2. p. 1.

Vt autẽ cum diſtinctione procedamus, ſunt conſtituendæ ſequentes declarationes.

2 Declaratur primò, non procecedere, niſi excuſet exiguitas operis, que no ſea menos de vna hora, o no mas que hora, lo que ſe trabaje, vt ſæpe, & latè audiui à pio, & doctiſsimo Confeſſario Societatis I E S V, vel licita conſuetudo, como lo ſeria en los Letrados, que eſtudian, y hazen peticiones, o informaciones de Derecho ex generali conſuetudine, vel neceſsitas aliqua ſpiritualis, vel corporalis ſalutis ſuæ, vel pro-

proximi, vel detrimentum im-
minens rebus ſuis, vel proximi,
quod non poteſt deferri, neque
præueniri, Hæc ſunt verba do-
ctiſsimi Nauarri in Manuali, ca-
pit. 13. numero 6. & conſtituen-
do exempla vlterius inquit, ob
quam neceſsitatem, aut conſue-
tudinem excuſantur, qui frumen-
tum, & aream deferunt in hor-
rea, vel vuas ex vinea, quando im-
bres, & pluuiæ timentur, & qui-
cumque alij, qui ſimilia faciunt,
& quia ſunt compendioſa, & ne-
ceſſaria verba omnia, quæ ſcrip-
ſit dicto numero 6. referam, in-
quit. Sic etiam fabri ferrarij, qui
equos iter agentiũ ferrant, & ma-
cellarij, qui vendunt carnes in fe-
ſtis, eaſque præparant ad ven-
dendum, quando antea non po-
tuerunt parare, & tabernarij, ho-
ſpitumque ſuſceptores, qui in ſuis
tabernis, & hoſpicijs propter e-
mentium neceſsitatem cibos, &
neceſſaria vendunt, & de venden-
tibus edulia, & cibos, quos excu-
ſent, agit num. 7. Et de agaſoni-
bus, qui ſuum iter non intermit-
tunt diebus feſtis, quamuis non
autem qui de domibus ſuis profi-
ciſcuntur diebus feſtis, cum ſe
continere potuiſſent, aut in aliud
tempus differre, niſi ante aut poſt
auditam Miſſam, & ad has doctiſ-
ſimi Nauarri doctrinas exiſtimo,
eſſe recurrendum decretum, qua-
drageſimi Concilij Prouincialis
Limenſis, actione 3.

3 Quod iterum magis compro-
batur ex illuſtriſsimorum Car-
dinalium declaratione ad Con-
cilium Tridentinum, die vigeſi-
ma ſecunda Aprilis, anno millo-
ſimo quingēteſimo nono his ver-
bis. Congregatio Concilij cen-
ſuit, licere diebus feſtis dare ope-
ram rebus ad victum neceſſarijs,
ac tempore perituris, præſertim
tempore vendimiarum, ac meſ-
ſium, ac recollectionis fructuum,
vel vbi neceſsitas vigeat, aut ſua-
deat pietas. Ecce optima, com-
pedita verborum ſententia, ex
qua fere omnes caſus extraiudi-
ciales, circa obſeruationem fe-
ſtorum, & eorum obligatio-
nem quandoque excuſatio ſit à
peccato, eſt iam declaratum, ad
quam declarationem redducen-
da ſunt, quæ adducit eruditiſ-
ſimus Nauarrus, dicto capite 13.
quaſi per totum, & ſapientiſ-
ſimus Manuel Rodriguez in Sum
ma dicto cap. 121. ad quos recur-
rat lector. Et an aduocatus con-
ſulendo pro pretio in diebus fe-
ſtis peccet? Quærit maximè do-
4 ctus Azeuedus hic numer. 2. te-
nenda itaque eſt ſententia Na-
uarri dicto capit. 13. numer. 12.
contra Silueſtrum licere aduo-
care conſilium, ſeu iuris allega-
tionem, ſeu petitiones iudici-
bus præſentandas facere diebus
feſtis, etiam ob lucrum, vel
quæſtum tam ex ſententia illu-
ſtriſsimi Nauarri, & rationi-
bus quas contra Silueſtrum ad-
ducit, quam ex generali con-

ſuetudine, & ſic non eſt peccatum inſtruere, ſeu informare iudicem, etiam cum procuratore, & aduocato verbo, aut ſcripto, etiam ob pecuniam, & minus prælegere aliquam facultatem licitam, & honeſtam, quia eſt delectabilis, ac bona exercitatio operis ſpiritualis. Aliàs anxia & ſcrupuloſa quidẽ, & dubia, maximaq; quotidie fere quæſtio moueretur, & litigantibus, qui nolunt, vt Aduocati pareant labori, & omni tempore eorum cauſis pro viribus ſtudeant, daretur occaſio, vt vel odium contra ſuos Aduocatos, concipiunt, vel eos facile derelinquant, ſi omni tempore eorum litibus, cauſis non occurrant, quod maxime in hoc Peru Regno vrget,
5 cum parua, & parum punctuali laboris gratificatione. Ceruantes ad vnguem lege 29. titul. 16. libro 2. Recopilationis, que prohibẽ, que los Abogados ſalariados no lleuen coſa alguna præſenti pecunia, por informar de palabra, ò por eſcripto, ni menos lleuen albricias, quamuis in alijs Audientijs Regalibus, & Regio conſilio non ſeruetur de conſuetudine hæc lex, & ſcientia præſumpta Regij Conſilij de eius cõ-
6 trario vſu excuſet à peccato, vt inſinuat Doctiſsimus Manuel Rodriguez in Summa 1. part. capit. 4. num. 4. quæ quidem apud nos in hoc Regali Senatu Limenſi viget, & ſic obligat ad peccatum, plus minuſve inſpecta qualitate facti, & negotij, & habita conſideratione ad eius debitam mercedem, quia tunc non obligaret, ſi condignè non eſt ſatisfactum, quod relinquendum eſt boni viri arbitrio, ego tamen cum in litibus arduis, & maximopere controuerſijs, & in quibus magna fuit inter partes contentio patrocinium præſtiterim, in pluribus obtinui, & hoc ſolo contentus eram, quod mihi aſsignatum ſalarium, vel moderatum ſtipendium ſolueretur, ne partes conquærentur, ſi ab eis immoderata petuntur, quod cauendum eſt,
7 & cum hoc contentus fui.

Dicam aliqua de aduocationis munere infra c. 24.

(·)

## CAPVT. II.

### §. II.

1 *ACTA FACTA DIE Feriata in honorem Dei Optimi Maximi ſunt nulla.*

2 *In feriis ſtatutis ante Paſcha, & poſt ſtatur Conſuetudini.*

3 *Dies ſeptem ante Paſcha Natiuitatis Domini noſtri IESV CHRISTI, & alij ſeptem poſt, de conſuetudine non ſeruantur maximè in Curia Regis. Idem de diebus ante, & poſt Paſcha Reſurrectionis.*

4 *Ex quo infertur, validos eſſe iudiciarios actus extra ipſum Paſchæ tempus confectos.*

5 *Regula*

5 Regula noſtri textus, licet de die Dominico loquatur, extenditur ad omnia feſta in honorem Domini noſtri IESV Chriſti, vel Sanctorum ſuorum ab Eccleſia dicata.

6 Prima exceptio, vt non intelligatur in cauſa alimentorum.

7 Non procedit exceptio, quando petuntur alimenta præterita, & quando a diuite, quia ceſsat fauor ægeſtatis, numero 8.

9 Exceptionis limitatio ſecunda, vt ſolum habeat locum cognitio, & executio alimentorum die feriata in honorem interim quoad neceſsitatem inſtantem, vrgentiſsimamque illius diei, & ſequentium, donec feriæ tranſeant ex opinione auctoris.

10 Debitor fugitiuus capi poteſt die feriata, & referuntur Doctorum rationes.

11 Quæ ſit ſuſpitio ſufficiens, vt debitor capi poſsit die feriata, relinquitur arbitro iudicis.

12 Ad excuſandam capturam ſufficit de iure communi in debitore ſuſpecto, & fugitiuo iuratoria cautio, ſecus de iure Regio.

13 Reprobatur praxis de ſoltar al deudor, con ſola caucion iuratoria, tametſi á iudicibus ſuperioribus Senatoribus Regalis Chancellariæ Limenſis, quandoq; in carcerum viſitatione ſit factum.

14 Vulgaris, & quotiana eſt materia de debitore fugitiuo de qua Rodericus Suarez, & alii, ad quos ſit remiſsio.

15 Debitor, qui eſt ſub armata militia, hoc eſt, debaxo de vandera enla guerra, o para yr a ella, no puede ſer preſo, ni detenido por deuda ciuil, aunque ſea ſoſpechoſo de fuga, eſto por fauor de la cauſa publica de la milicia, y defenſa del Reyno, o Republica.

16 Regula noſtræ legis, & omnium iuriū de feſtis in honorem Dei ſeruandis non procedit in tranſactionibus, collationibus beneficiorum diſpenſationibus, & contractibus, & in omnibus, quæ iudicij indaginē non requirunt.

17 Mandatum de exequendo ſcriptum, & ſubſcriptum die non feriata in honorem Dei, poteſt executioni mandari, & eius virtute debitor, & bona eius capi die feſto, ex opinione Auendanij, licèt Zaualos ſentiat contrarium.

18 Concordia Autoris, vt locum habeat Auendanij opinio, ſi ſit de fuga ſuſpitio, aliàs non. Quia erant acta, & executio nulla.

19 Teſtis qui iurauit, die non feriata poteſt deponere & declarare ſuum dictum die feriata in honorem Dei.

20 Excipitur regula noſtri textus, & materia inteſtibus valetudinariis, & vbi eſt periculum in mora, quia quocumque tempore recipi poſſunt, & iurare, & declarare etiam die feriata in honorem Dei, cum limitationibus, de quibus in hoc numero.

21 Dies quantumuis feriati computantur in termino, licèt feriæ ſint legitima cauſa prorrogationis, quando terminus prorrogari poteſt.

22 In cauſis criminalibus poteſt proceſſus fieri, & ad capturam reorum, & ſequentium procedi in quacumque die, etiam feriata in honorem Dei Optimi Maximi cum diſtinctione, & declaratione, de qua hîc.

23 Quando locum habeat captura delinquentis in fraganti inuenti, ſine mandato iudicis, & quando à priuato capi poſſit delinquens, vel à coniudice, vel inferiori iudice, ſi in fraganti inueniatur remiſsiue.

## CAPVT. II.

### §. II.

# DE ACTIBVS Iudicialibus, & quæ valeant, nec ne, ſi fiant diebus feſtis.

VISO iá de Actibus in ſuperioribꝰ, & extraiudicialibus labo-

laboribus, qui & qualiter excuſent à peccato, nunc videndum eſt de actibus iudicialibus, qui non feſtiuis diebus fieri poſsint iuſtè, & ſine peccato, & etiam ſine nullitate actus.

Sit prima concluſio; Acta, facta, die feriata ſunt nulla, cap. finali de ferijs, l. finali, C. eodem tit. Specul. tit. deciſ. §. 1. col. 7. verſ. item excipitur, l. 34. tit. 2. p. 3. in fine, ibi. *E ſi en tal manera alguna coſa fuere demandada, non ſeria valedero, lo que fizieſſen, maguer fueſſe fecho con plazer de ambas las partes.* Maranta de ordine iudicior. 4. p. 16. deciſ. n. 81. vbi diſtinguit inter ferias inuẽtas ad honorẽ Dei, & alias ad honorem hominum, quibus poteſt renunciari ſtando circa hoc conſuetudini, ex Abbate in cap. quoniam de ferijs. Gregorius Lopez in d. l. 34. verbo, *Paſqua*, qui dicit communiter nõ ſeruari tot dies, & ſic licet prædicta lex Partitæ, & capitulum finale de ferijs conſtituant ſeptem dies ante Natiuitatis Paſcham, & ſeptem poſt Reſurrectionem non ſeruantur niſi dies ipſi Paſchatis vtriuſq; tam Natalis Domini, quam Reſurrectionis eius, præcipuè in Curia Regis, & ſic teſtatur Auendaño in tit. delas expoſiciones, n. 23. Ex quo ſequitur, captiones debitorum, & mandata de exequendo, & etiam ſententias adictionis, citationis, & alios iudiciales actus, qui facti fuerint in hebdomada Sancta, maximè vſq; ad feriam quintã in Cœna Domini, & poſt tertiam diem Paſchæ ad Dominicam in albis validos eſſe tã in foro Eccleſiaſtico, quàm ſeculari, abſq; metu nullitatis. Itẽ ante Paſcham Natalis Domini, & poſt eã, poſt Innocentium feſtum, vſq; ad Circumciſionem, & extunc vſq; ad Epiphaniam excluſis ipſiſmet feſtis principalib⁹ in honorẽ Dei, & Dominica die, quæ ſemper eſt excepta. Hoc tamen ex generali conſuetudine, & ex his, quæ adducunt Gregorius Lopez, & Auẽdaño, vbi ſupra. Zauallos, 3. p. q. 760. n. 31. in fine.

Imprimis igitur excipitur à dictis regula, & à noſtro textu, cuius deciſsio licet in Dominica loquatur extendenda eſt ad omnes feſtos introductos in honorẽ Dei, alimentorum cauſa. In qua procedi poteſt feriatis diebus, l. 2. ff. de ferijs, l. 35. tit. 2. p. 3. Speculator. tit. de ferijs, §. ſequitur, n. 7. vbi dicit, quod die feriato conſtituuntur alimenta. Albericus, Baldus, & Alexander in l. 1. §. excipiuntur. ff. de ferijs, & ibi Iaſſon. n. 7. Couar. de ſponſalibus, 2. p. cap. 8. §. 6. n. 6. Euerardus loco 24. col. 2. Petrus Surdus, hos, & alios referens de alimẽtis, tit. 8. priuilegio. 2. n. 7. Zauallos, q. 760. ex n. 4. qui plures rationes adducunt poſt Laram, in l. 1. §. ſi vel parens, ff. de liberis agnoſcendis, & quod in die feriata etiã in honorem Dei decerni poſſunt, concludit Surdus vbi ſupra, n. 12.

Limi-

Limitatur ſecundò declaratio, & exceptio non procedere, quando petuntur alimenta præterita, quia non ſunt priuilegiata, nec militat in eis ratio neceſsitatis, quæ in præſentibus, vel futuris, nec pro præteritis erit cauſa ſummaria, locumq; habebit appellatio ſuſpenſiua, & deuolutiua Bartolus in l. de alimentis, 2. lectura. C. de tranſactionibus. Petrus Surdus. d. priuilegio 2. n. 14.

Limitatur ſecundo, quando à
8 diuite alimenta peterentur, quia priuilegium propter inopiam cõceſſum ceſſat, vbi ceſſat inopia, l. non tantum. §. in eos. *Vbi niſi facultates eius adauctæ fuerint*. ff. de excuſationibus. Surdus dicto previlegio 2. nu. 17. Zauallos dicta q. 760. n. 22.

9 Intelligerem autẽ prædictum fauorem, vt iura ſupradicta, quando eſt adeo imminens neceſsitas, vt eius declaratio in diem ſequentem non feriatum remitti abſque periculo vitæ, vel magno valetudinis non poſſet, quia tunc. *Se podra proueer muy bien por via de interin, y de oficio*. Ad quod moueor ex ratione textus in d. l 1. §. ſed excipiuntur, ff. de ferijs, ibi. *Sane quoties res vrget, cogẽdi ſumus ad Prætorem venire*, quæ quidem ſpetialior ratio obtinet, potius quam altera generalis fauoris alimẽtorũ: hoc eſt euidens eſt præſens neceſſitas miniſtrandi alimenta ea die, qua coram iudice petuntur, nam tunc etiam ſi ſit feriata decernere, ea debet pro illa die propter imminentem, & inexcuſabilem neceſsitatem reſeruando cætera, maximè cum reus litem inficiatur ad diem non feriatam. Argumento etiam textus, & communis allegationis, quæ de actione, ad exhibendum ſit in lege tertia, §. ibidem. ff. ad exhibendum, & pro prædictis faciunt, quæ tradit Gregorius Lopez in l. 35. tit. 2 p. 3. Gloſſa 4. dicens. Siue alimẽta petãtur ex officio, ſiue iure actionis, vel ſi neceſsitas ſuadeat, vt ſi non habeat, vnde alantur alimẽta petens decernẽda ſunt. De manera q̃ ſolo ſe mira a la neceſsidad preſente, y que no ſe pueda dilatar por otro dia, quia tunc fieri poteſt decretum, & prouiſio limitando tantummodo ad illam diem feſtiuam. Reſeruando todo lo demas para los dias feriados, quod ſic crederem intelligẽdum eſſe attenta mente legum, & Doctorum, quos citaui, ad quod etiã moueor ex ratione textus in l. finali, ff. de appellationibus recipiẽdis. iuncta l. 6. tit. 18. lib. 4. Recopilat. nam vt iura relaxentur, præſens, & videns neceſsitas inſpicitur, quæ attendi debet illa die, & non dierum ſequẽtium, cum quo ad illos poſtea prouiſio fieri poſſit.

10 Declaratur tertio, non procedere in debitore fugitiuo, quia capi poteſt qualibet die, etiam ſi ex magnis ferijs, feriatiſq; in Dei honorem inductis, Gloſſa ordina-

ria in l. dies feſtos, verſi. fideiu-
ſor. C. de ferijs. Bald. in cap. fin.
numerari etiam poteſt, qui mulierem mortuam carnaliter cognouerit propter atrox, & ſtupẽdum crimen, ex adductis quoad Sodomiá per Salcedum, & alios, quos retulimus, & huiuſmodi cocuntem cum quadam muliere, quæ ſuffocata fuit in fluuio de Guadalquiuir, audiui condemnatum fuiſſe, & punitum pœna mortis, iam ſunt plures anni. Circa Mercatores fallitos, qui eorum Eccleſiaſtica immunitate gaudeant, & qui non eſt videndus Ioannes Gutierrez, lib. 1. practicarum quæſtionum, q. 1. & 2. Et de committẽte delictum in Eccleſia, vel in ea exiſtẽte, qui mandauit delictum commiti, lib. 3. practica. q. 1. & 2. Et de fabricatore falſæ monetæ, q. 5. Quid vero de debente red-
7 dere rationem, ſi ante eam redditam, ad Eccleſiá confugiat, quod gaudeat eius immunitate, dum modo libros, pecunias, vel bona ad Eccleſiam non tranſportet. Tenet Muñoz de Eſcobar, de ratiocinijs cap. 4. n. 8.

(.)

Lecentia-

## CAPVT. III.

### §. IIII.

1 *LICENTIATVS Caſtillo de Bobadilla benè tractauit caſus, in homicida gaudere debet, vel non, immunitate Eccleſiaſtica, & autor Curiæ Philippicæ, quorum Summam nouiſsimè conſtituit Villadiego.*

2 *El que hiere, o mata a otro hombre, aun que ſea deſafiandoſe, y de propoſito, goza dela immunidad dela Igleſia.*

3 *Socius occidẽs ſocium, vel eum qui cum occidente ſecurus eſt, in menſa, vel ludo, non gaudet immunitate Eccleſiæ.*

4 *Declaratur non procedere, ſi inter eos rixa aliqua orta fuit, quia tunc occiſsio, vel percuſsio iudicabitur cauſalis, & nõ proditoria.*

5 *Commitens crimen leſæ maieſtatis non gaudet immunitate Eccleſiæ.*

6 *Nec occidens, vel percutiens Clericum.*

7 *Ardua quæſtio, An occidens, vel percutiens iudices, ſeu iuſtitiæ miniſtros, vel reſiſtentes eis gaudeant Eccleſiæ immunitate, ſi ad eam confugerint.*

8 *Occidens, vel percutiens ſuperiores iudices, ſcilicet Preſidente, Oydores, alcaldes. Fiſcal, y Alguazil Mayor delos Conſejos, o Audiencias aleuoſo es, ac propterea non gaudet Eccleſiæ immunitate.*

9 *De iudicibus ordinariis Regis, vel miniſtris inferioribus maior dubitatio eſt, & ex vtraque parte plurima dici poſſent.*

10 *Expenditur doctrina Petri de Ancarrano, cap. 1. homicidio.*

11 *En caſo de muerte del Iuez, o herida, o reſiſtencia calificada, o contra otros miniſtros de juſticia, como Alguaziles, o quadrilleros, a quien en qualquier coſa delas dichas ſe ofende, lo mas cierto es, q̃ el delinquente deſtos generos de delitos no goza de la immunidad dela Igleſia.*

12 *Acerca delo referido enel numero antes deſte obrará mucho la coſtumbre de cada ciudad, o villa.*

13 *Iudex, vel eius familia poteſt delinquentem offendere, vel vulnerare, ſeu occidere, ſi ſe defendat, & nolit permitere capturam, vulgo, darſe a priſion.*

14 *Illicita eſt defenſio, vbi eſt iuſta offẽſio, infertur pro dictis iuſtitiæ miniſtris, & pro dñis, qui ſeruos reſiſtẽtes vulnerant, vel occidunt, quos plerumq; defendit autor.*

15 *Si delinquens non reſiſtit Alguazelo, nõ debent malefactorem percutere, vel eum ignominioſè ducere.*

16 *Alguazelus ſi extra caſum delicti fragãtis vult aliquem capere, ſeu bona aprehẽdere, an liceat ei reſiſtere remiſsiuè.*

## CAPVT. III.

### §. IIII.

1 VISO iam de criminibus relatis §. præcedẽti, reſtat nũc videre de homicidio de quo melius cæteris, & quo caſu gaudere, vel non debeant, delinquentes Eccleſiaſtica immunitate agit Bobadilla, cap. 14. lib. 2. polit. ex n. 33. ad quem, & ad Curiam Philippicam, 3. p. §. 12. n. 30 eſt recurrendum, cum homicidij vel vulneris caſus contingat, ſiue fuſte, vel alapa, & his ſimiles, & poſt eos ad Cardinalẽ Tuſchum, tom. 3. cap. 11. n. 5. & pro certo, & conſtanti eſt tenendum, homicidam ex propoſito, hoc eſt, el q̃ mata, o hiere a otro, aunque ſea ſobre hecho, y caſo penſado, y aunque aya deſafio particular, y ſalir a reñir, como es ordinario,
2 goza dela immunidad de la Igleſia, como ſea en pendencia trauada de hombre por hombre, y roſtro a

ſtro a roſtro, los demas donde ay aleue, o muerte ſegura, o ventaja, o ſupercheria, ſe an de ver en Bobadilla, o en la Curia Philippica o en Tuſcho, o en Farinacio en los lugares citados. Idem crederem defratribus, & cõſanguineis, qui ſe vulnerant, & occidunt en deſafio, ex Bobad. vbi ſupra n. 41 qui refert caſum memorabilẽ de don Diego Ramirez. y don Bel-
3 tran de Gueuara, deinde ſub regula negatiua immunitatis comprehẽdunt Doctores ſocium occidẽtem, vel eum, qui cũ delinquente ſecurus in menſa eſt, & à tergo offenſus, vel occiſſus, quod eſt declarandum, ſi nulla rixa præcedẽte hoc fiat. Secus ſi entre los dos,
4 que vã caminãdo, ò dos, que eſtã comiendo, o cenando, o jugando de amiſtad, como es ordinario, ſe recrece peſadumbre, y alli ſe hiere, o mata el vno al otro, valdrale la Igleſia al delinquente, ſiẽdo
5 pendencia roſtro a roſtro, ſin aleue, o ſupercheria, porque fue a caſo. Ita Ioannes Igneus in l. neceſſarios. §. ſi vnus n. 15 ff. ad Silan. qui bene loquitur alios caſus de commitente crimen leſſæ maieſtatis, & de occidente, vel percutiente Clericum, quod non gau-
6 det, repetet Farinaci⁹, vbi ſupra. n. 72. Tuſcho, n. 39. Bobad. n. 46. quamuis de percutiente Clericũ, quod gaudeat. Tenet Nauarr. in Manuali cap. 25 n. 19. Tametſi in hanc partem affirmatiuam nõ citet eum Bobadilla d. n. 46. ſed in negatiuam. Opinio tamen Farinacij vbi ſupra, n. 28. eſt ſequenda rationibus, quas adducit ita Ioannes Igneus in l. neceſſarios, §. ſi vnus. ff. ad Silanianum, qui bene loquitur, n. 15. d. §. ſi vnus.

7 Quid autem dicẽdum ſit de occidente, vel percutiente iudices, vel iuſtitiæ miniſtros, ſeu eis reſiſtentes, & breui reſolutione dicẽdum eſt, quòd ſi ſunt ſuperiores, vt Conſiliarij in ſupremis Conſilijs, vel Auditores, & prætores Regalium Chancellariarum crimẽ leſſæ Maieſtatis, aduerſus Regem committitur, eos occidendo, vel percutiendo, quia ſunt pars eiuſdem Principis, vt annotat Parladorus lib. 3. differ. 310. & comprobatur ex l. quiſquis, ad legem Iuliam Maieſtatis. & ex l. 1. 2. & 3. & 4. tit. 22. lib. 8. Recopilat. ac propterea eos occidẽs, vel percutiens immunitate nõ gaudebit Eccleſiæ, cum crimen leſſæ Maieſtatis humanæ commitat, ex diſpoſitione legis 2. tit. 2. p. 7. quæ correcta eſt quoad pœnam per legẽ primam, tit. 22. lib. 8. Recopil. quæ aleuoſiæ crimen hoc eſſe cõſtituit, vt adnotat Azebedo, ibi, n. 3. poſt Olanum in concordata antinomiarũ n. 127. & hoc in caſu delinquentem immunitate Eccleſiæ non gaudere, aduertit Azebedo in d. l. 1. tit. 22. n. quia atrociſsimum eſt delictum, in quo delinquens dicta immunitate non gaudet

g̃ gaudet, vt aſſerit Auenda. de exē quendis mandatis, lib. 1. cap. 22. n. 9. licet contrariam in hoc propoſito, inquit Azebedo, ibidem tenuiſſe Didacum Perez, in l. 39. tit. 18. lib. 3. ordinam. cuius allegatio corrupta es, nec eam inuenire potui, & in neutra opinione
8 reſidet Azebed. Itaq; ſi mors, vel vulnus, vel manus iniectio interueniat contra Regios Cōſiliarios Auditores Chancellariarum, vel Procuratorē, Fiſcalem, vel Alguazelum Maiorem, qui omnes ſunt de gremio Regalis Audienti, crimen aleuoſiæ cōmititur, ex d. l. 1. tit. 22. lib. 8. nec eſt in hoc crimine locus immunitatis Eccleſiæ, nec etiam crederem ex appoſitione huius pœnæ de aleue correctam eſſe l. quiſquis, C. ad legem Iuliam Maieſtatis, & leg. 2. titu. 2. part. 7. imo eſſe crimen læſæ maieſtatis, offendere quemlibet ex ſuperioribus Magiſtratibus, & aduerſus eum delinquere, cum legum correctio euitāda ſit, ex vulgaribus iuribus, limitatur non procedere in pugna, vel offenſione extra cauſam officij, vt comprobat d. l. 1. titu. 22. in fine, ib. *Pero ſi qualquier de los officiales ſobredichos cometiere pelea no vſando de ſu oficio, que aya la pena, que mandan los Derechos, ſegun fuere el yerro.* Circa quod notandum eſt illud, *cometiere pelea*, ex quo dicitur, quod ſi officialis Regius, vel Magiſtratus ſuperior fuerit aggreſſor & dederit cauſam rixæ no vſando de ſu oficio, tunc equidem, vt priuati iniuria ei illita eſt iudicāda, aliàs cum hæc non concurrant, etiam ſi extra cauſam officij fuerit offenſus, habebit locum pœna aleuoſiæ, & proditionis.

9 De iudicibus ordinarijs, Regiſve miniſtris inferioribus, ſcilicet Alguazelis, & alijs, ſi offendantur, an offendens immunitate Eccleſiæ gaudeat, vel nō: ſolum vnū verbum tetigit Bobadilla per modum propoſitionis dubij, d. cap. 14. lib. 2. n. 35. in fin. eſt quidem punitus hic arduus, & conſiderabilis, paſsimque contingens, ex vtraque parte plurima dici poſſunt, & ex vna verſatur regula generalis textus in d. cap. inter alia, ibi. *Si liber quantumcumque grauia maleficia perpetrauerit, non eſt ab Eccleſia extrahendus.* Et ex legibus ciuilibus, l. præſenti. C. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt, cum ad-
10 ductis ab Abbate in d. cap. inter alia, n. 14. impugnando doctrinā Petri Ancarrano in cap. 1. de homicidio, vbi dixit, quod licet lex Canonica enumeret aliquos caſus, ſed non omnes, de quibus facit mentionem lex, non per hoc ſequitur, quod corrigat legē ciuilem in non numeratis, cum quo tranſit Ancarranus, & eius doctrinam confirmat Abbas, tametſi ab ea recedat alijs fortiſsimis fundamentis, illud enim potiſsimum eſt, quod colligitur ex litera tex.

ſacro-

fuit in d. cap. inter alia, ibi. Tuis
quæſtionibus reſpondentes iuſta
ſacrorum ſtatuta canonum, & tra
ditiones legum ciuilium ex alia,
pro parte verò negatiua maximè
in noſtro caſu de muerte, o heri-
da, o reſiſtencia la juſticia hazien
do oficio de tal, y que el que eſte
género de delicto comete, no de
ua gozar de la immunidad de la
*Igleſia*, ſe pudieran traer muchas
coſas, y conſidero, que ſi por el
gran daño que hazen a la Repu-
*blica los publicos* ladrones, o no
turnos *taladores de heredades*,
y ſalteadores de caminos, que eſ-
peran para robar, y matar, no go-
zan de la immunidad Eccleſiaſti-
ca, con quanta mayor razon de-
uiera dexar de gozar, el que ofen
de con muerte, o herida a vn juez
ordinario, Corregidor, o Alcal-
de, o ſus teniẽtes, o Peſqueſidor,
11 o Alguaziles Mayores, o Meno-
res, que en nombre de ſu Mage-
ſtad guardan la tierra de ſus vaſ-
ſallos. Importa el ſer reſpetados,
y temidos, y no ofendidos, aſſe-
gurar (ſi proceden ſegun deuen)
las vidas y haziendas de todo ge-
nero de eſtados, aſsi Ecleſiaſtico
como ſeglar, y religioſo. Y aſsi
viene a ſer mayor el daño, y eſcã-
dalo, que de muerte, o herida de
los miniſtros de juſticia, o califica
da reſiſtencia, ſe ſigue, de que
vno eſtè robando por los cami-
nos ſiendo publico ladron. Itaq;
ex identitate, vel maioritate ratio
nis caſum, & criminũ, quæ expreſ
ſit capitulum, inter alia, extenſio
fieri poſſet ad alia eiuſdem, vel
maioris qualitatis, ex adductis cõ
muniter à Doctoribus præcipuè
à Iaſone in Auſtẽtica, quas actio-
nes. C. de ſacroſanct. Eccleſ. &
alibi ſæpe. Tunc maximè, quia
omiſſo cõmuni Axiomate cap. 2.
de operis noui nunciatione, ſi a-
deſt aliqua lex ciuilis, quæ ab Ec-
cleſia non reprobatur, ſeruari de-
bet in foro Canonico, capit. qui
reſiſtit, 11. q. 3. Bald. in cap. in om
ni negotio de teſtibus. D. Tho.
Secunda Secundæ, q. 60. art. 5.
Caſtro lib. de lege pœnali, capit.
14. ex noſtris Gregorius Lopez,
in l. 16. tit. 1. p. 1. Spino in ſpecu-
lo teſtamentorum, Gloſſ. 33. n.
175. & non reprobatas eſſe leges
de immunitate Eccleſiæ loquen-
tes comprabat idem capitulum,
inter alia, ibi. iuſta ſtatuta cano-
num, & traditionem legum ciui-
lium, dictio illa, legum ciuilium.
pari modo refertur ad leges codi-
cis, & ad nouellas Iuſtiniani, ex
quibus forſam defendi poſſet do-
ctrina Petri de Ancarrano, & eius
fundamenta, quæ refert Abbas,
licèt (vt dixi) ipſe diſſentiat, &
ex adductis à Farinario, in d. q.
28. n. 73. qui ex mente Iulij Cla-
ri, circa deſſuetudinem dictæ im
munitatis in delictis grauib⁹ plu-
ra adducit, & ſtillũ Romanæ Cu-
riæ, iuxta quem non gaudent de-
linquentes, niſi in leuibus, & ciui

libus

libus Abbatis Panormitani, & cõmunem Canoniſtarum ſequẽdo, quã refert, defenditq; Gutierrez in practicis, capit. 1. libr. 3. circa propoſitum caſum de muerte, o herida, o reſiſtẽcia calificada a la juſticia, donec à Romano Pontifice declaretur, ſtandum eſt cõſue-
12 tudini cuiuſcumq; prouintiæ, & regionis, quia plurimum poteſt in his, quæ ſunt iuris poſitiui, vt eſt immunitas Eccleſiæ, prout in initio huius capitis diximꝰ, & idẽ quod de raptore affirmat, dixit Farinac. d. q. 28. n. 17. prout ſupra retulimus, debere reſtitui Eccleſiæ, ſi ad eam confugiat, niſi adſit conſuetudo contraria nos aſſeueramus de occidente, & percutiente iudices Regios, ordinarios, vel delegatos, ſeu eorum Alguacelos que ſi ay coſtumbre, de q̃ eſte genero de delinquentes, que hierẽ, o matan a las juſticias, y ſus miniſtros, o ſe reſiſten con reſiſtencia calificada, no ſeã reſtituydos a la Igleſia, y autos, y prouiſiones de las Chancillerias Reales, en que ſe declare hazer fuerça el juez Ecleſiaſtico en mandar, ſe reſtituyan, y actos executados deſto, ſe deue anſi guardar en los caſos, q̃ adelante ſe ofrezcan, pues puede tanto la coſtumbre en ello. Y ſi de lo contrario ſe an mandado boluer a la Igleſia, de donde fueron ſacados, tambien ſe deue guardar en lo que mas ſe ofrezca. Lo mas cierto es, que los que hieren, o matan a las juſticias, o ſus miniſtros, de ordinario los ſacan de las Igleſias, agora ſea por la atrocidad de el caſo, o por el graue daño, que a la Republica del ſe ſigue, o por coſtumbre, que deſto ſe tenga. Lo qual en las partes, que eſtè recebido, ſe à de atẽder con la declaracion, que la miſma ley 5. tit. 22. lib. 8. de la Recop. en las vltimas palabras dize, auiẽdo hablado primero de las juſticias ordinarias, y Alguaziles. *Pero ſi qualquier de los ſobredichos cometiere pelea no vſando de ſu oficio* (cõmo muchas vezes à ſucedido) *que aya aquella pena q̃ mandã los Derechos ſegun fuere el yerro que hiziere*, aſsi q̃ quando fuera de ſu oficio el miniſtro de Iuſticia ofende, o deſafia, o es ofendido, no ſe deue juzgar la cauſa, para lo tocante a la pena, ni para la immunidad Ecleſiaſtica, ſino como entre perſonas particulares. Vt poſt peritiſsimum Antonium Gomez, tertio tomo, capitulo vigeſimo, & vigeſimo primo. Adnotat doctiſſimus Azebedo in eadem lege 1. num. 8. Y para que qualeſquier juezes, que lo ſean, vean eſta mi reſolucion, y aunque no ſean Letrados, ſi ſe les ofreciere algun tiempo el caſo, puedan juzgar, y proceder, ſegun yo aqui reſueluo, ſe pone en vulgar de lengua Caſtellana mirando a la coſtumbre de otros caſos exemplares y no los auiendo cõtrarios,

G guarden

guardé el derecho comũ, è inmu
nidad dela Igleſia. Et vltra ea quæ
ſupra alegauimus quantũ, & quo
modo offeretur in his caſibus cõ-
ſuetudo, eſt videndus nouiſsime
Antoni⁹ Faber in difinit. 1. ſub tit.
de his, qui ad Eccleſiã confugiũt
lib. 1. vbi etiã reſoluit in atrocio-
ribus delictis nõ vigere Eccleſiæ
immunitatẽ, ex rationibus quas
aſsignat. Vnũ tamen eſt notandũ
quod iudex, vel alguacelus, vel e-
ius familia poteſt delinquentẽ of
fendere, vulnerare, ſeu occidere,
13 ſi ſe defendat, & nolit permittere
capturã, quod paſsim in hac Li-
menſi ciuitate euenit, quãdo los
quadrilleros de la Hermãdad prẽ
den a los negros eſclauos huydos
q̃ muy de ordinario ſe les reſiſten
& tunc impune eos, vel quoslibet
delinquẽtes offendere licet, quia
14 illicita eſt defenſio, vbi iuſta eſt
offẽſio, quos & ſeruorũ dominos
cũ eos reſiſtẽtes vulnerãt, vel occi
dũt ſæpe defendi per legẽ ſi ſeru.
C. de his, qui ad Eccleſiã cõfugiũt
& ex adductis per Bald. in l. fin. C.
de exhib. reis, & poſt eũ Didac. Pe
rez in l. 5. tit. 12. li. 8. ordina. col.
251. in vlt. edit. verb. quæro. e-
tiã, verum Alguacelus per cap. eſt
iniuſta. 23. q. 4. ſi vero delinquẽs
15 nõ reſiſtit, alguacelus non debet
malefactorẽ percutere, vel poſt
capturã turpiter ducere aliàs ve-
niet puniẽdus ex l. fi. C. d his qui la
trones occultauerũt, & per Didac.
Perez vbi ſup. & quãdo alguacel⁹
executor extra caſum delicti fra-
gantis vult aliquẽ capere, ſeu bo-
na aprehẽdere, an liceat ei reſiſte
re, & quã pœna puniatur iudici
reſiſtens vide eundem Didac. vbi
ſup. verbo, *Metieren manos a armas.*

## CAPVT. III.

### §. V.

*1 Noſtra lex excipit ab immunitate Eccleſiæ latronem publicum.*

*2 Item excipit incendarium.*

*3 Incendium plerumq; cõmititur culpa inhabitantium & ſic præſumitur.*

*4 Violans Eccleſiã non gaudeat eius immunitate remiſſiue, & diſtinctio conſtituitur.*

## CAPVT. III. §. V.

TEXTVS legis noſtræ ex-
1 cipit ab immunitate Ec-
cleſiæ latronẽ publicum,
quẽ etiã excipit capitulũ inter a-
lia de immunitate Eccleſiarũ, &
incendariũ meſſiũ nocturnũ, qui
caſus additus eſt iuri cõmuni per
hanc legẽ fori quæ recopilata eſt
2 in hoc tit. circa quod eſt aduertẽ
dũ in hoc incendij delicto nõ fa-
cile eſſe procedẽdũ ad punitionẽ,
nec pœnã ordinariã quæ eſt im-
poſita in tit. ff. de incẽdio, ruina,
naufragio, & in l. 9. tit. 10. p. 7. quia
regulariter incendiũ caſu & cul-
pa inhabitantiũ potius quã ex do
lo, & delicto accidere ſolet, & præ
3 ſumitur ſiue in domibus, ſiue in
rure per textum in l. 3. §. plerũq;
ff. de offic. Præfecti vigilum, vbi
Paulus

Paulus, & cõmuniter omnes, Me-
noch. de arbitr. lib. 1. cent. 4. ca-
ſu 390. n. 3. Maſcard. de probat.
concl. 893. n. 1. vbi late, ibi, o deſ-
truyere viña, o arboles, quod eſt
graue delictum, æquiparaturq;
furto, & alius caſus etiam aponi-
tur demouente terminos circa
quod conſuetudo ſeruari debet,
quæ eſt optima legum inter pers
vt ſuperius diximus, ibi. *O hombre
que quebrantare la Igleſia, ò ſu cimen-
terio*, cum multa late per tracten-
tur à iuris canonici profeſſoribus
& ex noſtratibus ab Azebedo
hic an debeat gaudere delinquẽs
in Eccleſia ſub ſpe immunitatis,
& quando hæc ſpes præſumatur,
& an ſit caſu commiſſum delictũ
4 in eadem Eccleſia, quod ſi leue ſit
gaudeat, ſi vero graue, debeat ab
ea extrahi, ne ab alijs tam longo
calamo dicta repetamus, quod
circa hoc ſit ſeruandum, videndũ
eſt extra dictis per Bobadillã li. 2.
c. 14. n. 26. & ante eum Farinaciũ.
q. 28. lib. 1. tit. 4. n. 54. & ſequenti
bus vbi vere loquitur Curia Phi-
lippica verbo *retraydos*, & poſt eos
Cardinalis Tuſcus. 3. to. practica
rum cõcluſionũ concluſ. 11. n. 10
de quo iam remiſsiue egimus. §.
præcedenti.

## CAPVT. III.

### §. VI.

1 *Vtilis, & quotidiana quæſtiò à nemine vſque adhuc elucidata. An offendens, occidens, ſeu percutiens iudicem aduocatum, medicum, chirurgum, vel alios, qui ætatis, vel ingraueſcentis infirmitatis cauſa arma non deferunt, an talis delinquens immunitate Eccleſiæ gaudeat?*

2 *Interpretatio l. 10. tit. 26. li. 8. Recop.*

3 *Rieptum, & duelum quid ſit, & in quo differant; tradditur differentia.*

4 *Ex ea fit interpretatio d. l. 10. tit. 26. li. 8. Recopilationis.*

5 *Reſuelueſe que no goza dela immunidad dela Igleſia el delinquẽte q̃ teniẽdo armas hiere o mata a ſu ſaluo con ellas, al q̃ por razon de ſu oficio no lãs trae.*

6 *Lo miſmo ſiente el autor en el, que con armas hiere a los viejos enfermos, o impedidos que no las tienen; declare en el n. 7.*

7 *Traeſe para en prueua deſta reſolucion la l. 3. tit. 5. p. 7. y lo que dize Greg. Lop.*

8 *Concil. Trid. grauiſsimis pœnis duelorum vſum ſuſtulit, et abrogauit ex quo irritæ & nullæ ſunt leges de duelo agentes.*

9 *Ratio legis abrogatæ, vel correptæ ſemper remanet, & allegare poteſt.*

10 *Refertur litera l. 3. tit. 5. p. 7. & inducitur ad ſuperioris concluſionis intentum.*

11 *Comprueuaſe la reſolucion, y concluſion de arriba cõ otras cõſideraciones, y qual ſe diga muerte, o herida con ſupercheria.*

12 *Refieruntur verba Farinatii circa immunitatẽ, & quid obſeruetur in Curia Romana circa eos, qui ad Eccleſiã confugiunt.*

24 *Quãdo la herida o muerte es por pẽdẽcia q̃ ſucede a caſo, o cõ deſafio de hõbre a hõbre con igualdad para reñir cõ armas acoſtũbradas, aunque ſea de propoſito, vale la imunidad, y deſte derecho ſea de vſar en todos los caſos q̃ ſe ofrecieren. pero nó quãdo vno tiene eſpada, o otras, y el ofendido eſtá ſin ellas, ſera qualquier agrauio ſobre ſeguro.*

## CAPVT. III. §. VI.

ARDVA tamen, & difficilis quæſtio eſt, & à nemine quem viderim tacta,

G 2 vel

vel vſque adhuc pertractata, quotidiana igitur, & frequens in hac Eccleſiæ immunitatis materia, ſi quis ſine armis ſit, vel quia ſuæ profeſsionis conſuetudo id ex cõmuni vſu non patitur, ſcilicet iudices Literati, aduocati, medici, chirurgi, ſcolaſtici, & interdum flobotomiarij, & præter hos infirmi, & ſenes, qui enſes non accingunt, & alius, qui cum armis ordinarijs ſic, vt eſt enſis, vel ſica, ſeu pugio inermem, vel occidat, vel percutiat, an immunitate gaudebit? & pro parte affirmatiua primo facit generalis regula capit. inter alia de immunit. cum adductis paſsim à communi ſapientium Doctorum ſchola, ibi. Et ex noſtratibus pluribus alijs relatis, quos longum eſſet repetere, Azebedus hic n. 18. in noſtra ſcilicet l. 3. tit.

2 26. lib. 8. Reco. dum inquit. *Otro ſi todo hõbre, q̃ fiziere muerte ſegura, cae en caſo de aleue, y la mitad de ſus bienes pertenecen a nueſtra Camara, y toda muerte ſe dize ſegura, ſaluo aquella que fuere fecha en pelea, ò en guerra ò en riña.* Hæc lex fuit Ildephonſi Regis vndecimi edita era Cæſaris 1385 ſublatis 38. annis. Quæ differt ab anno à CHRISTO Domino nato 1347. quoquidem tempore erat deteſtabilis duelorum vſus, ſic cum vocat ſanctum

3 Concilium Tridentinum ſeſs. 25 cap. 19. duelumq; ex riepto proveniebat, & eius ſpecies erat, de hoc ſunt duo tituli tertius ſcilicet, & 4. p. 7. rieptum non niſi licentia regis, & alijs ſolemnitatibus de quibus in l. 1. & ſequentibus dicto tit. 3. fieri poterat, ducelum vero quod tunc dicebatur la lid, y deſpues antes del Concilio de Trento, deſafio campal fieri poterat inter nobiles, & certis caſibus inter plebeyos, inquit autem dicta lex 1. *E la razon porque fuè fallada la lid, es eſta que tunieron los hijos dalgo de Eſpaña, que mejor les era defender ſu derecho, è ſu lealtad por armas, que meterlo a peligro de peſquiſa, ò de falſos teſtigos.* Et infra. *E la otra, la que ſuelen fazer de pie los homes de las villas, ò de las aldeas, ſegun el fuero antiguo de que ſuelen vſar.* Et ibi adnotat Gregorius Lopez, que entre los pueblos, en cierto caſo podia auer deſafios, dirè lo que ſe ſigue en vulgar Caſtellano, para que por todos pueda entenderſe, por ſer antiguedad de Caſtilla: Supueſto de eſtar eſte modo de combatir, y reñir con armas, tan aſſentado, y dudarſe de qual ſe deuia tener por muerte ſegura y aleuoſa, y qual no: vino a declara-

4 cion de lo dicho la ley citada del Rey don Alonſo onzeno poniendo la pena de aleue, al que comete delito de muerte ſegura. Luego declara: *Y toda muerte, ſe dize ſer ſegura ſaluo, aquella q̃ fuere fecha en pelea, ò en guerra, ò en riña,* ſerá la que ſe ſolia hazer en los

deſafios

deſafios de repto, o duelo, que ſe llama Valid guerra, ya ſe ſabe, q̃ es, auerſe de hazer con autoridad del Principe ſuperior, y otros requiſitos, que porque no ſon del propoſito, no ſe refieren. Luego dize *riña*, por eſta palabra ſe excluye, el q̃ a otro por detras hiere, y ofende, como todos los Doctores por eſta ley dela Recopilacion comunmente lo entienden, yo lo extiendo, y entiendo tambien, quando ay deſigualdad, de tener vno armas, y al otro con quien tiene riña, faltarle, que en-
5 tonces el que las tiene, y hiere, o mata, al que no las tiene, para defenderſe propriamente, ſe dira, q̃ comete delito de muerte ſegura, pues con tanta ſeguridad, y a ſu ſaluo puede herir, o matar aquel, con quien tiene riña, como ſe vee en los exemplos deſta queſtiõ en los Abogados, Medicos Eſtudiãtes, cirujanos, y algunos barberos q̃ por razõ de ſu oficio, y dela general coſtumbre no traẽ armas, y
6 aſsi ſiẽdo, q̃ los q̃ a los ſuſodichos o a los viejos, o enfermos, o muchachos, q̃ no traen armas, ni comodamẽte pueden defenderſe ſi, alguiẽ los hiriere, o matare, no le valdra la immunidad de la Igleſia, lo qual ſe entiende, y limita que no proceda, quando prouocãdo qualquiera de los referidos ofendieſſe con obra, o pala-
7 bra mayor, al q̃ tiene eſpada, o armas, ex his, quæ adduximus ſupra, §. 1. n. 17. & §. 2. n. fin. quia ignoſcẽdum eſt ei, qui ſe vult vlciſci prouocatus ex ratione tex. in l. qui cum natu maior verbo ignoſcẽdũ. ff. de bonis libert. & ex alijs adductis, quæ hic repeti poſſunt. Lo qual tãbiẽ ſe ſublimita, ſi el q̃ eſtà cõ armas, es aggreſſor, y ofende, y preuiene de obra, o palabra de afrẽta, al q̃ no las tiene, q̃ en tal caſo procede la reſolució citada; y es, q̃ aunque el deſarmado procure, a vna ofenſa correſpõder cõ otra ſin armas, y ſatiſfazerſe, ſi el q̃ ſe halla armado cõ ſu eſpada, le ofende, y mata, no le valdra la imunidad dla Igleſia, ex his, quæ adduxi. Dura parece eſta cõcluſion negatiua, de q̃ no ſe goza dela immunidad, pero cõpruebola cõ la deciſ. y palabras de vna l. de part. q̃ es 3. tit. 5. p. 7. q̃ dize; no es en igual vn hombre valiẽte combatirſe cõ otro de pequeña fuerça. Et ibi notat Greg. Lopez verbo. non eſt en igualdad, & eſt Gloſ. in c. vni. §. non eſt cõſuetũdo de alienatione fœudi paterni, verbo, Longobardorũ, dum quærẽdo de pugna faciẽda inter dñm & vaſſalũ propter fellonia cuiuſpiã ex eis, & an dominus debeat pugnare, vel dare *Capionẽ, qui pro ſe pugnet, reſpõdet Gl. ſed dicas, quod pro ſe pugnabit, niſi prohibeatur per ætatẽ, vel infirmitatẽ*. Ecce qualiter in pugna æqualitas armorum, & ætatis requiritur, ſi ergo eſt neceſſaria dicta æqualitas, ſequetur ex

inde eſſe iniuſtam pugnam, & ri-
xam propter inæqualitatem, ſiue
10 ex defectu armorum, ſiue morbi,
vel ætatis alterius expugnãtibus
*procedit regula d. legis* 10. *tit.* 26.
lib. 8. Recopilatio. y q̃ ſerà muer
te ſegura aquella, en que ai falta
del requiſito de armas para pelea
o riña igual, o ſi vuieſſe deſigual-
dad de edad, o enfermedad, que
hizieſſe dificultoſa la defenſa del
herido eſtando inerme, y ſin con
que defenderſe, & quamuis iuſtiſ
ſimis de cauſis ſanctum Conci-
*lium Tridẽtinum Monomachiã,*
hoc eſt, Duelorum ſolemnium
vſum ſub excommunicatione, &
alijs pœnis deleuerit, & ex eo ir-
ritæ, & nullæ ſunt leges de duelis
ſupradictis agentes, tamẽ ſuſtinẽ
tur, & procedũt allegationes, quas
de eis fecimus, quia licet lex ali-
qua ſit abrogata, vel correcta, ta-
men eius ratio ſemper remanet,
quam licitum eſt allegare. Gloſ-
ſa, & Innocentius in cap. potuit
de iudicijs Gloſ. in cap. 1. de cõſt.
Gloſſa. & Bartol. in l. 1. ff. de cõ-
iungendis cum emancipatis libe-
ris, & per Felinum in cap. frater-
nitatis de hæreticis: atq; ideo ad
noſtrum intentum adduxi dictã
legem partitæ 3. tit. 5. p. 7. dum
inquit. *No es en igualdad, vn hom-
bre valiente combatirſe con otro, que es
de poca fuerça*, y ſi el que deuia pe-
lear, o reñir en pendencia, pelea,
o riña, ſe eſcuſaua por lo ſuſodi-
cho, y no auia con el riña mucho
menos la abra cogiendole ſin ar-
mas para ofenderle con ellas, el
que las tiene, al que no las trae,
por ſu oficio, profeſsion, o enfer-
medad, y otra qualquier ocaſion,
y aſsi ſerà muerte ſegura, la q̃ cõ-
tra el deſarmado ſe cometa, por
no ſer en la pelea, o en riña, que la
ley, q̃ è citado, requiere. Demas
de lo dicho cõpruebo eſta mi cõ-
cluſion, con que aunque ſea ver-
dad, que las pendẽcias ſuſodichas
que ſuceden roſtro a roſtro, aun-
que aya deſigualdad de faltar ar-
mas al ofendido, *no ſe puede* de-
zir, que ſon a traicion, por no ſer
por detras. Tienẽ aleuoſia, y quã
11 do menos ſuperchería, y ventaja,
que baſta, para que en ellas ceſſe
el derecho de la immunidad de la
Igleſia, como en el caſo que ſuce
dio de la herida de el Racionero
Muñon, y quando vno, aunque
ſea a ſu enemigo, le buſca preue-
nido, y mata con ſupercheria, y
ventaja yendo reſguardado de
ſus deudos, o amigos, o en parte
donde el otro no puede defender
ſe, trae Caſtillo de Bobadilla, q̃
no le valdra, al que aſsi ofendie-
re la immunidad de la Igleſia, en
el lib. 2. de la Politica, cap. 14. n.
36. & 39. y deſpues del Villadie-
go en ſu Politica, capit. 3. n. 209.
mucho menos le valdra, a quien
mata, o hiere, al q̃ de todo pun-
to por ſu oficio, o enfermedad e-
ſtà ſin armas, pues es herido ſin
poder defenderſe cõ otras, y con
ſecutiua

ſecutiuamente con ventaja, y ſupercheria; y es caſi lo proprio, q̃ herir ſobre aſſechança, o muy poco menos, por el ſeguro q̃ tiene, de no ſer ofendido, el q̃ aſsi hiere, al que està impedido, o no tiene armas; y lo miſmo que coger a el enemigo armado ſobreſaltado, o con inſidias. Y que en eſtos dos caſos vltimos no valga la dicha immunidad, reſuelue Villadiego, d. n. 209. aunque ninguno de todos refiera, el que yo è pueſto ſiendo tan contingible, y con eſto concurre, que requiere caſtigo al que hiere, al que no pudo defenderſe con armas iguales, en eſpecial ſiendo como ſon comunmente perſonas de reſpeto, y vtiles en la Republica los Letrados, y Medicos, y que andan por ſu autoridad debaxo del amparo de la

12 juſticia, & ſic procedere quãtum ad hoc videntur rationes, quas adducit Proſper. Farinatius Romanus Aduocatus eminentiſsimus, dicta q. 28. n. finali, ex Iulio Claro q. 30. §. fin. *Scias autẽ, quod hæc immunitas Eccleſiaſtica propter ingentem numerum Eccleſiarum, & frequẽtiam delinquentium, valde reſtricta eſt à conſuetudine, & alias enim de facili quilibet malefactore euaderet manus iuſtitiæ, cum nulla fere ſit via in ciuitatibus, in qua non ſit vna, & quandoq; plures Eccleſiæ, ita vt priuſquam delinquens caperetur facillimè poſſet, ſe in quamlibet earum recipere, quod eſſet contra mentem eorum, qui Eccleſiæ immunitatem tribuerunt, non quidem vt eſſent aſilij delinquentium, & ſpeluncæ latronum, ſed vt præſtaretur refugium miſeris, qui humana fragilitate, aut caſu in aliquod crimen incidiſſent.* Hæc Iulius Clarus, & poſt eum Farinatius, & alia dicit, quæ conſulto non refero. Tamen ex Concilio Tridẽtino, ſeſsione 25. cap. 5. innouatur obſeruãtia dictæ immunitatis Eccleſiaſticæ, circa quã vt iam prædiximus, multum operatur conſuetudo, & procedendo vlterius inquit ipſe Farinat. benè verum eſt, quod in vrbe nunquam confugientes ad Eccleſias tutos vidi, niſi in leuibus delictis, & pro debito autem ciuili motus Gregorij XIIII. quem ſtatim allegat, vt iam ſæpe dixi, nõ eſt apud nos receptus in vſu, atq; ideo nõ obligat ex his, quæ adduxi § præcedenti, & ſtillus Curiæ, de quo refert dictus autor, ius facit cap. quam graui, de crimine falſi, cũ alijs, quæ adici poſſent, ſed abſit ad extenuandam piam, atq; fauorabilem tẽplorum ſacrorum immunitatem prædictam vltimam Farinacij concluſionem adducere, ſatis verò erunt quæ diximus, & vltra Doctores de hoc agentes conſiderabimus concluſiones appoſitas fundamentis fulcitas eſſe, vt iam habeas caſus contingibiles hac noſtra opinione explicatos. Itaq; quando el ſucceſſo de herida, o muerte, es de hombre por hombre en pendencia trauada,

aunque ſe ſalgan a reñir al campo dos a dos, y aunque ſea ſobre caſo penſado, o enemiſtad, o de ocaſion precedente, valdra la immunidad dela Igleſia. Y eſta opinió entre las que refiere Caſtillo de Bobadilla, cap. 14. li. 2. n. 41. & alijs, eſtà recebida, y praticada, y lo miſmo en todas las pendẽcias caſuales de cuchilladas, o heridas que ſe deue entender, no auiendo la ventaja, que è dicho de herir, o matar, el que eſtà con la eſpada en la mano, al que no la tiene, que ſeria ſobreſeguro.

Sed nihilominus cogita circa qualitatẽ cuiuslibet delicti cómiſſi quid ſit tenendum, & in cæteris delictis in quibus reſoluimus locũ eſſe Eccleſiaſticæ immunitati, & quæ in praxi, & conſuetudine obſeruare licebit in fauorem Eccleſiæ, & immunitatis templorum, ſunt recepta, his exceptis, quæ explicuimus pro meliori reſolutione.

---

# CAPVT. IIII.

1 *LICENCIATVS Bobadilla plura de poteſtate iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſcripſit.*

2 *Monitoriarum literarum quæ vulgo cartas de excõmunion nuncupantur, materia quotidiana, & vtilis.*

3 *Decerni poſſunt prædictæ Monitoriæ ad finem reuelationis, vt aiunt, aut pro deperditis, & ſubtractis, ex Concilio Tridentino ſeſſ. 25. cap. 3.*

4 *Aliarum Monitoriarum prouiſio, & decretum ſit, vt teſtes, qui veritatem alicuius cauſæ ſciant, illam dicant, & declarent, & quomodo hoc fiat ex decreto iudicis Eccleſiaſtici.*

5 *De iure in cauſa vſuraria dictæ Monitoriæ admittuntur, Praxis verò eas extendit ad quãcũq; ciuilẽ cauſam, tã pro reo, quã pro actore, nec decerni poſſũt in criminalibus ad offenſam, n. 6. & an pro reo in dictis criminalibus cauſis, n. 7. & 9.*

6 *Refertur declaratio congregationis Cardinalium, qui pro declarãdis dubijs Concilij Tridentini; aſſident vtilis in Praxi.*

7 *Pro reis, vt veritas pateſiat, decerni poſſunt cenſuræ, vt teſtes, qui veritatem ſciunt, veniant teſtificaturi.*

8 *Limitatur, quando ſequi poteſt corporalis pœna, vel mutilatio membri, ſi teſtes per cenſuram declarent.*

9 *Aduocati, Medici, & Confeſſarij, qui ſub ſigillo ſecreti naturalis aliquid ſciũt non arctãtur cenſuris monitorialibus, vt deponant.*

10 *Niſi ſit in caſu criminis leſæ Maieſtatis deuinæ, vel humanæ, & alijs, quæ hoc numero referuntur.*

11 *Excuſantur parentes, coniuges, & intra quartum gradum conſanguinei, circa quod diſtinguit Ioannes Gutierrez cauſas criminales à ciuilibus.*

12 *Diſputatur, an dictare ſolutio locum habeat in alijs monitorialibus, quarum ſit prouiſio vt teſtes veniant ad deponẽdum quod ſciunt in cauſis coram ſeculari iudice vertentibus.*

13 *Teſtis officium eſt publicum autoritate, & priuatum vtilitate, & quandoque publicum vtilitate, & autoritate, vt in criminalibus.*

14 *Non ſemper in criminalibus teſtes cogẽdi ſunt, vt deponant.*

15 *Quemadmodum excuſatur teſtis, ne deponat in præiuditium coniunctorum, ſic etiam iuſtam excuſationem habet, ſi ſit in præiudicium ſui ipſius.*

17 Ex

16 Ex capitali teſtimonio prouenit capitalis inimicitia.

17 Non debet quis ſe exponere periculo pro cauſa aliena.

18 Quod intelligitur, ſi imminet magnum periculũ teſti ſecus verò ſi nõ immineret.

19 Pelinus vtriuſque iuris Luminare maius, ex Cenedo & alijs, & ex eius doctrina eſt præcedens concluſio.

20 Eam extendit autor, vt etiam intelligatur, & procedat in monitorialibus ad teſtificandum, quæ non arctant, quando graue dãnum ei imminet, etiã in ciuilibus adducitur pro hoc reſolutio patris Stephani de Auila ex Societate IESV.

21 A teſtificando ex vi monitorialium excuſantur perſonæ enumeratæ in l. 11. tit. 16 p. 3. & redditur ratio, quia iudex Eccleſiaſticus non poteſt compelere, quos lex excuſat.

22 Eccleſiaſticus, & ſecularis iudex ad inuicem ſe adiuuare debent.

23 An perſonæ coniunctæ, & aliæ exceptæ in dicta lege 11. tit. 16. p. 3. & in lege Iulia de teſtibus teneãtur deponere in ſubſidium, & alijs non exiſtentibus teſtibus; & per conſequens reſpondere monitorialibus; & eis parere ad teſtificandum, ardua quæſtio, & a nemine bene declarata.

24 Refertur doctrina Nauarri tenentis coniunctos, & honoratos teſtes obligatos eſſe deponere, quando allij deſſunt in foro cõſcientiæ, idemque quoad monitoriales tenet autor.

15 Limitatur in parentibus, niſi duo ex liberis litem habeant, ex ſententia Bartoli.

26 Par cauſa affectionis á ſuſpitione liberat.

27 Seruus interogatur de vno domino aduerſus alterum, quando ille, pro quo interrogatur, fuit occiſſus.

28 Doctrinã Bartoli improbat Donelus, & verba Doneli, quia elegantia referuntur.

29 Teſtimonium paternũ in cauſis filij nullum, & quando locum habere poßit, remiſſiuè.

30 Bartolus iuris Coripheus, quamuis hoc nomen vſurpent ſequentes Donelum, dicẽtes eſſe noſtri temporis.

31 Coripheum declaratur excuſatio coniunctorum ſolũmodo locum habere in caſibus expreſsis, in l. 1. tit. 16. p. 3. in reliquis vero caſibꝰ, & negotijs, quod teſtificãdũ ſit, ſiue per iudicis coactionẽ, ſiue per monitoriales cenſuras Eccleſiaſtici procedit regulariter tit. de teſtibus cogendis, & l. 6. tit. 6. lib. 4. Recopilat.

32 Inuectiua Antonij Fabri contra Eccleſiaſticos, qui paſsim, & pro qualibet re cenſuras decernunt monitoriales.

33 Dictum teſtis poſterius per cẽſuras monitoriales cum iuramẽto præualet primæ depoſitioni ex diffinitione Antonij Fabri, & aduerſus omnes, qui per cẽſuras declarãt, admittitur repulſa ſicut cõtra alios.

34 Teſtes, qui excuſantur deponere, ex vi monitoriarum, ſi alij deſſunt, non arctantur, reſpondere dictis cenſuris, donec eis conſtet, alios non eſſe teſtes, quia regulã excuſationis pro ſe habent, & ſic ſunt in tuta conſcientia, donec defectu probationis eis conſtet, quod eſt notandum pro cõſcientiæ timoratis ex reſolutione autoris.

35 De parentibus, & vtroque coniuge dubitari poteſt, an alijs non exiſtentibus teſtibus ex vi cenſuræ monitorialis teneantur deponere, licet partem negatiuam autor ſequatur, verbo infra n. 40.

36 Teſtis, qui poſt didicita teſtificata deponit ex vi monitoriarum admittendus, & ratificandus eſt, fraude & dolo ceſſante.

37 Peticion, y practica del autor, para pedir cenſuras, en que ſe amoneſte, y mande à los teſtigos, que ſupieren algun hecho en pleyto, que eſtè pendiente ante el juez ſeglar, lo vengan declarando por mandado del juez Eccleſiaſtico.

38 Parentes, & coniuncti, & alii, qui excuſentur à deponendo, non habent excuſationẽ in cauſis matrimonialibus, quia eos ligant cenſuræ monitoriales.

39 Excuſantur progenitæ mediatores, quos non arctãt monitoriæ, quia à lege dictam excuſationem habent, vt hic declaratur.

40 Serui, qui in ſeruitute ſunt, non arctantur cenſuris monitorialibus vt deponãt,

qui

*qui à lege interdicuntur teſtificari.*

41 *Seruorum teſtimonium regulariter à lege probibetur.*

42 *Admituntur verò ſiue in ciuilibus vel criminalibus, ſi alij nō ſunt teſtes, & hoc obtinet Praxis Audientiæ Regalis Limenſis.*

43 *Serui aduerſus dominum cenſuris monitorialibus nō compelluntur, nuntiare, vel teſtimonium deponere, & redditur ratio, & quid de famulis.*

44 *Quando graue damnum imminet, excuſatur quilibet à pœnis cenſurarum, ſiue à denuntiando, vel teſtimonio ferendo.*

45 *An famuli vt aduerſus dominū, cuius ſalario viuunt, excuſentur, reſoluitur pars affirmatiua ſi illis graue dānū imminat.*

46 *Ceſurarum monitorialium Praxis à nemine vſque adeo eſt in lucem edita, & declarata ſicut ab autore ſub debita ſanctæ Romanæ Matris Eccleſiæ cenſura.*

# CAPVT. IIII.

## Ad legem primam titulo tercero, lib. primero Recopilat. tractatus de cenſuris monitorialibus, plura quotidiana in Praxi adducuntur.

AD legem primam titu. 3. Recopilationis, quæ de iuriſdictione Eccleſiaſtica tuenda, & non impediēda à poteſtatibus ſecularibus agit, & de monitorialibus cenſuris, quæ à iudicibus Eccleſiaſticis decernuntur, quive
excuſentur, vt eis reſpondeāt, &
quos earū dcretū obliget, pluraq;
nō vſq; adhuc declarata, & in vtro
q; foro vtilia, cū plura pro iudicibus,
& iuriſdictione Eccleſiaſtica
relata fuerint à Licentiato Caſtillo
de Bobadilla in polit. lib. 2. c.
1 17. non erit neceſſarium hic ab
eo dicta repetere cum omnibus
pateſiāt, & poſt eū eſt integer tra
ctatus Ioānis Marthæ Neapolita
ni de iuriſdictione, in qua quam
plurima adducit, ſed quia monito
riarum, quæ à iudicibus Eccleſiaſticis
decernuntur, Praxis quotidiana
eſt, & ad noſtræ legis primæ
propoſitū attineat, dum præ-
2 cipit, vt recipiantur dictæ excom
municationis monitoriæ, de quibus
Bobadilla non egit, præſupo
nendum eſt, dicerni poſſe ex cau
ſis, quās poſt alios refert Ioannes
Gutierrez, lib. 1. Canonicarum
quæſtionum, cap. 11. vbi conſtituit
Praxim harum monitoriarū,
quæ ex duplici cauſa concedun-
tur, vna quidem eſt, quam expri-
mit Cōcilium Tridentinum, ſeſs.
25. cap. 3. de reformatione ad finem
reuelationes, aut pro deper-
3 ditis, & ſubtractis, & ex adductis
à Ioanne Marthæ de iuriſdi. 3. p.
li. 1. c. 4. & ſequentibus, qui viden
dus eſt, nam præcipuè agit de primo
monitoriarum genere, quæ
decernūtur pro deperditis, & ſub
tractis. Alteræ monitoriæ ex cō-
municationis decernuntur, vt te-
4 ſtes, qui veritaté ſciuerint in cau-
ſis

ſis pendentibus coram ſeculari iudice eam declarent de primis rerum deperditarum, vel quæ retinentur iniuſtè per furtum, videndus eſt Ioannes Gutierrez, vbi ſupra, qui benè loquitur, & poſt eum perdoctequidem Pater Stephanus de Auila ex Societate IESV, quem Cathedram Theologiæ Primarium moderatorem in hac Limenſi Academia cognoui, virum quidem ſanctitate, & eruditionis autoritate pro dubijs ſoluendis refulgentem, qui compoſuit tractatum de cenſuris, & poſt eos omnes nouiſsimè Ioãnes Matthæ, d. ca. 4. & ſequẽtibus, vbi plura notatu digna reſoluit, quæ §. ſequenti dicam, quod attinet ad ſecundum modum cenſuræ prædiæ cõceduntur contra teſtes, qui veritatem ſciunt, & eorum nomina ignorantur, vel aliàs deponere nolũt, eſt enim in Praxi in hoc Peruano Regno receptiſsimum, has cenſuras decernere ex tex. in cap.
5 conſtitutis, el 1. de teſtib. & ibi Abbas, 4. notabili, ſed non probat ille text. hoc, vt aduertit Gutierrez. vbi ſupra, n. 36. Et licèt capitulum ad noſtram de iure iurando, ex quo cõcedi poſſunt di-
6 ctæ monitoriæ, loquatur in cauſa vſuraria Praxis communis, hoc extẽdit ad omnem cauſam ex ratione, quã adducit Emanuel Rodriguez, 1. p. ſuæ Summæ cap. 79. quæ potiſsima eſt, vt iuiicé pro veritate eruenda, ſe adiubens Eccleſiaſtica, & ſecularis poteſtas, ex quibus deducitur, in cauſis ciuilibus tam pro reo, quam pro actore, ſi lis vertitur coram ſeculari iudice, poſſe Eccleſiaſticum cenſuras prædictas decernere, vt teſtes veniat teſtificari, & ad hoc & moneantur, & compellantur vſq; ad Anatematis mucronẽ. Secundò deducitur prædictam Praxim locum apud nos nõ obtinuiſſe in cauſis criminalibus, pro quibus non ferentur cenſuræ monitoriales, propter periculum irregularitatis iudicibus Eccleſiaſticis imminens, ſi procederetur ad pœnam mortis, vel mutilationis membrorum. Pari modo in criminalibus in fauorem reorum ex eodem periculo. Sed contrarium teneo, & poſſe decerni, quia etiã ſi procedatur criminaliter ex perditis, & ſubtractis, & ex hoc quod reuelatum eſt per cenſuras, veniat ille, qui eas impetrauit, ad accuſationem criminalem nõ impedit, nec aliud ex eo inconueniens ſequitur. Hæc doctrina deducitur ex declaratione quadam congregationis illuſtriſsimorum Cardinaliũ, qui pro declarãdis Cõcilijs ſunt diputati, ea eſt, 36. in ordine anni 1592. his verbis. *Congregatio Concilij cenſuit, ſi iuſta capitul. 33 ſeſ. 25. de reformatione literarũ monitorialiũ ad finem reuelationis, quæ etiam pro rebus ſubtractis ferri poſſunt relaxatis, pro palatum aliquid reuelatum fuerit,*

poſſe

poſſe actorem contra eos, qui ali-
quo iudicio laborauerunt, ſiue
cauſa fuerit ciuilis, ſiue criminalis
iudicum experiri, in eoq́; ſi legiti
mè probauerit, obtineat, & ſic ex
cuſationē iudicati, nec realē, nec
perſonalē habere voluerit, tūc &
non prius licere iudici ſpirituali
gladio excommunicationis, ſi
cauſæ qualitas idem poſtulauerit
in eos condemnatos experiri, vt
adducit, & refert hāc declaratio-
nem nouiſsimè Vincētius de Mar
ſilla ad *Concilium Tridentinum*,
ſeſs. 25. cap. 5. Itaque non venit in
conſiderationem eſſe proceſſum
criminaliter, vel ciuiliter ex his,
quæ ex monitorialibus literis fue
runt indiciata, ſeu declarata adhi
bita qualitate, & diſtinctione, de
qua in dicta declaratione multo
magis debēt decerni, vt teſtes pro
reo declarent in cauſa criminali,
ſi ignoti ſint, vel ſe excuſent, &
quod principaliter agitur, eſt te-
nendum, l. ſiquis, nec cauſam, ff.
ſi certum petatur, hoc eſt, vt veri-
tas eruatur, nō quod per accidēs
inde ſequi poſsit, & ſic decernen
dæ eſſent cenſuræ pro reis in cau-
ſis criminalibus, quod limitandū
eſſe, niſi timeatur ex huiuſmodi
7 monitorialibus decretis, vt teſtes
veniant teſtificaturi pro reis cau-
ſarum criminalium, exinde con-
tra accuſatorem propter calum-
niam, vel propter præſentationē
ſcripturarum, vel teſtium, de quo
8 rum falſitate conſtet, exinde ſe-
quendam pœnam mortis, vel mē
bri mutilationem cōtra actorem,
quia prohibitio eſt in cap. ſenten
tiā ſanguinis, ne Clerici, vel Mo-
nachi, quæ in hoc vrgere videtur
quod prudēs, & circūſpectus iu-
dex, arbitrabitur, cuius arbitrio
committitur ex generalitate text.
in cap. 3. ſeſ. 25. Concilij Triden
tini, & adductis à Martha de iuriſ
diction. 3. p. cap. 4. n. 1.
Tertiò pro his monitorialibus eſt
notaudnm, excuſari ne veniant
9 teſtificaturi aduocati, & medici,
qui ſciunt ſecretum partis, & for-
tiori ratione confeſſarij, qui in ſa
cramēto confeſsionis ſciūt, quod
eis dictum fuerit, rationibus, &
autoritatibus, quas adducit Ioan.
Gutierrez, d. c. 11. lib. 1. n. 58. & de
ſciente ſecretum naturale diſtin-
guit, n. 47. vbi conſtituit, nō tene
ri niſi in crimine lœſæ Maieſtatis
diuinæ, vel humanæ, & alijs cri-
minibus adhuc pendentibus, vel
imminentibus in futurum, in per
10 nitiem, vel in notabile damnum
Reipublicæ, vel proximi cuiuſ-
cumq́;, vt ſunt hæreſes proditio-
nes, machinationes, latrocinia,
homicidia occultè graſſantia, &
falſificationes monetæ, & ſimilia,
quia etiam non interrogatus tenē
tur reuelare ei tantum, qui credit
prodeſſe, & non obeſſe, modo ſit
ſuperior, vel non; videndus eſt
Nauar. in cap. inter verba. 11. q.
3. concluſi. 6. n. 21. dicens. Pecca
re illum, qui detegit ſecretum ſi-
bi com-

bi cōmmunicatum, quod nō vergit in graue damnum alterius iudice competente præcipiente, ex diuo Thoma, Secunda Secundæ, quæſtione ſeſageſima nona, articulo ſecundo, excuſantur etiam, ne reſpondeant coniux, nec deſcendens, & cognati, conſanguinei eius, contra quem declaratio facienda eſt. Nauar. inter verba, concluſione ſexta, num. 312. Gutierrez vbi ſupra. num. 54. & circa hoc adhibet diſtinctionem Angelus in Summa, verbo, denunciatio, quod ſi eſt in cauſa criminali non teneantur, in ciuili autem teneantur, cum ea tranſit Gutierrez, vbi ſupra, & Auila de cenſuris, 2. p. cap. 5. diſput. 5. du. dubio comprobat ſuam opinio- Auila, vbi ſupra, duabus rationibus, in quibus fundamentis colligitur, parentes, ſiue aui, vel alij aſcendentes filios, & alios deſcendentes, maritum, ſocerum, generum, victricum, & priuignum, nō
12 teneri denuntiare, ſeu manifeſtare, quod ſciunt aduerſus ſibi coniunctos, & ſi cenſuris moneātur, extēdentes prædicta ad cōſanguineos intra quartum gradum, qui ſi ſciūt filium, vel patrē, cōſanguineū, vel victricū, ſeu priuignū aliquod cōmiſsiſſe delictum, etiā ſi infamatus de eo ſit, aut quod retinet aliquas ſcripturas, vel quod non vult obedire, non tenentur denuntiare, ſed hoc eſt intelligēdum, quādo cenſuræ monitoriæ decernuntur ad finem reuelationis, aut pro deperditis, & ſubtractis, quo quidē caſu ex Concilio Trid. ſeſs. 25. cap. 3. ex re nō vulgari, cauſaq; diligēter, ac magna maturitate per Epiſcopū examinata, quæ eius animum moueat, concedi poſſunt, & poſt Ioannē Marthæ de iuriſdict. 3. cap. 7. ex n. 1. qui quidē doctè loquitur tā reſpectu teſtium, quàm confeſſarij, & principalis excuſationis, quod attinet ad aliarum cenſurarum praxim ad monēdos teſtes, & compellendos cenſuris adhibitis, vt teſtimonium dicant, eſt advertendum, & ad veram huius rei veritatem permittendum, vt inſinuat Gofredus in Summa tituli, de teſtibus cogendis, quē ibi refert Felinus, & Baldus, in eadem
13 Rubr. quod officium teſtis poteſt eſſe aliquando autoritate publicum, & vtilitate priuatum, & etiam autoritate, & vtilitate publicum, vt in criminalibus, atque ideo compellitur teſtimonium dicere, & de iure ciuili aſſerit Baldus, & poſt eum Felinus in dicta Rubr. eſſe magis publicum, quàm de iure Canonico, in quo eſt quaſi publicum, ex qua cauſa editus eſt titulus in rubro, & nigro, de teſtibus cogendis, & in lege ſexta, titulo ſexto, libro quar
14 to, Recopilationis, nec ſemper in criminalibus teſtes cogendi ſunt teſtificari, & eſt arbitrium, an compellantur, vel non, nā ſi teſti

imminet magnum periculum, nõ
debet eum cogere iudex, ſi enim
regulariter non teneretur teſtifi-
cari in præiuditium coniuncto-
15 rum, lege Iulia de teſtibus, multò
minus in præiudicium ſui ipſius.
Hæc eſt notabilis doctrina Felini
in cap. delictorum, n. 3. de teſti-
bus cogendis, & reddit rationẽ,
16 quia ex teſtimonio capitali con-
trahitur capitalis inimicitia, cap.
cum p. de accuſationibus, quam
inimicitiam vnuſquiſq; ſapiens
euitat, nec debet ſe exponere pe-
riculo pro cauſa aliena, l. ſi quã-
17 do, C. de teſtibus, l. ſi quis ex ſig-
natoribus. ff. quemadmodum te-
ſtamenta apperiantur, quia ordi-
nata incipit à ſe ipſo. l. præſes, C.
18 de ſeruitutibus, ſi autem non im-
minet magnum periculum, de-
bet compelli propter fauorem
Reipublicæ, ne delicta maneant
impunita. Hæc eſt celebris do-
ctrina Felini, quem vtriuſq; iu-
19 ris luminare Maius merito appel
lauit Cenedo, prima parte, colle-
ctanea decima octaua, numero
ſeptimo, poſt Nauar. in capite,
ſi quando, de reſcriptis, pagina.
96. Hippolitum, & Lamberti-
quos citat Cenedo, Felini doctri
nam extendo, vt procedat etiam
monitorialibus cenſuris interue-
nientibus, vt non teneatur teſtes
declarare, quando damnum gra-
ue ſibi imminet, etiam in cauſis
ciuilibus adnotat Auila dicto du-
bio 2. verb. ſecun. conclu. Licet
quoad denunciationem criminis,
vt excuſetur à denunciando, qui
graue damnum, eſt paſſurus, ab
hoc etiam teſtimonij ferendi mu
nere excuſantur perſonæ, quas Iu
riſconſultus connumerat in dicta
lege Iulia, 4. ff. de teſtibus, ibi. Le-
20 ge Iulia iudiciorum publicorum
cauetur, ne inuito denuntietur,
vt teſtimonium litis dicat aduer-
ſus ſocerũ, generum, vitricum,
priuignum, ſobrinum, ſobrinam
ſobrini, ve, natũ, eosve, qui prio-
ri gradu ſunt; item ne liberto ip-
ſius liberorum, vel eius parentum
viri, vxoriſve, & vt ne patroni,
patronum ve aduerſus libertos,
nec liberi aduerſus patronum co-
gantur teſtimonium dicere, con-
cordat, licet non omnes hos ca-
21 ſus refferat lex 11. tit. 16. partit. 3.
extendens ad conſanguineos in-
tra quartum gradum. Itaq; om-
nes prædicti non compellentur
cenſuris monitorialibus, nec eos
ligant ad teſtimonium ferẽdum,
in caſibus dictæ legis quartæ, &
legis vndecimæ, titulo decimo-
ſexto, partita tertia, cum iudex
Eccleſiaſticus ordinarius, qui di-
ctas cẽſuras monitorias profert,
non poſsit ſuo præcepto, & mo-
nitione contra ius obligare ali-
quem teſtem, ex prædictis teſti-
monium ferre in caſibus, in qui-
bus ius eum à teſtificando rele-
uat, nec cõpellere teſtẽ, quẽ iudex
ſæcularis, in cuius adiutoriũ cẽſu-
ræ dictæ diſcernuntur, nõ poſſet,
& quod

& quod ſit earum praxis inducta
ad coadiuuandum magiſtra-
tum ſæcularem poſt Abbatem,
& Ioannem Gutierrez tenet E-
22 manuel Rodriguez in Summa pri
ma parte capit. 79. his verbis:
*La tercera concluſion, puedenſe con-
ceder eſtas monitorias contra los teſti-
22 lagros ſe examinaron en la India de Portugal, donde ſucedieron, por el Obiſpo de aquel Reyno a orden del Rey don Iuan el Tercero, que entonces reynaua, conſta por ſu libro foj. 277. Los de ſan Ioan de Sahagun, los de fray Pablo de Seuilla, las informaciones de la ſanta Ioana de la Cruz por don Franciſco de Auila Carrillo Arçobiſpo de Toledo, como de ſus libros conſta, los de el ſanto fray Luys Beltran, los de el ſanto Aparicio de Mexico, y vltimamente los del ſanto Fr. Iuliã de Alcala, de manera q̃ ſe à entendido en eſta conformidad, el Concilio de Trento, y ſus palabras, ſin que aya coſa en contrario, & licitum eſt arguere ab his, quæ frequenter fieri cõſueuerunt, C. quod ſi nolit. §. quia aſsiduæ. ff. de ædel. edic. l. final. de fide iuſſoribus cum ſimilibus, cõducunt, quod magnopere, quæ poſt hæc ſcripſit perdoctè, & pie Pater Frãciſcus de Soſſa ordinis D. Franciſci nũc meritiſsimus Epiſcopus Oxomẽſis in approbatione libri, & vita Sororis Ioanæ de la Cruz eiuſdem ordinis, vbi plura cõgeſsit, maximè colum. 6. & 7. vbi refert

ſex

ſex ordines ſanctorũ, & beatorũ virorum, & ad quos eorũ preces poſſumus effundere, & piè, & probabiliter credere apud Deũ Optimum Maximum pro nobis orare, & quæ de veritate, vel credu-
23 litate diffenrentia ſit. Ad cõtraria argumenta reſpõdetur, ad primum ex cap. audiuimus, de reliquijs, & venerat. ſanctorũ, quod ideo ibi reprehenſi fuerunt quidam homines, eo quod diaboli-
24 ca fraude decepti, quendam inebrietate occiſſum venerarunt, & deciſsio *illius textus eſt nõ licere* venerari, ſeu colere quẽquã, etiã ſi miracula fecerit, niſi autoritas Romani pontificis interueniat, nam ea requiritur, y en el propoſito ay tres actos diſtintos: el primero es el del examen, y aprobacion de los milagros: el ſegundo, el de la beatificacion, & beatus dicitur cui⁹, nec dies mortis, nec officium in eius memoria celebratur, nec etiam ſibi Eccleſia dedicatur. Ita Maluiſius de canonicatione ſanctor. 1. dubio, n. 20. & in vita non poteſt quis dici beatus ex ſententia diui Thomæ, 1. p.q.12. art. 2. Secunda Secundæ, q.233. art. 2. nã beatitudo idẽ eſt quod vita æterna, quod eſt pax
25 eſt Regnum Cœlorum. D. Tho. in 4. d. n. 49. art. 7. 8. 9. & Pictores ex communi eorum vſu pigunt imaginem Beati cum radijs, Sancti verò cum diademate circum caput, & tradit. Maluiſ. in d. tit. 2. 1. dub. n. 20. Alius eſt actus ter-
26 tius, ſcilicet canonicationis, quæ ſolo Romano Pontifici Eccleſiæ caput, & Chriſti Vicario in hac Militanti Eccleſia, & es ſeruatus, vt ex pluribus concludit optimè Maluiſius in d. 1. dubio, & 2. & n. 7. nã Deus, & Papa faciunt vnum, & idem tribunal. Hæc, & plura traddit S. Th. relat. à Maluiſio. d. 2. dub. n. 8. & maximè in tractatu de errore Græcorũ cõſ. 72. quod de neceſsitate ſalutis, eſt ſubeſſe Romano Pontifici, & debet fieri canonicatio Sancti ad inſtantiã, & ſupplicationem factam Domino Papæ, ex Maluiſio, vbi ſupra.
27 Reſpondiendo pues a la dificultad digo, q̃ eſte texto, ni ſu Gloſ. in d. cap. audiuimus, de reliquijs, & venerat. ſanctorum, no prueba, ni quitò facultad al Obiſpo, de hazer probanças, è informacion de milagros, y remitirla a ſu Sanctidad, porq̃ eſte es ſuyo proprio, y que compete a ſu juriſdicion ordinaria, maximè ſtante el Concilio de Trento, y ſu diſpoſicion in d. cap. 20. ſeſs. 25. Y el dezir, que ninguno pueda ſer venerado por ſanto, ni beatificado, ſino es interuiniendo el mandato del Sũmo Pontifice, y examinados ſus milagros, no es dezir, que el Obiſpo no pueda hazer eſte primero acto de examen, y apro-
28 bacion de milagros, que le concede el Cõcilio de Trento, cum ex diuerſis non fiat in iure illatio, ſ.

Papi-

Papinianus exuli, ff. de minorib. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquiréda poſſeſsione cum ſimilibus. Burgos de paz, y lo dicho procede, ſiue iure ordinario Epiſcoporum, vel ſi eis à Romano Pontifice cómitatur, illud tamen non ommittá para conſuelo delos fieles y deuotos de eſte Padre fray Franciſco Solano, quod traddit Innocentius in d. cap. audiuimus, in fine his verbis. *Item, non negamus, quin cuilibet liceat alicui defuncto, quem credebat bonum virum porrigere preces, vt pro eo intercedat ad Deum, quia Deus fidem eorum attendit, non tamen pro eis licet facere officium ſolemne, vel preces ſolẽnes:* Y aſsi por eſta doctrina ſe ſatisfaze a la piadoſa frequẽcia, de oracion, y deuocion, que ſe tiene a eſte piadoſo religioſo, que tan probablemente ſe tiene por ſanto, y ſe eſpera, que ſerá por la miſericordia de Dios, en los tiempos de adelante canonizado. Quod ita ſentit, & reſoluit poſt hanc iuris allegationem dominus Epiſcopus Franciſcus de Soſa, in dicta approbatione libri Sororis beatæ Ioannæ. fol. 7. colum. 2. & licet Innocẽtium non alleget plura. Egregie refert, & eius diſtinctionem, & concordiam ſequor, q̃ el capitulo ſiquis hominem. 11 quæſt. 3 Y los fundamentos contrarios en el caſo, de que en eſte num. 26. ſe trata, ſe entiendan, y ſu prohibicion, de la veneracion publica y ſolemne, de toda la Igleſia: no empero la particular, aunque interuengan acciones publicas, como eſtá dicho, y yo reſueluo en eſte numero, y en ſuma es lo miſmo, que trae Inocencio, y cõtiene ſu dottrina, in d. cap. audiuimus, a q̃ ſe à de añadir lo q̃ eſte doctiſsimo y prudentiſsimo Prelado, dize, q̃ ſe àn de aprobar las tales acciones, cõforme al fundamento, q̃ para vſar dellas vuiere, que ſi fuere flaco, ſerán dignas de reprehenſion, como ligeras y vanas: pero ſi fuere razonable, ſerán pias, y loables, como ſiento ſerlo, las del dicho Padre Fray Franciſco Solano, de quo agimus. Y ay muy gran proceſſo de ſu buena vida, milagros, y acciones, ad ſecundum argumentum ex text. in cap. venerabili de teſtibus, ſe reſponde, que el examen de teſti-

29

30

gos, que alli refiere, ſe hizo por vn Abad, y Monjes de la Orden de Ciſtel, y por mal examinados los teſtigos, mandò el Summo Pontifice a ciertos Obiſpos, los boluieſſen a examinar de nueuo, con la diligencia que ſe ſuele, y deue poner, en el dicho examen. De manera, que aquel texto no prueba, que le falta ſu juriſdicion a aquel Abad, y Monjes, ſino que examinaron mal, y ſin deuida diligencia, los teſtigos, en caſo de vida y milagros, y muy menos prueba, ni ſe puede inferir de aquel texto, y ſu deciſsion, que los

los Obiſpos no puedan en ſu dioceſi en el dicho caſo hazer el dicho examen, y aprobacion, ni deſto trata, ni implica, el auerſe cometido por el Papa a aquellos delegados, porque el miſmo texto da a entender, auer ſido por mal examinados, y no por otra cauſa, y en eſtos caſos, teſtes debent. ſigillatim interrogari, & reddere rationẽ ſui dicti. Maluiſius in d. tit. de canonicat. ſanctor. dub. 3.
31 n. 67 & notat Abas in eodẽ textu. Caſaneus in Cathal. Gloriæ mundi, 3. p. conſiderat 49. ad canonicationem non ſufficere vitam bonam ſine miraculis, nec vnum ſine alio ad finem canonicationis obtinẽdum, nõ ad finẽ beatitudinis. Y en tanto es eſta poteſtad, que los Obiſpos, y arçobiſpos tienen, que vno opinion antigua de Doctores por el texto in cap. cõ-
32 quæſtus, de ferijs, que podian en ſu dioceſi, hazer venerar por ſanto, al que les pareciesse, y a inſtãcia del pueblo, y mandarles guardar fieſta, vt traddit Caſaneus in Cathalogo Gloriæ mundi, 2. p. conſiderat. 47. Pero eſto de la canonizaciõ particular de vn Obiſpo hecha por los Obiſpos no eſtà obſeruado, ſino reprobado, y ſe tiene lo cõtrario por las razones, que trae Maluiſio d. tracta. 2. dubio, a quien no refiere Caſanço, ni el vno al otro. Ni importa de-
33 [illegible] en el dicho capitulo venerabili, ſi el Papa aquella cauſa, y negocio, para q̃ todos los demás de aquel genero, en quanto a la prueba, y examẽ de milagros, dexe de quedar por de la iuridicion ordinaria, a quien compete, ni ſe haze regla para los demas, porque la afectacion, y delegacion, que haze ſu Sãtidad, ſolo toca al negocio ò delegado, y no otro, cũ delegata iuriſdictio ſit ſtricti iuris, & ordinaria fauorabilis, cap. ſignificaſti, c. ſane de officio deleg at. nec extenditur de perſona ad perſonam, nec de vno caſu ad alium, cap. cum dilecta 22. cap. Rodulphus, 35. de reſcriptis cap. P & G. 40. cum alijs pluribus de offic. deleg. & vbiq; Doctores. Y aſsi queda reſpõdido al dicho argumẽto, y dificultad, que ſe opuſo de eſte texto, cuya duda, para los que la puſieron, eſtà muy facilmẽte diſſuelta. A la tercera de la Bulla de Leon Decimo ſe reſponde, con lo que eſtà referido, y ſacado de ſu cõtextura, que no procede, quando ay rieſgo en la dilacion y tardãça, como aqui la auria, quibus omnibus ſic conſtitutis, ſe deue tener por certiſsima y muy ſin duda, ni eſcrupulo eſta parte afirmatiua, tam ex mente, & verbis del Concilio de Trẽto, d. ſeſs. 25. cap. 2. como de la practica, que trae Cerula, verbo, *miraculum*, como tãbien por la gran diſtancia, que ay de aqui a Roma, a rieſgos, y dificultades, que auia al eſperar a dar primero relacion,

lacion ſin auer examinado, y aprobado eſtos milagros, y remitidolos, con los pareceres a ſu Sanctidad. Y ſobre todo, por el gran deſconſuelo, que a la miſma Religion, y Religioſos de ſu Orden de eſte Reyno, y a eſta ciudad de los Reyes, en vniuerſal ſe ſeguiria, dexando ſu Señoria de el Señor Arçobiſpo de continuar, y hazer de ſu parte todo lo que en eſta puede, y deue, y lo que conſta por exemplares, y libros, auer hecho otros Prelados de las Indias, y defuera de ellas en eſte dichos caſo, y que lo que a todos à concedido, no es juſto, ſe deniegue en coſa tan piadoſa, y en el primer fructo de Sanctidad junta, con los milagros, que en eſte Reyno de el Peru la Mageſtad de Dios nueſtro Señor nos à dado, pues queda ſatisfecho a las dudas contrarias, y reſpondido a los textos, que ſe alegan, & ſic de iure certiſsimum cenſeo, ſalua in omnibus cenſura Sacroſanctæ Matris Romanæ Eccleſiæ, & cuiuslibet melius ſentientis.

---

## CAPVT. VI.

1 DIFFINITIO *Decima Eccleſiaſtica.*

2 *Omni tempore etiam apud Ethnicos, & Gentiles, & in lege Naturæ Decimæ ſunt ſoultæ.*

3 *Primiciarum origo, & quando fuerunt oblatæ.*

4 *Creſcente Diuino cultu, Sacerdotum & Eccleſiæ Miniſtris inductæ ſunt decimæ.*

5 *Euariſtus Papa, Parrothias diuiſit, & decimas earum.*

6 *Maxima & ardua quæſtio eſt, inter Theologos, & Canoniſtas, An decimæ ſint debitæ de iure Diuino, vel Poſitiuo.*

7 *Referuntur plures circa hoc opiniones.*

8 *Silueſter inuehit contra Canoniſtas.*

9 *Inuectiua autoris aduerſus Theologos, qui mittentes falcem in meſſem alienam, iura impropriè quandoque allegant, & ne id faciant, conſulit, niſi periti fuerint in iure Canonico, & Ciuili. Qui magna ex eo inconuenientia oriri ſolent.*

10 *Decimæ ſuſtentationis Epiſcopi, & Miniſtrorum Eccleſiæ ſunt de iure Diuino, quoad congruam, & neceſſariam ſuſtentationem.*

11 *Explicatur locus Concilij Tridētini ſeſ. 25. cap. 12. iuxta diſtinctionē de qua hic & declaratur Azebedo, qui illum textum allegat.*

12 *Reſolutio quæſtionis, decimas, ſcilicet, eſſe de iure Diuino Euangelico, actu & poteſtate, ſeu in radice, cum Franciſco Suarez Societatis IESV.*

(?)

## CAPVT. IV.

## DE DECIMIS ſoluendis ab omnibus, quive, eximantur ratione præuilegij, vel conſuetudinis.

*Nonnulla de immemoriali, & de exemptione militũ de Alcãtara in regno del Peru, ad l. 1. & 2. tit. 5. de los Diezmos lib. 1. Recopilationis.*

1 EST enim Decima, quæ à Christianis præbetur communi iure omniumbonorũ legitimè quæſitorum, quota pars Diuina conſtitutione debita, ſic ex Cardinali conſilio 16. traddit hanc diffinitionem Petrus Gregorius, lib. 2. ſingtamatum, cap. 22. n. 1. vbi pulcher inquit. Primum eſt enim inſtitutio Decimarum, quæ præbentur viris cultui Diuino dicatis, Deiq; miniſterio aſsiduis, noua non eſt, ſed ab omni tempore, ſub lege namq; Naturæ, ſolutæ à pijs viris ſunt, vt ab Abrahã, & Melchiſedec Sacerdote Dei altiſsimi, dixitque Iacob ad Deum. *Cunctorum, quæ dederis mihi, decimã offeram tibi.* Et Geneſ. 28. *Primitias, & decimas tuas non tardabis offerre.* Aliaq; plura refert circa decimarum antiquitatẽ, quæ
2 non ſolum apud Christi fideles extat, ſed etiam ab Etnicis, & Paganis ſoluebantur, nam initio, & mundi principio in l. Naturæ faciebãt homines oblationes, & ſacrifitia, vt ex autoritate Magiſtri Sentẽtiarum, in 4. adducit Ioannes Marthæ de iuriſdictione 2. p. cap. 43. n. 1. creſcente namq; Dei cultu iuſsit. Ipſe Dominus Deus dari primitias miniſtris dom⁹ ſuæ qui ſunt, qui propriè ſacrificia offerunt, vnde ſacerdotes ſacra dantes, vel ſacrificia offerẽtes dicuntur oblationes, non tollendo ſed Primitias dando.

Poſtea cultu Dei magis triumphanter creſcendo, propter multitudinem miniſtrorum, addidit illis decimas, & reſeruauit ſibi decimam partem rerum omnium, quæ creſcunt, & renouantur, & acquirũtur omni anno, quas præcepit dari ſuis miniſtris, vt habetur Malachiæ, capite tertio. *Inferte omnem decimationem in borreo meo, vt ſit cibus in domo mea pro miniſtris meis.*

4 Ex hoc miniſtrorum, & Eccleſiarum aumento, & ſacri diuini cult⁹ accreſcione in Primitiua, Ca
5 tholica Chriſti Domini Eccleſia, vt cõfuſio euitaretur, ab Euariſto Papa diuiſæ ſunt Parrochiæ, vt adnotat Franciſcus Suarez doctiſſimus noſtri temporis vir, lib. 1. de diuino cultu. cap. 9. & 10. vbi etiam diſputat, quæſtionem, ſatis controuerſam inter Theologos, & iuris Canonici profeſſores, & quæ inter eos, inuicemque contrarios maximam dubitationem continet: An ſcilicet extantãnte diuina lege Euãgelica, præceptum Decimarum, nunc iuris Diuini, ſit, vel Eccleſiaſtici tan
6 tum, in quo quidem articulo, quam plures fuerunt variæ Doctorum opiniones, quas refferre libuit,

libuit, & ex profeſſo adducere ad noſtræ legis explicationem, cuius materia eſt neceſſaria in ſcholis, & in Praxi vtilis, & adducam, & colligam plura vltra autores antiquos, & nouiores, qui hanc eandem quæſtionem tractauerint.

Imprimis namq; eſt doctrina
7 Innocentij, in Rubr. de decimis vbi concludit, eſſe de iure diuino præceptum de decimis ſoluendis, quam eandem opinionẽ tenet Gloſſa in cap. 1. de decimis, lib. 6. Andreas Hiſpanus in tract. de decimis, ſentit fuiſſe præceptũ naturale, & morale, & eſſe immutabile, etiam quoad quotam per Eccleſiaſticam poteſtatẽ. Rebufus verò in tractu de decimis, q. 1. n. 9. & 10. declarat, non eſſe decimas de iure naturali, ſed de iure poſitiuo diuina dictante ratione naturali, quod magis præciſa, & neceſſaria autoritate comprobatur, per textum, in capite, Parrochianus, de decimis, ibi. *Cum decimæ non ab homine, ſed à Deo ſint inſtitutæ, tanquam debitum exigi poſſunt.* Et in cap. tua nobis, eiuſdẽ tit. ibi, decimas, quas Deus in ſignum vniuerſalis dominij ſibi reddi præcipit, cap. cum nõ ſint. 16. q. 1. & alibi ſæpe cũ alijs pluribus iuribus concordantibus.

Secunda Canoniſtarum opinio eſt, tenentium præceptum de ſoluendis decimis prædialibus eſſe de iure diuino, præceptum autem de ſoluendis decimis perſonalibus de iure Poſitiuo; & Eccleſiaſtico tantum. Ita Hoſtienſis in Summa de decimis, §. 6. 7. & Ioannes Andreas Immola Florianus, & quos refert Felinus in capite cauſamque, de reſcriptionibus.

In contrarium, & quod de iure Poſitiuo, & non Diuino debeatur decimalis quota, ex Theologis tenet Hugo de Sancto Victore, lib. 1. de Sacramentis. p. 11. cap. 4. & 11. vbi dicit. *Decimas ante legẽ fuiſſe, ſub conſilio, ſub lege in præcepto, iam verò in libertate ſpiritus ambulare permittimur, quia cum lege veteri inductæ eſſent, & non ſunt renouatæ, in nouo teſtamẽto, de iure tãtum Poſitiuo debentur*, eandem opinionẽ ſequitur Adria. Papa, quolibet. 5. q. 1. et ſic Canoniſtæ habẽt pro ſua opinione Pont. Max. qui fuit Canoniſta, Innocentium ſcilicet IIII. quẽ iã citaui in Rub. de decimis, & Theologi habent etiã pro ſe alium Romanum Pontificẽ Theologũ, qui fuit Adrian. d. colib. 5 q. 1. pro prædicta opinione Theologicæ ſcholæ refert dictos autores. Rebuf. in d. quæſtio. 1. n. 13. tenet etiã eã Alexãder de Ales in Sum. 3. p. c. ſi, mẽbro. 1. D. Tho. 2. 2. q. 87. & colib. 2. art. 8. Angelus in Summa, verbo, *decima*, quæſtio 2. Silueſter eodem verbo, q. 10. inferens determinationem quæſtionis, de qua principaliter agimus.

Quod veritatem non intelli-
8 gentes multa inconuenientia faciunt, reconueniri poſſent aliqui ex Theologis à iuris profeſſorib⁹ quia plerumq; mittũt falcẽ inmeſſem alienam in propièq; iura, & leges eas non profitentes volunt
9 allegare, neq; eas, & iuris principia intelligunt, qui increpãtes Canoniſtas aduerſus eos inuehunt. his namq; fas eſſet quód dixit doctiſsimus, preſſes Couar. lib. 1. variarum, ca. 17. n. 1. verbo: *Non oberit, nos hanc diſputationem Miſſam facimus cum huic loco, nec conueniat, nec noſtræ ſit profeſsionis.* Referẽs aliud propoſitũ, Theologicæ ſcientiæ, cuius ipſe in expers nõ n fuit; nec vnquam. Vidi Theologum, qui in legibus, & iure Canonico interpretando ſe innoluerit, qui recte, & fundamentaliter proceſſerit, ſiue in iudicãdo, vel cõſulẽdo, paucis exceptis, omnes tamen admoneo, quod ſi religioſi ſint, & in hoc ſæculo, vel intra religionẽ legũ, & Canonũ facultatẽ à curate non fuerint profeſsi ne ſe intromitant in iudicãdo, ſine peritorũ conſilijs, vel in conſulendo, quia plura dãna oriuntur. Ex animoſis, & non prouidis, nec fundatis cõſilijs *in aliena* facultate. Et non abs re erit hæc dixiſſe, quia forſam expertus *ſum in cõuenientia* propoſita, & aliquos. Sacri verbi cõcionatores audiui, qui etiam *leges in* propriè ſolent allegare à quibus allegationibus iuſtũ eſſet abſtinere propter cõcionãdi religioſam, dicendi veritatẽ, tractent, namq; fabrilia fabri, ſic D. Hieronymus in Epiſtola ad Paulinum

Ad rem igitur reſolutionẽ præfactã tenent Ioannes Maior Florẽtinus Soto, & quã plures relati, à Couar. lib. 1. variarum, c. 17. n. 2. verb. Præterea decimas, & inter eos Ioannes maior defendit magiſtrũ de alta platea contra Petrum de Renate, in 3. ſententiarũ diſtintione. 37. q. 36. de decimis, & earum ſolutione, & origine decimandi. Quẽ refert, & ſequitur Nauarr. in tractatu de redditibus Ecclesiaſticis. q. 1. monitorio. 59. eandem opinionem tenet Cardinalis Belarminus, in diſputationibus lib. 1. de Clericis, c. 25. de decimis, & probat contra opinionẽ Canoniſtarũ, quam etiam ex noſtratibus ſequũtur doctiſsimi duo viri preſſes, namq; Couar. vbi ſupra, & Gregor. Lopez, in rubrica tit. de los diezmos, partita 1.

Et quia ſequũtur has opiniones, eas defendunt, vno verborum cõtextu, inuicẽq;, quaſi iniurioſe ſe mordent, & fere iniuriæ mutua compenſatione tolluntur, capit. intelleximus de adulteris, & aliqui ex Theologis ſequuntur Canoniſtarum opinionem, & verſa vice ex Canoniſtis plures ſequũtur Theologos cõtratiæ opinionis, alij diſtingunt, vt prædiximus, differẽtiam conſtituendo inter decimas prædiales, & perſonales

nales. Ioannes Gutierrez, qui hāc eandem quæſtionē adducit, lib. 2. Canonicarum quæſtionum, cap. 21. n. 29. plura fundaméta, optimè adducens, inclinat ſe ſequēs Theologorum ſententiá. Doctor Martha Neapolitanus Iuriſconſultus de hac re, egregiè agēs, omiſsis pluribus, quæ retulimus, vtramq; refert cōtrariam opinionem, nec cui aſſentiatur facile eſt inuenire apud eum, is namq; in tract. de iuriſdict. 2. q. cap. 43. ex n. 1. vſq; ad 10. plures autoritates adducit quid dicendum, Canoniſtarum ſententiá ſequendá eſſe ſentio, cum iura expreſſá pro eá habeamus, quæ ſunt textus in d. cap. Parrochianus de decimis, & in cap. tuæ nobis, eōdem titulo, ibi, decimæ, quas in ſignum vniuerſalis dominij ſibi reddi præcepit, texto q̃ tanto milita en el tiēpo preſente, como deſde la creacion del mundo, quod qualiter ſit intelligēdum, eſt recurrē dum ad ea, quæ traddit Franciſcus Suarez lib. de Religione, cap 10. vbi diſputat, an præceptum decimale ſit iuris diuini, vel tantum Eccleſiaſtici, & vltra ſupradicta pro eadē cōprobatione, allegatur textus noui teſtamenti, Luc. cap. 11. & Math. c. 10. *Dignus eſt operarius mercede ſua*. Et ex Paulo, 1. ad Corinth ca. 9. *Quis millitat vnquam ſtipendijs ſuis, aut quis plantat vineam, aut de fructibus eius non ædit.* Et Lucæ, 18. *Decimas do omnium, quæ poſſideo.* Et Math. cap. 5. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quam Scribarum, & Phariſeorum, non intrabitis in regnum cælorum.* Sed ad iſta loca reſpōdet Ioan. And. relatus à Doctore Martha d. cap. 43. lib. 1. n. 9 quod non ſunt verba Chriſti, vel Euangelij, ſed obſtentatiua arratis Phariſæis. Vt ex nouo teſtamento nō habeatur certus textus de ſolutione decimarū. Reſideo itaq; in opinione Canoniſtarū autoritate textuū quos, citaui et infra referam.

10 Omnes tamē præfati DD. vtriuſque Theologicæ, & Pōtificij iuris ſcholæ nemine diſcrepāte cōcludunt decimas quatenus, neceſſariæ ſunt ad cōgruā ſuſtentationē, eorū qui in ſacro altari diuina miniſtrāt, & Eccleſiæ inſeruiunt eſſe d̄ iure diuino quā reſolutionē adducit Nauar. in Manuā. c. 21. verſ. ex quibus, & in cōpendio eius refertur ſic decima, quo ad quotam eſt iuris humani, quo ad ſuſtentationē eſt iuris diuini. idē cōcludit Gutier. d. c. 21. n. 35. poſt Cobar. lib. 3. variarū c. 27. n. 8. poſt Arag. & alios, quos citat declarat, Frāc. Suarez d. c. 10. n. 7. Conciliū verò Tridētinū, licet pluribus rationibus vigeat, aduerſus nō ſoluentes dicimas, nihil declarauit, ſuper hac noſtra quæſtione, an ſilicet ſint iuris diuini, vel poſitiui, nec quidquā circa hoc ſancta Sinod9 expoſſuit ex quo venit declarandus Azebedo hic.

*De Decimis, & earum ſolutione, & origine.*

DVM in noſtra lege 1. n. 5. referẽdo Rebuſum, qui inquit, tenere, Decimas eſſe de iure diuino inſtitutas, procedit ipſe Azebedo dicendo, habemus Decretum Concilij Tridentini hanc approbans ſententiam, ſeſs. 25. de reformatione, cap. 12. vt intelligatur, non quod Concilium de-
12 claret de iure diuino Euangelico decimam deberi, quia ſi hoc exponeret, ceſſarêt opiniones Theologorum, nec eſſet locus diſputationibus, ſed quod ſint Deo debitæ; An autem iſtud debitum, de quo mentionem facit, Concilium, ſit hodie noua ſtante lege Euangelica de iure Eccleſiaſtico, Poſitiuo, vel Diuino, diſputant Doctores, & in opiniones eſt diuiſum. Sed Franciſcus Suarez dicto libro de Religione, capite decimo, numero octauo, reſoluit vtraſq; decimas Prædiales, & Perſonales eſſe de iure Diuino Euangelico, actu, & poteſtate, ſeu in radice, quod explicat dicto numero octauo, & ſequenti, ad quem pro vera reſolutione, & concordia recurrendum eſt. Vt antea dixi, nec repeto, quæ refert, & ſufficit, prædicta adduxiſſe, ſequẽdo Canoniſtarũ ſententiã cum declaratione, & cõcordia, huius doctiſsimi viri.

CAPVT. VI.

§. I.

1 *Omnes Chriſti fideles tenentur, ad decimas, & earum ſolutionem generaliter.*

2 *Infideles etiam tenentur ad decimas de terris, & prædijs quæ colunt.*

3 *Pauperes prætextu paupertatis non excuſantur à ſolutione decimarum.*

4 *Refertur diui Auguſtini ſententia referunturque verba eius notabilia in capite decimæ. 16. q. 1.*

5 *Tollit quandoque fiſcus quod non accipit Chriſtus.*

6 *Referuntur autoritates ſacræ Scripturæ Sapientiæ. 11. & Prouerb. cap. 11.*

7 *Horribilia exempla contra non decimantes, vel male decimantes.*

8 *Male decimantes quatuor pœnis puniuntur, quas inſerit autor, Hic ex Ioanne Marthæ.*

9 *Decimæ prædiales nonminuuntur propter meliorationes vel expenſas, etiam factas in recollectione fructum, ſi adſit conſuetudo in contrarium.*

10 *Conſilium de admonendis, Chriſti fidelibus vt præceptũ de decimis ad impleant & quomodo hoc fieri debeat.*

CAPVT VI.

§. I.

*De decimis aquibus debeantur, & pœnis male eas ſoluentium.*

1 EST Tan euidens decimæ ſoluendæ Deo obligatio, vt omne iure canonico paſsim, quando de hoc agitur ſit ſatis expreſſum nam omnes Chriſti fideles tenentur illas ſoluere capite

cap. 1. n. 16. q. 7. c. tua nos, & c. in aliquibus, & quaſi per totum titulum de decimis, & habetur in l. 2. tit. 19. partita 1. ibi. *Tenudos ſon todos los homes del mundo, a dar diezmo a Dios, è mayormente los Chriſtianos, porque ellos tienen la Ley verdadera, y ſon mas allegados a Dios que todas las otras gentes.* Qua etiā
2 lege cōprobatur, infideles quoſcumq; de prædijs Chriſtianorum quæ collunt, teneri decimas ſoluere.
3 Eadē obligatione arctātur pauperes cū nec à decimādi neceſsitate & præcepto excuſantur, quod cō probat dicta lex partitæ, ex cuius generalibus verbis, tametſi de eis mentionē nō faciat, deniq; tenentur ad earum ſolutionem, quēadmodum alij Chriſti fideles, qui non ſunt pauperes, ex ſententia D. Thomæ Secunda Secundæ, q. 87. art. 4. Alexander de Ales, 3. p. q. 55. Rebufus, Silueſter, & alij, quos refert Suarez de Religione, lib. 1. cap. 16. n. 15. & plura hæc adducat Hoſtienſis in Summa de decimis, n. 16. vbi adducit illam Auguſt. ſententiā, maiores noſtri, ideo copijs omnibus abundabāt: quia Deo decimas dabant, & in cap. decimæ, 66. in ordine ibi q. 1. inquit Auguſtinus *Decimæ tributæ ſunt ægentium animarum, quod ſi decimas dederis, non ſolum abundātiam fructuum recipies, ſed etiam ſanitatem corporis, & animæ conſequeris. Deus enim noſter, qui dignatus eſt totū dare, decimam à nobis dignatus eſt recipere, nō ſibi ſed uobis, ſine dubio profecturam, ſed ſi tardabis dare, peccatum eſt, quanto peius eſt, non dediſſe.* Et infra. *Cum enim decimas dādo, & terrena, & cæleſtia poſsis præmia promereri, quare pro auaritia duplici benedictione fraudaris, hæc enim Dei iuſtiſsima eſt conſuetudo, vt ſi tu illi decimas non dederis, tu ad decimā reuoceris*, & exponit ibi Gloſſa; *Tantū decima remanebit tibi, vel dæmonibus ſociaberis, qui ſunt decima pars Angelorum.* Et infra idem dicēs Auguſt. *Dabis impio militi, quod non vis dare Sacerdoti, benefacere ſemper Deus paratus eſt, ſed hominum malitia prohibetur.* Et paulo poſt etiam inquit. *Qui ergo ſibi aut præmium comparare, vel peccatorum deſiderat indulgentiā, reddat decimam, & etiam de nouem partibus ſtudeat eleemoſinā dare pauperibus Et denique quia nolumus cum Deo cōpartiri decimas, totum tollit Fiſcus hoc, quod non accipit Chriſtus, & merito.* Nā Sapiētiæ. c. 11. habetur, *per quæ peccat, per hæc & torquetur.* Et Prouerb. cap. 11. *Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt, alij rapiunt, non quæ ſua ſunt, & ſemper in egeſtate ſunt.* Quædam horribilia exēpla contra quoſdam, qui non rectè, & integrè decimas ſoluerunt ex fructibus ſuis, refert Ioannes Marthæ de iuriſdictione. 2. p. cap. 43. n. 25. ex Proſpero in lib. de dono timoris, qui vt ipſe ait, refert diuum Anſelmum, qui certo tempore viderat diabolum in

horreo ſuo ſedentem ſuper gar-
bam, qui iterum decimare fecit
omnia, quo facto vix nouem par
tes in horreo potuerunt recondi.
Narrat etiam idem, quod Beatus
Ignatius quodam tempore vidit
diabolum, ſuper horreum ſuum
ſedentem, qui admirãs à ſuis mi-
niſtris quæſiuit, ſi rectè garbam
ſuã decimaſſent, & dixit ſibi vnus
ſeruorum ſuorum, quod ſeptem
garbas de decima, vt horreum re-
pleret, ibi poſuit, quo audito ac-
ceſsit vir ſanctus ad horreum, &
adiurauit diabolum, vt diceret,
quare ibi ſederet, qui dixit, ſe in
horreo illo iuriſdictioné habere,
cui ſanctusIgnatius inquit, iuriſdi
ctioné tuam exerce, at ille ſtatim
ſummitaté domus aſportauit, &
ſuperecidit ignis, & totum reſi-
duum incinerauit. Hæc Proſper,
quem refert Doctor Martha vbi
ſupra: & eſt locus Malachiæ Pro-
phetæ, cap. 3. ſatis notus, dum in-
quit. *Reuertimini ad me, & ego re-
uertar ad vos, dicit Dominus exerci-
tuum, & dixiſtis, in quo reuertemur, ſi*
8 *affliget homo Deum, quia vos configi-
ſtis me, & dixiſtis, in quo configimus,
te in decimis, & in præmicijs penuriã
vos maledicti eſtis, & vos me frauda-
tis, & configitis gens tota.* Quã ſacræ
ſcripturæ autoritaté adducit D.
Hieronymus, in cáp. reuerteren-
tur, 16. q. 1. & ibi Gloſſa exponit
gens tota, hoc eſt, gentiliter vi-
uentes, eſt enim prima pœna ma-
lé decimantis, penuria rerum, neq;
propter expenſas ſeu melioratio-
nes minuũtur, decimæ Prædiales, 9
etiam ſi fiant, in recollectione,
cap. ſua. El 2. cap. non eſt de de-
cimis, cap. paſtoralis, verſ. expẽ-
ſas autem, eodem titulo, tradidit
optimè Martha vbi ſupra, n. 54.
tametſi, conſuetudine contrariũ
induci poſſe, defendit Aragon,
Secunda Secundæ, q. 85. artic. 2.
quem ſequuntur Rodrig. in Sum-
ma, verbo *Diezmos*, capit. 87. n. 4.
contra Sotũ, quẽ refert. Vtramq;
opinionẽ eſſe probabilẽ, ſed in pũ
cto iuris verior eſt opinio Petri
10 de Aragoni, & Manuelis Rodri-
guez. ſecunda pœna eſt incidẽtia
in peccatũ, quia malè decimantes
puniũtur per incidentiã in pecca-
tum, vnde legitur Geneſ. cap. 4.
quod Abel iuſtus obtulit Deo de
primogenitis gregis ſuæ, & de a-
dipibus eorum, & reſpexit Domi-
nus ad Abel, & ad munera eius.
Ad Cain verò, & ad munera eius
non reſpexit, quia Cain de dete-
riorib⁹, & de malis obtulit, Abel
verò de optimis, & ideo Cain de
relictus, & maledictus à Deo in-
cidit in fratricidium, & damna-
tionem æternam; quas, & alias
duas pœnas adducit Ioãnes Mar-
thæ, vbi ſupra n. 28. & n. 30. refert
puniri malè decimãtes tertia pœ-
na, quæ eſt perditio regni cœlo-
rum. Et quarta pœna ſenſus, ſci-
licet eiectionis ad perpetuum ſup
plicium, exempla, & autoritates
refert, quæ omnia præ oculis ſunt
habenda,

habēda, nam maximopere expediunt, ad animarum ſalutem, quæ videndum, & inſpiciēdum eſt, ne periclitentur, propter decimas, quæ Deo Domino debentur malè ſolutas, vel minus, ſeu in peiori genere, fructuum ſatisfactas, à quo cauendum, & admonenda, huius debitæ obligationis ſatisfactio, & iuſtitiæ commutatiuæ, ad implementum pro debita erga proximos charitate, non vt ruſtici, & ignaui credant, falſoq; exiſtiment, hæc admonitoria fieri, propter Clericorum auariciā, ſed propter damna imminentia, & pœnas, in quibus incidunt peccantes contra præceptum, de decimis, & primicijs ſoluendis.

## CAPVT. VI.

### §. II.

1 *E*CCLESIA *poteſt habere duos iudices Eccleſiaſticum, & ſæcularem pro decimis exigendis.*

2 *Tradditur, quæ ſit quæſtio iuris, & quæ facti.*

3 *Si ſuperuenit quæſtio iuris, & facti rei ſpiritualis, ſæcularis iudex ſuperſederé debet.*

4 *Quod limitatur, ſi in facto præuenit ſæcularis, quia tunc fieri debet, quod hic refertur.*

5 *Sæcularis iudex, eſt competens ad compellendum laicos, vt decimas ſoluant.*

6 *Ex venditione fructuum decimarum, debetur gabela, etiā ſi Clericus fuerit conductor decimarum.*

7 *Si dubium ſit ſuper decimarum exemptione ex præuilegio, vel conſuetudine, ad Eccleſiam pertinet, & Eccleſiaſticum iudicem.*

8 *Iudices Eccleſiaſtici regulariter debent cognoſcere de cauſis decimalibus. Conſtituitur regula cum falēcijs, n. 8. 9. & 10. vt non procedat, quando ſuper ſolutione, & eius facto conuenitur laicus, coram ſæculari iudice. n 8. & quando coram laico iudice, eſt quæſtio facti, n. 9.*

10 *Limitatur tertio, in iudicio merè poſſeſſorio, & declaratur non procedere in interdicto adipiſcendæ.*

11 *Arreſtum Regalis, Senatus Limenſis, in cauſa Eccleſiæ Metropolitanæ eiuſdē ciuitatis, ſuper decimis contra Indos, eiuſdem Archiepiſcopatus, In interdicto retinendis poſſeſſionibus, & aliud pro Indis Epiſcopatus del Cuzco. n. 12.*

12 *Ardua quæſtio: an Regales Chancellariæ Regni de el Peru poſsint iudicare in cauſis decimarum, quæ Eccleſiaſticis perſonis ſoluuntur, quæ relinquitur cogitanda.*

14 *Alexandrum Sextum Romanum Pontificem conceſsiſſe, Dominis Regibus Caſtellæ decimas noui orbis Indiarum, refert erectio ſanctæ Eccleſiæ Limenſis.*

15 *Tradditur exacta interpretatio ad l. 6. tit. 5. lib. 1. Recopil. & ibi conſuetudo ciuitatis de Trugillo en Eſtremadura circa decimas Herbarum.*

16 *Cōductores decimarum, laici ſuper mercede ſoluenda conueniuntur, coram ſæculari iudice, & non ſunt trahendi ad Eccleſiaſticum, niſi ei ſe ſubmiſſerint.*

16 *Theologorum tenētium decimas non deberi Sacerdoti non indigenti opinio damnanda, & reprobanda.*

## CAPVT VI.

### §. II.

### *QVIS SIT IVDEX COMpetens in cauſis decimalibus.*

IN

IMprimis præmitendum eſt, huius §. quæſtionem in duas dicendi partes, alia, eſt circa exactionẽ decimarum, & compulſionem ad earum ſolutionem; Altera, circa declaracionẽ decimandi, & hæc etiam ſubdiuiditur, in quæſtione iuris, vel quæſtione facti, & vtramq; comprehendit cauſam, proprietatis, vel poſſeſsionis.

Circa primam partem hoc eſt;
1 *quo ad exactionẽ, & præciſſam decimandi compulſionem*, Eccleſia in ſui fauorem poteſt, habere duos iudices, Eccleſiaſticum ſcilicet, & ſæcularem, quoad compellendos laicos, coram iudice laico, vt decimas debitas Deo, & eius Eccleſiæ, & miniſtris Altaris reddant, eſt de hoc conſilium Federici de Senis, 245, & reſoluit Felinus in cap. cauſamq; de præſcriptionib. ex dictis à Couar. in prã cticis, cap. 35. n. 2. Gutierrez libr. 1. Canonicarum quæſt. cap. 34. n. 44. Perladori, eos referens lib. § 2. n. 12. & de hoc nulla eſt dubitandi ratio, paſsimq; videmus locatores decimarum coram Eccleſiaſtico iudice, vel coram ſæculari, decimas aduerſus laicos exigere, quod ſi Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt decimarum debitores, coram Eccleſiaſtico debent conueniri ex iuribus vulgaribus, & hic ordo ſeruatur in conuenien dis perſonis Eccleſiaſticis, coram ſuo iudice, ex cap. Si quis contra Clericum, de foro competenti, & fere toto titulo illo, & præcedenti de iudicijs, quod quamuis de per ſe ſit manifeſtiſsimum; aduertendum eſt, ne ex generalitate conſilij citati, abſurdum aliquod ſine diſtinctione deducatur.

In ſecundo autem puncto latiſſimus ſe nobis offerebat campus, pro conſcribendis quam pluribus columnis poſt Doctores antiquos, de hoc articulo agunt Ioãnes Gutierrez in Canon. quæſt. cap. 24. à n. 47. Petrus Barboſa, quam plura referens, in l. Titia. n. 23. ff. ſoluto matrimonio, cum ſequentibus. Ioannes Marthæ de iuriſdictione, 2. p. cap. 43. n. 73.

Ex eorum dictis ſupponẽdum
2 & præmitendum eſt, quæſtionẽ facti, & iuris, in ho differre, nam quæſtio iuris eſt, quando partes ſunt concordes circa factum, & tantum dubitant circa ius, vtrum illud factum legitimè interuenerit, vt ex Cino, l. Arethuſa. ff. de ſtatu hominum, n. 6. reſoluit Barboſa in l. Titia, 35. n. 23. Et quæſtio facti eſt, quando partes ſunt concordes circa ius, & tãtum dubitant circa factum, ex Bartol. in eadem l. Titia. n. 8. Paulo Caſtrẽſi, conſ. 109. n. 2. lib. 2. Barboſa. n.
3 24. ſi autẽ ſuperueniat vtraq; dubitatio iuris, & facti, ne continẽtia cauſæ diuidatur, l. nulli. C. de iudicijs, tũc diciditur vtraq; quæſtio iuris, & facti per Eccleſiaſticum

cum iudicem, vt tenet Corneus conſ.227.n.6. lib.3. Bald. & Imola, & Barboſa in d. l. Titia, n. 24. qui dicunt, quod vt ſæcularis cognoſcat de facto ſpiritualium, oportet, quod ſit abſtractum ab omni ſpiritualitate, aliàs cognoſcet Eccleſiaſticus, argument. cap. quanto de iudicijs, quod eſt limitandum, & contrarium tenendum, quando ſæcularis præuenerit, cognoſcendo de facto, nec enim ſuperſedebit propter quæſtionem iuris, ſed de facto cognoſcet; tradditur ex Bald. in l.
4 cum proponas, n. 1. C. de rebus creditis. Barboſa, d. n. 24. qui dicit in prædicto caſu, Eccleſiaſticum debere ſuperſedere in quæſtione iuris, quia de ea ſuſcipitur diſputatio, ante quam conſtet de facto coram ſæculari, & reſpondet ad capitulum, tuam, de ordine cognitionum, loqui quando cauſa ſpiritualis eſt præiudicialis ad primam, vt declarat Panormitanus, ibi, n. 6. Ita tenet Barboſa, quem vidi attente, quem lege, vt quod dicit, percipias, & de veritate reſolutionis communis circa cognitionem, quam ſæcularis habet de facto, vtrum matrimoniũ fuit contractum, vel nõ, diſputat longa ſerie ipſemet Petrus Barboſa poſt dictum numerum 24. ad quem eſt recurrendum, in iudicando, & cõſulendo, & ad huius articuli veram concluſionem, in ſcholis docendá, quia omnia col legit, & poſt eum Martha d. cap. 43. n. 75. & Cevallos. c. 5. q. 897. li. 4. ex n. 154. Ad rem noſtram eſt concluſio proponenda, quod quando nõ dubitatur an quis debeat ſoluere decimas, ratione priuilegij ſeu cõſuetudinis, ſed quod collegerit ex ſuo fundo fructus, & quod fuerint collecti, vel non, tunc quidem cum ſit quæſtio, meri facti, iudex ſæcularis eſt competens, ad compulſionem, & execu-
5 tionem, ſi per confeſsionem, vel inſtrumentum conſtet, vt laicus decimarum debitor eas ſoluat, & ratio eſt, quia quæſtio quantitatis decimarum, eſt temporalis. Ancarran. in regula ea quæ num. 12. de regulis iuris lib. 6. quia iſti fructus, qui ex ſpiritualibus prouenjunt poſſunt locari, & vendi, cap. noſtra de locato cap. finali, ne prælati vices, ſuas tranſitq; dominium fructuum, qui decimantur in locatorem, & ex eis ſi eos vendat debet ſoluere Gabellam, & Alcabalam, vt poſt Bald. Rolandum à Valle, Parlador. & Girondam, & Laſartem, quos citat reſoluit bene Gutierrez de Gabellis. quæſt. 44. num. 3. extendens hanc reſolutionem ad clericum conductorẽ decimarum, qui Gabellam ex benditione fructuum, quos collegit ſoluet, tanquam negotiator, ita Gutierrez, num. 6. vbi ſupra, & præſupoſito, quod decimæ debeantur, ſi forte poſſeſor ex priuilegio, vel compoſitione, aut alia

cauſa

cauſa ſe ad decimas non teneri, contẽdat, quia reuocatur in dubium ipſum ius ſpirituale, videlicet, decimarum ad Eccleſiaſticũ iudicem eſt recurrendum, ſi verò dubitetur, quãtæ decimæ debeãtur ex priuilegio, vel ex præſcriptione, de quo priuilegio, vel præſcriptione nõ dubitatur, tũc erit quæſtio facti; & iudex ſæcularis de ea cognoſcere poteſt, vt ex Couar. cap. 35. varir. reſolut. lib. 2. Gomecio in cap. ſi annum. n. 15. & 16. de iudicijs. lib. 6. Aufrerio, & Bartol. in d. l. Titia, concludit Martha vbi ſupr. n. 74. vbi circa has iuris, & facti quæſtiones, circa matrimonium, bonam & claram conſtituit diſtinctionẽ ex Bald. in l. filium, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, quod aut ſumus in cauſa ſummaria, vt alimentorum, & poteſt probari matrimonium coram iudice ſæculari, neque præiudicat principali quæſtioni l. penult. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, aut ſumus in cauſa requirente plenam cognitionem, & tunc aut eſt quæſtio de potentia, ſcilicet, an potuerit eſſe matrimonium, & hæc eſt iuris, aut eſt quæſtio de actu, ſcilicet; an fuerit factum matrimonium, de quo iudex ſæcularis poterit cognoſcere, quas autoritates, & rationes adducendo dicit, eſſe cõmunem opinionẽ ex Couar. in Epithome de ſponſalibus cap. 8. §. 12. n. 3. Villalobos inter communes, verbo, iudex ſæcularis, n. 107. ſecus erit, ſi inter Clericos quæſtio facti de rebus ſpiritualibus incideret, nam tunc ſolus Eccleſiaſticus cognoſceretur, iã aduertimus in initio huius, §.

Itaq; manet firma concluſio
7 circa ius decimandi Eccleſiaſticos iudices, quẽadmodum in cæteris cauſis Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus priuatiuè eſſe competentes, cum diſtinctione, quã conſtitui numeris præcedẽtib⁹, & in hoc ad maiorem claritatem cõſtituitur hæc concluſio. Iudices Eccleſiaſtici debẽt cognoſcere de cauſis decimalibus, & eas determinare.

Limitatur primò, quando per
8 ſone Eccleſiaſticæ, vel locatores decimarum, ſuper earum ſolutione conueniunt, laicos coram ſuo iudice ſæculari, qui aut prædixi, eorum electio eſt, ex conſilio Federici de Senis, 245. & adductis à Felino, quem citaui in cap. cauſamq; de præſcriptionibus. Couar. in practicis qq. cap. 35. n. 2. Parlador. lib. 39. differencia. 9. §. 2. num. 3.

Limitatur ſecundò, quãdo in-
9 cidit coram ſæculari quæſtio facti, quia de ea ſicut in alijs cauſis, in quibus agitur de facto, hoc eſt ſi fuit cõtractum matrimonium, vel quis fuit Clericus, vel Religioſus poterit cognoſcere iudex ſæcularis, vt iam comprobauimus ſuperioribus numeris, vel ſi quis

eſt

eſt communicatus, & reliqui articuli ſuper hoc contingentes in his, quæ reſcipiunt factum ex ſuperius adductis.

10 Tertio limitatur in poſſeſſorio iudicio cauſarum decimalium, quod cum declaratione, quam infra adducam, tenet Ioannes Gutierrez libro primo canonicarum, quæſtionem capite trigeſimo tertio, num. quadrageſimo ſecundo, & quadrageſimo tertio, alios referens, qui apud eum videri poſſunt, quod ſtilo, & praxi Chancellariæ Granatenſis circa decimas, illius regni refert Bobadilla primo tomo Politicæ libro ſecundo, capite decimo octauo, poſt Ioannem Garcia de nobilitate, Gloſſa nona, numero.24. Antonius Faber, definitione trigeſima octaua, ſub titulo codice de iudicijs, declaratur, & ſub limitatur, hæc limitatio, vt non procedat in interdicto poſſeſſorio adipiſcendæ poſſeſſionis, cum hoc admixtam, habeat proprietatis cauſam, ſecus vero in interdictis retinendæ, vel recuperandæ poſſeſſionis, per rationes quas adducit Ioann. Gutierrez dicto numero quadrageſimo ſecundo, & ſequentibus, Fabrianus dicta difinitione trigeſima octaua, & ita declarabis, quæ in diſtincte poſt alios refert Zeuallos libro quarto, quæſtione 1. n. 168.

Ex cuius dictis, & præcedentibus reſolutionibus, in hac Limenſi Chancellaria, cognitum fuit de duabus cauſis decimalibus prima fuit anno 1597. nam fuit prouiſio data, vt ſeruaretur lex. 6. hoc tit. 5. lib. 1. recop. ad inſtantiam protectoris Indorum huius Archiepiſcopatus, ſuper decimis abeis ſoluendis, quia prætendunt eas non debere, Indos cum Sacerdoti, qui eis diuina miniſtrat, ſalarium incluſum in ſui tributi taxatione ſoluant, & non teneri aliquid amplius contribuere, nam illud loco eſt decimæ, quam de ſuis fructibus ſoluere teneantur. Circa quod cõparuit regali ſenatu Archiepiſcopus, & Decanus, & capitulum huius Metropolitanæ Eccleſiæ, reſq; qua conueniens fuit matura, & preuia deliberatione conſiderata latũ fuit arreſtum regalis ſenatus, quod tale eſt.

En la cauſa de los Indios, de los repartimiẽtos del diſtrito deſta Real Audiẽcia, ſobre las Prouiſiones Reales, q̃ a ſu pedimiento ſe an deſpachado, para el cumplimiẽto de la Real cedula, ſobre la cobrança de los diezmos q̃ deuen pagar los dichos Indios, a q̃ ſalio la parte del Dean, y Cabildo de la ſanta Igleſia deſta Ciudad, en ſuplicacion de las dichas prouiſiones.

En la Ciudad de los Reyes, en veynte y dos dias de el mes de Abril, de mil y quinientos y nouenta y ſiete años: los ſeñores

Preſidente y Oydores, viſta la dicha cauſa, ſuſpendieron las dichas Reales Prouiſiones deſpachadas a pedimiento de los dichos Indios, por eſta Real Audiencia, haſta que ſu Mageſtad informado, prouea lo que fuere ſeruido: y en el interin mandarõ, que ſe les guarde a los dichos Dean, y Cabildo, la coſtumbre, que en el lleuar los diezmos de los dichos Indios, an tenido. Y aſsi lo proueyeron, y mandaron.

# AVTO DE REuiſta con la miſma relacion.

EN La Ciudad de los Reyes, en veynte y tres dias del Mes de Mayo, de mil y quinientos y nouenta y ſiete años, los ſeñores Preſidente, y Oydores deſta Real Audiencia, viſta la dicha cauſa, dixerõ, y proueyeron.

Que en execucion de lo ordenado por las Reales Cedulas de ſu Mageſtad, preſentadas en la dicha cauſa, deuian declarar, y declararon, que los dichos Indios cumplan con ſu obligacion pagando a la Igleſia, ſiendo ſuficiente para la congrua ſuſtentacion de los Sacerdotes, que les dotrinaren: y en tal caſo, ſe les quite a los dichos Indios, y dexen de pagar, la parte, que por las taſſas de ſus repartimientos, eſta aplicada para ſu doctrina, y no ſiendo ſuficiente el diezmo, que aſsi pagaren, para ſuſtentar la dicha doctrina, lo que faltare, ſe tome de lo aplicado a la dicha doctrina, rebaxanles a los dichos Indios, la demas parte que reſta de lo dicho aplicado a doctrina, por las dichas taſſas, ò todo lo aſsi aplicado, ſi los dichos diezmos, q̃ pagaren baſtaren para la dicha doctrina.

Y en el interin, que eſto ſe executa, y diſpone, ò ſu Mageſtad otra coſa prouea y manda, y ſin perjuyzio de el derecho de los dichos Indios, el dicho Dean y Cabildo, vſen de la poſſeſsion que tienen, que por el Auto de viſta de veynte y dos de Abril paſſado, proueydo por los dichos ſeñores, en eſta cauſa eſtá mandado, el qual dicho Auto, en quanto a eſto lo confirmaron en grado de reuiſta. Y aſsi lo proueyeron y mandaron. Proueyeronlo, y rubricaronlo los ſeñores Doctor Caſtilla, y Auendaño, y Licenciado Boan.

Et in hac quaſi poſſeſsione exiſtunt manuque tenentur Archiepiſcopus, & Decanus, & capitulum Limenſis ciuitatis, exigendi decimas ab Indis, ſui

Archie-

Archiepiſcopatus, ad rationem vnius pro decem extritico, quibus, & cæteris rebus, quæ dicuntur apud nos fructos de Caſtilla, y del Mayz, y chuno, y para los que los Indios llaman papas, y otros fructos, que ſon de los que ellos cogian antes que vuieſſe Eſpañoles de veynte vno.

12 Aliud arreſtum fuit in cauſa Epiſcopi decani, & capituli ciuitatis Cuzquenſis, in qua per ſententiam latam in gradibus de viſta, y reuiſta, auiendoſe pueſto demanda a los Indios de aquel Obiſpado, por el Obiſpo, Dean, y Cabildo, en que ſe pidio ſe les mandaſſe, que dezmaſſen como los demas fieles, ſe defendieron con dezir, que eſtauan en poſſeſsion de no pagar mas diezmo, de lo que eſtà taſſado para el Sacerdote, Cura, y Maeſtro de doctrina, que les adminiſtra los Sacramentos, y que no deuen pagar mas diezmo. Y por los autos conformes deſta Real Audiencia, fueron amparados, en la dicha poſſeſsion, los dichos Indios, de que con muchos fundamentos, que de vna, y otra parte ſe alegaron, y prueuas, que ſe hizieron, ſe ſuplicò ſegunda vez, ante la Real perſona de ſu Mageſtad, auiendoſe dado executorias de los dichos autos, y en eſte pleyto fuy Abogado, de parte del Dean, y Cabildo, ſe informò fuertemente por ſu derecho, & obtinere non potuit pars prædicta decani, & capituli Cuzquenſis, dandoſeles a los Indios el amparo de la poſſeſsion, haſta que por ſu Mageſtad otra coſa ſe prouea, y mande. De manera, que de vna ſuerte, ſe pagan y cobran los diezmos de los Indios en el Arçobiſpado de Lima, y en el del Cuzco, no ſe permite ſe cobren. Et cum lis pendeat non licet vltra progredi, itaque ſuper poſſeſſorio, & retinendæ vel recuperandæ inter dicto iudicatum eſt, in hac Limenſi Chancellaria, in dictis cauſis decimalibus.

13 Ex quibus iam ſupra tradditis inferri poteſt, ad quæſtionem vtilem in his Indiarum Regnis, ſuper cognitione cauſarum decimalium an poſsit tractari coram Regijs Chancellarijs, & de Granatenſi Chancellaria teſtatur; Couarrubias in practicis capit. 35. numero ſecundo, verſi. tertio quoties decimæ, & Bobadilla primo tomo politicæ, libro ſecundo cap. decimo octauo, numero 213. maiorem dubitationem, apud nos hoc continet, in his Regnis Indiarum, cum aliquid circa hanc cognitionem, ſtatutum non habeamus imo regale conſilium Indiarum, in quantum eſt poſsibile, ſe exonerat, à cognitione cauſarũ, quæ ad iuriſdictionem Eccleſiaſticam

 perti-

pertinent eique competunt in hoc noſtro articulo, quem ante mine vidi tractatum, ſub melioris cenſuræ correctione defendere forte poſſumus, Regia Indiarum prætoria poſſe decimarum Eccleſiaſticarum cauſas decidere.

Primo hoc probatur autoritate capituli primæ erectionis huius ſanctæ Eccleſiæ Limenſis, ex cuius relatione conſtat, conceſſas fuiſſe decimas huius regni del Pe
14 ru, & vniuerſarum Indiarum noui orbis, dominis regibus Caſtellæ, & Legionis, per Alexandrum Sextum Pontificem Maximum, & de Bulla huius conceſsionis mentionem facit, dicta erectio, conſtituta à domino Hieronymo de Loaiſa primo Archiepiſcopo, vniuerſi regni del Peru, verba autem erectionis hæc ſunt. *Quæ omnia vt ſupradictum eſt ſintque adnutum, & voluntatem maieſtatis, & regum ſucceſſorum ſuorum, & alias ſecundum, tenorem Bullæ Alexandri, per quam ipſis Regibus Hiſpaniæ, fuit facta donatio decimarum, licet ad præſens, per eandem regiam maieſtatem, ad alimenta ſint nobis præſtita.*

Et quoties decimæ à Romano Pontifice beneficiario feudarioque iure tranſlatæ fuerint, in principem laicum, poterit Iudex ſæcularis, vt cumque cauſa tractetur, de decimis cognoſcere, imo ad eum pertinet, huius cauſe cognitio, priuatiue, vt reſoluit alios allegans Couar. practicarum, in Regio Granatenſi ſenatu. Traddit etiam Cardinalis Tuſchus ſub litera D. concluſione. 731. num. 3. & rationem aſsignat, & decimis quas iure hæreditario poſsident nobiles Regni Gallaciæ plura adducit Ioannes Garcia de expenſis cap. 9. n. 92. & 98 & per illum ſenatum de his iudicari cauſis.

Suadetur eiuſdem praxis reſolutio, & eius extenſio ad has Chancellarias Indiarum, cum eadem ſubſit ratio tunc maximè, quia fere eodem, tempore anno ſcilicet. 1492. fuit conceſſa Regibus Catholicis expugnatio noui orbis huius, & veriſimiliter tenendum eſt has decimas, quemadmodum Granatenſis Regni ab eis fuiſſe impetratas. Habetque dominus Rex duas nouenas partes, decimarum in hoc regno in recognitionem ei debitam, vt habetur in dicta erectione.

Pro contraria parte, maximam dubitionem hæc res continet, cum non habeamus Bullam prædictam, conceſsionis decimarum huius noui orbis, ſed tantum, conceſsionem iuris patronatus, quod diuerſum eſt á decimis: & cum hic articulus contigiſſet, in cauſa de los Indios del Cuzco, ſobre los diezmos, de qua ſupra mentionem feci, & allegarem capitulum, prædictæ erectionis multum fuit dubitatum

dubitatum à Dominis Auditoribus, maximè à Ferdinando Arias de Vgarte, nunc digniſsimo Epiſcopo dela ciudad de San Franciſco de Quito, itaque non conſtat de dicta conceſsione, niſi per verba prædictæ erectionis, & eius narratiuam.

Punctus quidem eſt grauis, circa quem conſulendus eſſet Romanus Summus Pontifex, & ab eo impetrari hanc cauſarum cognitioné, & delegationem, quod fieri poſſe non eſt dubium, ex Gloſſa communiter recepta in capite 2. de iudicijs, & donec de hoc agatur, vel alia declaratio ſit cum autoritate, relinquo cogitandum. Tametſi pars affirmatiua, iure defendi poſſet, ſi eſſet copia apud nos, conceſsionis decimarum, de qua in dicta erectione mentio fit, ex adductis per Tuſchum ſub litera D. concluſione ſeptuageſima tertia, numero tertio, licet cõtrarium teneat Zabarela, quẽ refert, poſſet tamẽ fieri prouiſſio ab hac Regali Limẽſi Audiẽtia, & quacumque alia huius Regni, vel Nouæ Hiſpaniæ Inſerta, lex ſexta, titulo quinto, libro primo Recopilationis, para que no ſe haga nouedad en el lleuar de los diezmos, quemadmodum ad inſtantiam Protectoris Indorum, vt ſupra retulimus, quẽadmodum in Regali Caſtellæ cõſilio, quando ſic expedi, fit dicta prouiſsio.

26 ius Patronatus plerumq; experiri ſolent Bullæ Apoſtolicæ, & ſi ſint in damnum partis non auditæ ab eis ſupplicatur ad eundem Dominum Romanum Pontificem melius informatum, & his occurrit materia violentiæ, quæ quotidiana eſt, ab omnibus enim, qui de ea tractauerunt, quotidie proclamatur eſſe occurrendum extraordinario auxilio Domini Regis Caſtellæ in caſibus violentiæ, quos ad praxim attinẽtes, & eius ſtillum retulit, vt prædixi, Monterroſo. Sed quia plerumq; dubitatur, quæ ſententiæ poſsint executioni mandari, ex quo pendet cognitio, & determinatio, de ſi el juez Eclesiaſtico haze fuerça, circa quod communiter allegare ſolet in cauſis ordinarijs, Clemẽ-
27 tina 1. de re iudicata, ex qua tres ſentẽtiæ debent eſſe conformes, vt executionem habeant, vel id in quo conformes ſunt executioni mãdetur ex adductis à Couar. & quos citat in practicis, cap. 25. per totum referam caſum, qui mihi obtigit, in cuius poſtulatione obtinui, ex cuius exemplo deducetur, vtilis ad executionis iuſtificationem praxis, etiam quando tres ſententiæ non fuerint cõformes, & à iudicibus Eccleſiaſticis latæ fuit vẽt lata, cauſæ grauis diuortij, por demanda de doña Ana de Cabrera y Cordoua, contra Iuan Porcel de Padilla ſu marido, vezino de la ciudad de la Plata, en la prouincia de los Charcas, in qua propter viri ſeuitiã lata fuit ſententia in fauorem vxoris à Decano, & Capitulo Argentinæ Eccleſiæ Cathedralis, per quam declaratum fuit, locum habere diuortij actionem, & præceptum fuit, vt fieret appoſito additamẽto, ex iuſtis cauſis (ita referebat ſentẽtia) que la dicha doña Ana
28 eſtuuieſſe recluſa en vn conuento de Monjas, y que el en quanto a la Dote, y Arras cumplieſſe con dar fiança de reſtituyrlo a la ſuſo dicha, à qua fuit appellatũ ad iudicem Metropolitanum Limenſis Archiepiſcopatus, qui cõ firmauit

firmauit ſententiam, & tunc non
erat datus nobis ordo, per quem
ex Bulla Gregorij XIII. cauſæ Ec
cleſiaſticæ debent finiri in India-
rum prouincijs appellãdo ad Me-
tropolitanum, & finitur cauſa, ſi
eius ſententia eſt conformis pri-
mæ, & ſi non eſt ad proximum
Epiſcopum appellatur, cum itaq;
occurſum eſſet ad Nuntium Apo
ſtolicum, dedit delegatum, qui
confirmò la primera ſentencia, y
las reuocò, en mandar hazer re-
cluſion a la dicha doña Ana de
Cabrera: y mandò le fueſſe reſti-
tuida ſu Dote, y Arras; trayda la
cauſa al Audiẽcia por via de fuer
ça, de querer executar eſta ſentẽ
cia el juez Apoſtolico. Cõtrouer
ſum fuit, & dubitatum, an eſſet
executioni locus, pro parte ad-
uerſa opponebatur: non eſſe ca-
ſum textus in d. Clem. 1. de re iu-
dicata, quoad reuocationem di-
cti aditamenti: imo eſſe vnam ſo
lã ſententiam, cuius appellationi
erat deferẽdum. Sunt vulgaria iu
ra, l. 1. & l. maiorib. l. 13. ti. 23. p. 3.

29 Sed ſatis factum fuit, & à me
reſponſum, quod quamuis regu-
lare ſit, eſſe appellationi deferen-
dum: hoc tamen fallit 1. in caſi-
bus prohibitis à iure, quorum ali
quos retulit, Marãta, tit. de appe
llat. n. 267. Auendaño de exeq.
mandat. capit. 6. n. 4. lib. 1. & in
criminalibus, l. 16. titul. 23. p.
2. Rebufus, titul. de appel. art. 7.
per totum. Ioannes Gratiam. Re-
gul. 33. quos remiſsiuè retulit A-
zeb. in l. 1. tit. 18. lib. 4. infra n.
71. & præ cæteris, qui melius ca-
ſus prædictos retulit, fuit Rebu-
fus in tit. de ſentẽtijs executoria-
libus, in præfact. ex n. 19. vbi in
quit, quod quamuis Reipublicæ
interſit, ſententijs mandari exe-
cutioni, propter autoritatem re-
rum iudicatarum, l. ſi prætor. ff.
de iudicis, l. ſeruo. §. cum prætor.
ff. ad Trebel. Bald. in cap. Paſto
ralis, §. 1. & §. quia de offici. de
leg. tamen de iure nõ debent ſen
tentiæ executioni mandari. Tum
propter ſuperioris autoritatem,
tum quia poſt appellationem nõ
eſt innouandum, in rub. & ni-
gro, nil nouari appellatione pen
dente, & quia iudicatum extin-
guitur attento præſenti ſtatu, &
n. 23. conſtituit caſus, in quibus
poteſt ad executionem procedi,
nõ obſtãte appellatione: qui ſunt
quando ex prouiſione legis per-
mittitur: vt in ſententia de deci-
30 mis ſoluendis, traddunt omnes
communiter per cap. tua nobis
26. de Decimis, quod intelligũt,
niſi adſit priuilegium, de quo
infra latius agam: vel ex deciſ-
ſione ordinationis, vel ſi à Prin-
cipe eſt commiſſa cauſa appel-
latione remota, & etiam ap-
pellatio eſt prohita, vel eſt eui-
denter nulla: nam quoties im-
propriè, ac vitioſè appellatur,
pro non interpoſita habetur. Re-
buf. eminẽtiſsim ex Doctoribus

exteris, & etiam noſtris fuit, qui cum maiori claritate, & reſolutione in hoc articulo proceſsit, ſed cum omnia, quæ à Doctoribus tradduntur, quæ quia plura, & plures non refero, ex eius dictis ſequentes conſtituo concluſiones, ſiue caſum poſitiones.

Primus erit, aut appellatio eſt
31 iuſta, & ei eſt deferẽdum, y otorgarſe, quod proclamant omnia iura. Secundus caſus erit, quando eſt dubium, an iuſta ſit, vel non, & etiam debet iudex ei referre, quia in dubio pro appellatione eſt pronuntiandum, Gloſſa finalis ad finem, in l. qui reſtituere, ff. de rei vendicatione. Baldus in l. vnica, colu. 3. n. 8. C. & ſi de moment. poſſeſs. Rebufus, titul. de appellat. in præfat. n. 71.

32 Quod etiam obtinet in ſupplicatione prima, & fortiori ratione, in ſecunda, vt adnotat Gregorius Lopez in l. 4. tit. 24. p. 3. Gloſſa 1. ex quibus deducitur affirmatiua concluſio, appellationi iuſtè, & dubiæ eſt deferẽdum, & pro appellatione eſt Regula.

Fallit primò, quando eſt ma-
33 nifeſtè friuola, vt ſi appelletur ab interlocutoria cauſa non expreſſa, vel irrationabilis, quia tunc iudex non debet ei deferre, cap. cum appellationibus, de appellationibus, libro ſexto, qui textus loquitur in interlocutorijs ſententijs, à quibus appellatur.

34 Limitatur ſecundò dicta regula affirmatiua, quando à l. prohibetur appellatio, l. fin. ff. de appellat. recipiendis, l. 6. tit. 18. lib. 4. Recopil. quod eſt intelligendnm circa caſus harum legum, quãdo res non recipit dilationẽ.

35 Tertia limitatio, & fallentia eſt, quando conſtat appellãtẽ iniuſtè appellare, quia ei obſtat iniquitas, quã vult proſequi, vel notorietas iuris ei reſiſtit, hæc eſt celebris doctrina Innocẽt. quã anemine vſq; adhuc, viderim ponderaıã, qui hanc reſolutionẽ tenet, in cap. Paſtoralis, 28. n. 4. de offi. de legati, vbi inquit. *Sed ſi non eſt dubium ſed certum, appellationem eſſe iniuſtam, exequetur ſententiam iudex.* Et adducit plura exempla.

Ad cuius terminos reduxi caſum prædictũ dictæ dñæ Annæ de Cabrera cõtra Ioan Porcel de Padilla nobilem virum, eius maritũ, in dicta diuortij cauſa, propter ſæuitiã, vbi fuerunt tres ſententiæ conformes latæ, pro ea, en el diuorcio, & intertia ſententia reuocando las dos primeras, ſe le mandò reſtituir ſu dote, y arras. Data igitur ſententia diuortij, debet reſtituere maritus Dotem, & Arras, & medietatem lucrorum, & cum de hoc appellauerit obſtitit ei notorium ius, quod colligitur, ex titulo in Rubro, & Nigro, de donationibus inter virum, & vxorem, & de dote poſt diuortium reſtituenda lege prima, cum ſequen.

ſequentibus.ff. de diuortijs, cum adductis à Barboſa in Rub.ff.ſoluto matrimonio, 2. p. ex n. 41. ex prædictis obtinui in Regali Auditorio Limẽſi, & licet fuerit vna ſola ſententia, per quam fuit præceptum, vt dos reſtitueretur, & non eſſe locum præcepto reclusionis, dictæ donæ Annæ de Cabrera in Monaſterio, deboluta eſt cauſa iudici Apoſtolico, executioniq; eam mandauit, & reſtituere dictæD. Annæ pluſquã quinquaginta millia ducatorum, deditq; mihi honorem, hæc allegatio doctrinæ Innocentij, dum cauſæ relatio fuit facta in Regalibus ſubſelijs.

Ex quibus deduco pro iudicibus Eccleſiaſticis, & eorum ſentẽtijs, quod etiã ſi non fuerint tres conformes, ſed vna tantum. prima, vel ſecunda, ſi colligitur calumnia appellantis, vel ei reſiſtit exceptio notoria iuris, eſſe deboluendam cauſam, ad executionem faciẽdam, quia bene fuit pronuntiatum, & iniuſtè appellatum, quæ eſt notanda, & celebris limitatio ad textum in d. Clemẽtina 1. de re iudicat, & apud nos ad Bullam Gregorij Decimi Tertij Pontificis Maximi, quæ requirit duas ſententias conformes, vt finiatur, & appellationi non ſit locus, & ſæpe vidi, quando executio Dominis Auditoribus videtur eſſe iuſta, & ſententia talis, quæ ſine dubio confirmationem meretur, debolui executionem Iudici Eccleſiaſtico, neq; à dictis dominis impeditur, quia vt prædixi, ex Rebuſo publice intereſt propter autoritatem rerum iudicatarum, ſententias mandari executioni; vt tenet in tractatu de ſentencijs execut, in prefatione n. 19.

Quod maxime obtinebit ſi in ſecũda inſtantia veriſimiliter exactis cauſæ apparet appellantẽ aut nihil probaturũ, aut ſi probet non eum relebare, tunc equidem vt partibus, & expenſis conſulatur, non impeditur, per viam violentiæ executio, quæ nota, quia vtilia, & quotidiana, nec ita inuenies ab alijs explicata.

Sed ad propoſitum, & huius legis, & §. quarti materiam redeam ſciendum eſt, religioſos ordinum mẽdicantium, & eos, qui eorũ priuilegijs potiũtur, & Ciſtercienſes gaudere exemptione, & priuilegio nõdecimãdi, vt poſt cap. nuper de decimis, quo ad mẽdicantes bullarum, & indultorum, Apoſtolicæ Sedis priuilegia refert, Manuel Rodrig. in ſum. c. 87. 1. p. n. 5. & circ. noualia diſtinguit, noſtra lex. 4. & ſequens tit 2. p. 1.

Huius conceſsionis cauſa refertur, à congregatione Cardinalium, quam adducit Marſilla ad cap. 22. ſeſsione. 25. Concilij Tridentini, vbi inquit, quod ſi decimæ præſtãtur, pro adminiſtrãda

cura animarum, tunc quia parrochi mendicantibus, nec alijs religioſis ſacraměta adminiſtrant, non teneri decimas ſoluere: de ſuis prædijs adquiſitis, niſi fuerint, conceſſa, cum ea expreſſa cõditione, & onere: vt ex eis decimæ ſoluantur, quia tunc ſoluẽda eſt, à mendicantibus. Ita declaratio. 168. quam retulit Marſilla, ſed cum omnes religioſi fratres, & monachi, & moniales, quorumcunq; ordinum, habeãt ampliſsima priuilegia, de nõ decimando iuſtiſsimis de cauſis ſibi conceſſa, ideo ſuper eis non immorandum. De colonis Societatis Ieſu, & aliorum ordinum, & Religionũ, an teneãtur decimas ſoluere? maior dubitatio eſt; partem affirmatiuam tenet Gregorius Lopez, in d. l. 4. tit. 20. p. 1. Gloſſa 3. & 4. vbi indiſtinctè reſoluit, colonos parciarios, ſiue cenſuales, vel eos, qui mercede ſoluta cõducunt à religioſis, prædia, vineas, vel aliàs res teneri, ad decimas ſoluendas, ſi ſit priuilegium Religioſorum perſonale, ſecus vero, ſi reale, quia tũc, ſi eximit terras collẽtes participãt priuilegio dicto, circa cuius articuli declarationẽ, vidẽdus eſt Ioannes Gutier. conſ. 5. vbi exacte omnia refert per totum, illud conſiliũ.

24. Mihi tamen ſi expreſſe in priuilegio non eximantur Coloni Societatis IESV, vel cuiuslibet religionis, plus placet, reſolutio cõtraria, & teneri in diſtinctè, ad ſoluẽdas decimas, ex doct. Greg. Lop. qui pl' ſe in hac affirmatiuã partẽ inclinat, tũ etiã, quia decimæ prædialis præcipue, quo ad fructus induſtriales, vt puta vini, vel olei, & tritici, habet magnã partẽ ex labore, & opera eã colligentis tũ etiam, quia grauaretur nimis Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ quo caſu ſimilia priuilegia, etiã ſi expreſſa eſſent, & notabile dãnum inferant, non ſuſtinentur, Imo reuocanda veniunt, & non debent obſeruari ex ratione, & deciſsione textus expreſsi in cap. ſugeſtum de decimis, de quo latius §. ſequenti agemus, & hanc reſolutionem, quam teneo, confirmo, quia perſonis Religioſorum, ſunt conceſſæ immunitates de decimis nõ ſoluendis, & ſi rebus, & prædijs concedatur, eſt ratione perſonarum, cuius rei cõſideratio, nec tranſitus non fit ad colonum, vel extraneũm nõ priuilegiatum, & ſic procedit ratio textus, in l. ſordidorum, C. de excuſationibus munerum lib. 11. ibi. *Neq; enim poteſt eſſe perpetuum, quod non rebus, ſed perſonis, ratione dignitatis, vel militiæ concedimus.* Nihilominus quia iſte articulus eſt magni præiudicij, vt ſecurè procedas: recurrendum eſt ad diſtinctionem Gloſſæ, & eius doctrinam, in Clementina prima de decimis, verbo, excollendas, & ibi Cardinalis, n. 22. Ancarranus, n. 6. Imo

Z. Imola numero decimo quarto & ad Rebufum dicta quæſtione decima quarta, & ad tenore, & verbis priuilegij cuiuslibet, nec ſine eius inſpectione reſpondeas, ne erres, & in laqueum iniuſti, & inconſiderati conſilij iudicando, vel conſulendo incidas.

(?)

## CAPVT VI.

### §. V.

1 Regulares Ordinum mendicantiũ habent priuilegium, ne ſoluant Decimas.

2 Et etiam alij Religioſi, qui eorum priuilegia participant ex Bulla, quam dicunt de la Comunicanda.

3 Refertur declaratio Cardinalium Congregationis, ex qua limitatur exemptio Regularium circa decimarum ſolutione.

4 Refertur quæſtio ardua, & notabilis, an milites ordinis de Alcãtara ſint exẽpti á decimarum ſolutione, ex bonis Maioratus, vel aliis ſuis patrimonialibus.

5 Antiquitùs milites de Calatraua, & Alcantara, non poterant ducere vxores.

6 Et bona, quæ poſsidebant prædicti milites, exiſtimabãtur ſui Ordinis poſteaq; ſibi eſt conceſſa licẽtia, vt bona propria haberent.

7 Reuerendiſsimus Dominus don Ioã Beltran de Gueuara, nunc meritiſsimus Archiep. ſcopus Compoſtellanus, olim Canonicus Doctoralis Abulenſis, & poſtea Epiſcopus Pacenſis, laudatur.

8 Dignum eſt, & plenum ingenui pudoris (teſte Plinio) fateri per quos profeceris.

9 Priuilegia conceſſa Ordinibus militaribus, de Calatraua, y Alcantara ſunt eis conceſſa ante quam facultas de ducendis vxoribus.

10 Priuilegium non extenditur ad illud, de quo illud concedens veriſimiliter non diſpoſuiſſet.

11 Generalis diſpoſitio, ſeu conceſsio non comprehendit caſus ſpeciales, contra obſeruantiam iuris conceſſos.

12 Vxores militum Ordinis Alcantaræ, & Calatraua habent medietatẽ bonorum ab eis conſtante matrimonio adquiſitorum.

13 Noua cauſa ſuperueniente recedendum eſt á diſpoſitione generali.

14 In donationibus, & quacumque diſpoſitione ſemper ineſt cauſa rebus, ſic extantibus.

15 Priuilegia ſunt latè interpretanda contra concedentem, non vero in tertii præiudicium.

16 Conſuetudo eſt lex non ſcripta, nec impedit ipſa lex ſcripta, interpretationem eius eſſe non ſcriptam.

27 Expreſſa derogatio Concilij Generalis requiritur, in quocumque priuilegio, ſeu facultate, quando ei obſtat decretum Concilij, expenditur Archidiaconi Doctrina hoc tenentis.

18 In quacumque diſpoſitione habente clauſulam derogatoriam ad futura eſt neceſſaria ſpecifica derogatio.

19 Quando aliqua diſpoſitio, priuilegium, ſeu conceſsio eſt contra Concilium Tridẽtinum, eſt neceſſaria eiuſdem Concilii ſpecifica derogatio.

20 Priuilegia de non decimando, ſi tẽdant in magnum præiudicium Eccleſiarum nõ ſunt obſeruanda.

21 Priuilegium de non decimando non extenditur ad magnas poſſeſsiones, de quibus antea decimæ ſoluebãtur parrochiæ.

22 Dominus Ioannes Beltran de Gueuara Archiepiſcopus Compoſtellanus refert quadam iuris allegatione pro Eccleſia Abulenſi quaſdam ſententias latas contra milites ordinum de Calatraua Alcãtara, & diui Ioannis, & diui Iacobi, & decimas ex patrimonialibus bonis ſoluant.

23 *Rotæ deciſsio, pro Eccleſia Placentina Contra comitem de Medellin millitem ordinis de Alcantara, vt decimas, ex patrimonialibus bonis ſolueret.*

24 *Priuilegium cōmunicatum nihil poteſt amplius tribuere, quam ſit in communicato, ex ſententia Rotæ.*

25 *Ex quo infert ipſa deciſsio ordinum mimilitarium priuilegia de non decimando non poſſe extendi ad bona propria millitum, quia iſtis patrimonialibus, & priuatis bonis, carent religioſi Ciſtercienſes, & ſolum habent bona religionis.*

26 *Argumentum à pluribus ſententijs deductum validum, & magnæ autoritatis.*

27 *Rotæ deciſsiones vim communis opinionis habent.*

28 *Fundamenta partis affirmatiuæ pro ordine de Alcantara, vt eius millites non debeant ſoluere decimas ex bonis patrimonialibus eorum.*

29 *Ardua, & celebris quæſtio an cōmendatarij, & millites diui Iacobi, Calatraue, & Alcantara, ſint religioſi, quod nimis controuerſum eſt.*

30 *Franciſcus Sarmiento, quondam meritiſſimus Epiſcopus Genienſis, & Doctor Martinus Nauarro, inuicem in opinionibus aduerſatur, & iniurioſis, verbis.*

31 *Religioſi ſunt Comendatarij, & milites ordinum prædictorum, ex ſententia Nauarri, & aliorum, cuius contrarium defendit neruoſè Sarmiento, & alij.*

32 *Prædictus caſus requirit declarationem Apoſtolicæ Sedis interim tamen vtraque reſolutio defendi poteſt, & ſequi poſſumus, quamlibuerit, in iudicando, & conſulendo.*

33 *Autor ſequitur ſententiam domini Frāciſci Sarmiento.*

34 *Thomas Sanchez vir doctiſsimus laudatur, qui refert notabilem quæſtionem circa prædictum articulum.*

35 *Magis communis opinio eſt, vt prædicti millites, del habito de Sanctiago, Calatraua, y Alcantara, inter ſeculares numerentur.*

36 *Quando de aliquo delicto prædictorum millitum agitur ad ſuos iudices remiſsio ſit.*

37 *Religioſi ſunt, qui emitunt tria vota ſubſtantialia, alij vero licet aliqua vota emitant, non dicuntur habere regulam, ſed viuendi modum ab Apoſtolica Sede approbatum.*

38 *Articulus remiſsionis dictorum millitum, ad ſuos iudices in criminalibus pendet ex contextura priuilegiorum, quæ habent, & concordia, ſi quæ ſunt, quilibet iudex cum caſus occurrat atentè videat.*

39 *Concluſio partes affirmatiuæ eſt priuilegium de decimis non ſoluendis à millitibus de Alcantara conceſſum, extendi ad patrimonialia eorum bona ex Bullis hic relatis.*

40 *Vbi eſt caſus legis nulla dubitatio ſeu diſputatio ſuper eſt.*

41 *Tempore conceſsionis priuilegij de non decimando conceſſi ordini de Alcantara erant plures millites ſine cōmenda.*

42 *Ex quibus infertur, non ſolum ad bona religionis, ſed ad patrimonialia, vel aliūde à militibus poſſeſſa extendi, dicta conceſsionem generalem de non decimādo.*

43 *Lex ſi contineat rationem generalē, etiā ſi deciſsio particularis ſit, tunc ratio ipſa generalis lex eſt, & deciſsio pro exemplo habetur.*

44 *Licentia conceſſa à Paulo Tertio Pontifice Maximo militibus de Alcātara, vt vxores ducerent, fuit vt obedientiarijs, & ſeruitiibus ſuo ordini, & Chriſtianæ Religionis.*

45 *Priuilegia prædicta ſunt probationes probata, neq; vlla alia eſt neceſſaria pro hac affirmatiua parte.*

46 *Intellectus capit commiſſum de decimis eſt, vt textus ille intelligatur in priuilegio odioſo.*

47 *Intellectus, & reſponſio ad capitulum nuper de decimis, quod maximè aduerſatur huic parti affirmatiuæ.*

48 *In priuilegijs non eſt neceſſaria mentio de iure communi, & eius reuocatione ex doctrina Alexandri, & Ioannes Gutierrez.*

49 *Res quæ peruenit ad manus exempti debet gaudere priuilegio exemptionis regulariter,*

50 *Inmutatione perſonæ mutatur qualitas rei.*

51 *Hodie quoad ordines mendicantes, & alios ordines exemptos à decimis non extat deciſsio textus in cap. nuper de decimis.*

52 *Ratio quare autor de ſolo ordine militari de Alcantara, & eius exemptione circa decimas agit.*

53 *Refertur Bulla, & Apoſtolicum reſcriptum, Clementis Papæ VIII. ſuper decimis bonorum patrimonialium militum ordinis S. Iacobi, Calatraua, & Alcãtaræ.*

54 *Summus Pontifex euocauit dictas cauſas, quas iudicãdas ſuo Nuncio cõmiſsit.*

55 *Nulla ſunt, & irita acta facta, à quibuſcumq; iudicibus Eccleſiaſticis ſuper prædictis decimis patrimonialium bonorum, militum, dicti Triplicis ordinis.*

56 *Fortior eſt quoad attentata euocatio Principis, quam prouocatio partis.*

57 *Cauſa, vel cauſis à Principe Euocatis, etiam de partium litigantium conſenſu, iudex alius inter litigantes procedere nõ poteſt.*

58 *Verba appoſita in libro Conſtitutionum Ordinis de Alcantara, quoad decimas referuntur.*

59 *Maximopere notanda ſunt vltima verba hic relata, & conſcripta in dicta Bulla Commiſsionis ex mandato ſanctiſsimi Pauli Quinti Pontificis Maximi.*

60 *Reſolutio autoris in hac magna, & difficili controuerſia an debeant ſoluere milites & Comẽdatarij Ordinis de Alcãtara decimas, ex bonis ſuis patrimonialibus, quæq; non ſunt ſui ordinis cum diſtintione.*

61 *Adducitur hic pro parte Eccleſiarum, textus notabilis, in capite ſi de terra de priuilegijs, & l. 5. tit. 20. p. 1.*

62 *Dicta iura prius allegauerat Dominus Archiepiſcopus compoſtellanus, cum eſſet Canonicus Abulenſis.*

63 *Reſponſio ad objectionem, non poſſe renunciare, priuilegio ordinis.*

64 *Priuilegium eſt priuata lex, & nõ obligat, niſi quatenus fuerit receptum.*

65 *Ponderantur verba reſcripti Apoſtolici Clemẽtis octaui, quoad dictas decimas patrimoniales.*

66 *Defenditur altera pars militum de Alcantara, circa obſeruantiã prædictæ conceſsionis de non decimãdo, vbi eorum priuilegia in patrimonialibus bonis ſunt recepta.*

67 *Verba dubia priuilegiorum vſu interpretationem recipiunt, & ex conſuetudine etiam, ſi verba contradicerent.*

68 *Refertur ad prædicta celebris lex quarta, tit. 33. partita 7.*

69 *Notabilis illatio pro militibus Ordinis de Alcantara, qui ſunt in poſſeßione non decimandi ex bonis patrimonialibus, & Comendis Indorum, quas poſsidẽt in reyno del Peru, de quorum fructibus, ex cõſuetudine non decimant.*

70 *Refierenſe los Caualleros de la Orden, y habito de Alcantara, que à auido en el Reyno del Piru, y tenido en el ſus haziendas proprias, y de Encomiẽda de Indios.*

71 *Haſta agora no ſe à viſto, que Cauallero alguno del habito de Alcantara aya pagado diezmo de ſu Encomienda de Indios ni de labrança, ni criança, que tenga en el Reyno del Piru.*

72 *Refiere el Autor las deuidas obligaciones, en que eſtan los Reynos de las Indias Occidentales a ſu Excelencia del Señor, don Pedro de Caſtro Conde de Lemos, y modo prudencial, que ſu Excelencia tuuo en gouernarlas, quãdo fue Preſidente del Real Conſejo de Indias, lo qual à cõtinuado deſpues ſiendo Virrey de Napoles.*

73 *Cauſa, & lis inter Capitulum Eccleſiæ Limenſis, & dictum Dominum excelentiſſimum Comitem de Lemos ſuper decimis fructum Comendæ Indorum aduocato exiſtente autore huius operis, prodito Domino Comite.*

74 *Contra ſpolium iudicis Eccleſiaſtici incompetentis reſtitutio datur.*

75 *Arreſtum Regii Senatus Limenſis in prædicta*

*prædicta cauſa, & alia ei æquali de don Franciſco de la Cueua Cauallero de la Orden de Alcantara.*

76 *Aduocatus ſi præſtat patrocinium in iudicio poſſeſſorio, in quo pars fauet iuſtitiam, ſi ea careat in proprietate, & petitorio iudicio nõ eſt tutus in conſcientia.*

77 *Declarat, vt per Ioannem Garſiam, quẽ Autor ſequitur, hoc procedere in cauſis ſpiritualibus, ſecus in profanis.*

78 *Ad conſuetudinem interpretatiuam legis, ſtatuti decem anni ſufficiunt.*

79 *Adducitur textus in lege, nam imperator. 38. ff. de legibus, & eius interpretatio.*

80 *Res inter alios iudicata, quos effectus ſortitur.*

81 *Ex vnico actu acquiritur poſſeſſio in corporalibus.*

82 *Plures ex militibus de Alcantara in Caſtellæ Regnis, & Legionis obtinuerunt exemptionem decimarum ex bonis patrimonialibus.*

83 *Vltimum compendium reſolutionis, quã in prædicto caſu defendit Autor.*

## CAP. VI.

## §. V.

## DE PRIVILEGIO DE *non decimando, quo nituntur gaudere Milites de Alcantara.*

FREQVENS eſt, & quotidiana quæſtio, quæ ſæpe occurrit circa Decimarum exemptionem, & cum §. præcedenti, actum ſit de validitate, & iure, quo ſubſiſtit huiuſmodi exemptio, quæ eſt pẽdens, ex priuilegio Sanctiſsimi Domini Romani Pontificis, validaque, & firma, vt iam concluſimus. Nunc autem præmitendum eſt circa Ordines Regularium, tam virorum, quàm mulierum, ſiue ex mendicantibus, vel non ſint, & aliorum,
1 qui propter Bullam, quam dicunt de la Comunicanda, obſeruanda eis ſunt ſua priuilegia
2 non decimandi, iuſta tenorem, & formam cuiuslibet, ad quod eſt recurrendum, cum dubium ſubſiſtat, & cum plerumque Regulares, hoc potiantur priuilegio, & exemptione, in eaque non decimandi poſſeſsione ſint, non eſt circa immorandum. Refert hæc priuilegia peritiſsimus Manuel Rodriguez in Compendio priuilegiorum Regularium.

Pro limitatione verò prædictæ exemptionis eſt ponderan-
3 da deciſsio centeſima ſexageſima octaua Congregationis Cardinalium de decimis, quæ ſic ſe habet. *Congregatio Concilij cenſuit, ſi Decimæ ſint impoſitæ rei, quia ab initio fuerit conceſſa, & traddita, cum ea conditione, & onere, vt ex eis Decimæ ſoluantur, tunc ad quoſcumque peruenerint, etiam Mendicantes teneri eas ſoluere, ſi verò debeantur, pro adminiſtranda cura animarum, tunc quia Parrochi his Mendicantibus, aliqua ſacramenta non adminiſtrant, Mendicantes non teneri, ſi tamen a ſolutione Decimarum Sedis Apoſtolicæ priuilegijs, eximantur.*

Itaq;

Itaq; conceſsio prima eſt inſpicié-
da, & ſi ſpecialis ſit, cum dicto
onere decimandi tranſibit cum
ſua cauſa, ad mendicantes, vel
quoſcumq; regulares, extat circa
hoc praxis communis textus in
capite, nuper de decimis, quan-
do, ſcilicet, prædium antea erat
decimale, & vltra hoc cõceſſum,
vel venditũ fuit cum decimandi
onere, quia tunc ſeruanda eſt di-
cta diſpoſitio abſq; dubio, & de-
claratio Cardinalium.

4 Vocat nos iam ardua, & cele-
bris, nec non minus dificilis, quæ-
ſtio, an milites & fratres Ordinis
militiæ de Alcantara, exépti ſint
à decimis ſoluendis, de bonis ſuis
patrimonialibus, quia de his, quæ
ad ordinem pertinent, nõ eſt du-
bium, quod autem grauem du-
bitationem continet, & præcipuè
à nobis eſt agendum, an Bullæ,
& priuilegia, quibus hic Ordo
Militaris gaudeat, ad patrimo-
nialia bona, & profana, vt ſic lo-
quar quorũ bonorum comerciũ
venale eſt, extendatur.

5 Et pro parte negatiua primò
facit, nã quando priuilegia dicti
ordinis (de quibus poſtea métio-
né faciã) fuerunt conceſſa, nõ po-
terant dicti milites de Alcanta-
ra, neq; etiam los de Calatraua
ducere vxores, & ſic bona, quæ
poſsidebant, quia tunc exiſtima-
6 bantur verè Religioſi, erant ſui
ordinis. At verò poſtquã eis fuit
conceſſa licentia vxores ducendi,
& bona propria poſidendi, maio-
ratus, ſcilicet, vel alia ab eis ad-
quiſita, ſeu hereditaria, de qui-
bus in certa forma diſponunt,
eorumq; comercium, & domi-
nium habent, iam non ſunt bo-
na Eccleſiaſtica, quæ poſsident
extra res ordinis, ergo de eis de-
cimas ſoluent, ex l. ſi tutor Rei-
publcæ. ff. de excuſationibus tu-
torum. Et Tyraquelo in tracta-
tu de ceſſante cauſa 1. par. n. 210.
iunctis his, quæ adducit Carolus
7 de Tapia in l. finali, 2. p. capit. 4.
in principio, ff. de conſt. Princi-
pum. Et ita concludit reuerẽdiſ-
ſimus Dominus don Ioan Beltrã
de Gueuara, in quadam erudita
ſatis iuris allegatione, dum eſſet
Canonicus Doctoralis Abulẽſis,
nunc verò meritiſsimus Archie-
8 piſcopus Compoſtellanus, à quo
plura ex fundamentis huius ne-
gatiuæ partis deſumpſi; eſt enim
dignum, ac plenum ingenui pu-
doris fateri, per quos proficeris,
ita Plinius, lib. 2. cap. 3.

9 Et arguit Dominus Archiepiſ-
copus, Romanos Pontifices non
cogitaſſe de his bonis patrimo-
nialibus, quando hæc priuilegia
ab eis ſunt conceſſa, & ſic nõ ex-
10 tendi ad ea, de quibus veriſimili-
ter non diſpoſuiſſent, tex. in le-
ge, cum res, vbi notat Iaſſo, n. 10.
& 12. ff. de legatis, 1. & in l. Ti-
tius. §. Lucius, n. 4. ff. de liberis, &
poſthumis Socin. in l. 1. n. 3. ff. de
legat. 1. vbi Iaſſ. & Ripa, n. 8. ver.

& in-

& intellige Nota conſ.4.n.6.lib. 1. Burſato conſ.19.n.9.quibus ad
11 de, nam generalis diſpoſitio, ſeu conceſsio (qualis dicta decimarũ exemptio) non comprehendit caſus ſpeciales, contra obſeruantiã iuris conceſſos, hoc eſt exemptionem bonorum patrimonialium à decimis ſoluendis, niſi de eis ſpecialis mentio, vel conceſsio fieret, ita Marcus Antonius Anguiſola conſ. 1. n.7. quem refert, & ſequitur Cardinalis Tuſchus lib.2.practicarum concluſionum ſub litera D. concluſi.490.n.21

Rurſus etiam ſecundo quia,
12 vt prædiximus à Leone X. & alijs Summis Pontificibus, ſuis prædeceſſoribus conceſſa fuerunt dicta priuilegia, militari ordini de Alcantara, vt non decimarent, quo quidem tempore, non ducebant vxores, & ad eas ducendas à Paulo tertio, fuit eis licentiã, & diſpenſatio conceſſa, & per conſequens poſsidẽdi bona propria, & teſtandi vtramq; factionem, & in noſtro regno vxores eorum
13 habent medietatem lucrorũ, cõſtãte matrimonio acquiſitorũ, at vero ſi noua cauſa ſuperueniat receditur à diſpoſitione generali, & etiam ſpeciali Ancarranus cõſ. 84. domina Azolina n.4.& 5. Decius pleniſsimè, conſ. 344. viſſo conſ. n. 4. vbi quam plura ponit exempla, Tiraquel. in l. ſi vnquã in principio n. 125. & 166. C. de reuocand. donationibus, quia ſemper ineſt cauſa in omni diſpo
14 ſitione rebus ſic extantibus. Craueta conſ.95.n.4.& conſ. 680. n. 15. quod quidem generaliter eſt obſeruandũ, vt ex prædictis reſoluit Tuſchus ſub litera D. concluſ. 502. n. 21. igitur diſpoſitio dictæ exemptionis militiæ Alcantarenſi, conceſſa, eiuſq; ordinis ceſſare iam debet, cum eius milites ſint vxorati, & bona propria in proprietate, & dominio vxoribuſq;, communia poſsideat, quæ quidem cauſa ſuperuenit poſt conceſſa dicta priuilegia, quæ eorum tempore non extiterat.

Quod etiam tertio confirma-
15 tur, quia licet priuilegia ſint latè interpretanda, id venit intelligẽdum contra concedentem, non autem contra tertium. Pariſius, in l.1.ff.de legat.2.n.2.&3. quem citat dominus Beltran de Gueuara vbi ſupra n.38.& n.39. Corroborat ſuam reſolutionem, ex eo quod conſuetudo eſt optima le-
16 gũ interpres l. ſi de interpretatione.ff.de legibus.ibi. *Si de interpretatione leges quæratur in primis inſpiciendum eſt quo iure ciuitas, retro in eius modi caſibus, vſa fuiſſet optima enim eſt interpres legum conſuetudo*, quia vt adnotat Antonius Faber in rationali ad hunc teſtum, quãuis conſuetudo lex ſit non ſcripta nihil intereſt, nec vetat ipſamet lex, eius interpretationem eſſe non ſcriptam, nec repugnat dubium itaq; extat an hæc priuilegia

legia extenſionem habeant ad pa trimonialia bona, at vero conſuetudo, Epiſcopatus Abulenſis, de quo dominus Epiſcopus, iam citatus agebat, & eius conſuetudo vſq; adhuc, non admiſsit exéptionem non decimandi, in bonis patrimonialibus ordinis, de Calatraua, neq; de Alcátara, vel aliorũ militarium ordinuũ igitur nõ debet fieri ad ea extenſio.

17 Deniq; obſtat quarto aliud vrgentiſsimum fundamentum prædicto militari Alcantarenſi ordini, quia non eſt derogatus expreſſe in Bullis Martini Quinti, Leonis Decimi, & Clementis VII. conceſsis dicto ordini, textus in cap. nuper de decimis, & eius diſpoſitio, & requirebatur in indiuiduo, & ſpecie derogatio dicti Concilij, vt eſt dictum mirabile Archidiaconi in cap. 1. de conſt. lib. 6. quem ſequitur Felinus in cap. nonnulli n. 2. de reſcriptis Romanus conſ. 436. n. 2. ver. ſexta. Et ibi Mandoſius Retius, in Rub. de cõſtitutionibus, 2. lectura, & ita iudicatum fuiſſe, in vna cauſa decimarum, à Rota Romana diuerſorum, 1. p. deciſs. 122. affirmat Dominus præfatus Archiepiſco-

18 pus, in d. allegatione, alios plures, & plura adducens, n. 42. id neruoſe defendẽs ea potiſsimum ratione, quia regulare eſt, in quacumq; diſpoſitione habente clauſulam derogatoriam ad futura eſſe neceſſariam, ſpecificam derogationem, l. ſiquis in principio. ff. de legat. 1. DD. in cap. vnico de exceſsibus Prælatorum. lib. 6, Couarribias in rub. de teſta. 2. p. n. 19. ver. ſecundo infertur, ad finem; & ver. tertio diſputationis diſcrimen, at vero prædicta derogatio non adeſt in prædictis Bullis textus ſcilicet in dicto cap. nuper de decimis, cuiuſquidem deciſsio obſtat dictis militibus, & ordini de Alcantara, cũ implurimũ, vel acquirũt poſsidẽt, ante vel poſt ſuſceptum habitum ſui ordinis bona patrimonialia, quæ antea erant decimalia ergo tranſeunt cum ſuo onere, & obligatione decimandi tunc maximè, quia deciſsio Concilij generalis, debet ſpecifice derogari, vt agẽs de Concilio Tridentino affirmat

19 Cartozius; in regul. cum quid prohibetur de regulis iuris lib. 6. ampliatione. 1. & limitatione. 1. n. 6. & de actu confirmato quod non tollatur; niſi de eo fiat mentio, reſoluit Antonius de Butrio in cap. conſtitutus n. 22. ver. & nõ ſufficit de reſcriptis Pariſ. conſ. 140. n. 4. lib. 4. Riminaldus conſ. 73. n. 29. lib. 1.

20 Quinto ſufragatur prædictis, quia præfactæ Bullæ, faciunt in in magnum præiudicium Eccleſiarum, & ſic etiam ſi comprehenderent exemptionem, de nõ decimando in patrimonialibus non deberent obſeruari, per textum in cap. ſuggeſtum de decimis,

mis, & in capit. quid pernouale. de verbor. ſignificat, vbi adhotant Doctores. Panormit. in cap. penult. 2. notabili de Clericis nõ reſidentibus. Oldrad. conſ. 268. Couar. lib. 2. variar. cap. 17. à n. 6. Rolãdus à Valle conſ. 1. n. 162. & 163. & 170. lib. 2. l. 43. tit. 18. p. 3. l. 4. ad finem, l. 5. tit. 20. p. 1. Peralta in l. ſi quis, in principio n 22. ff. de legat. 1. verſ. præmiſsis.

Sexto deniq; priuilegium de
21 non decimando, non extenditur ad magnas poſſeſsiones in vna parrochia adquiſitas, de quibus antea parrochialis decima ſoluebatur, ne illi fiat inorme præiudicium. Cardinalis in Clement. 1. q. 18. de cẽſibus. Paulus de Caſtro in l. ex facto, n. 5. de vulgari, & pupilari, quos ſequitur Rota Romana diuerſorum, ſecunda part. deciſsion. n. 16. at vero ſæpe euenit prædia, vel animalia ex quorum fœtu debet, decimas prædicti militis, eſſe magni valoris, igitur admiti non debet prædicta immunitas grauans magnopere Eccleſias, & earum miniſtros, qui altari ſeruiunt. Vt conſiderat præfatus dominus Archiepiſcopus in dicta allegatione n. 54. alia quam plura referens & plures ſententias, & executo-
22 tias earum, contra quoſdam milites ordinis de Alcantara, Calatraua, & diui Iacobi, & Ioannis, & quandam Rotæ deciſsionem, cuius tenor talis eſt, vt ipſe refert.

23 In vna placentina decimarum coram Serafino ſecundo Februarij. 1582. *Inter capitulum Eccleſiæ Placentinæ, & Comitem de Medellin equitem ordinis de Alcantara, fuit reſolutum bona patrimonialia militum de Alcantara, aliunde quam à militia prouenientia, non eſſe exempta, vigore priuilegiorum de Alcantara a præſtatione decimarum, cum enim hic agatur de præiudicio tercij priuilegia ſtricte ſunt intelligenda cap. ex tuarum de autoritate, & vſu palij, & in priuilegis non plus operantur verba, quam quæ ipſa ſonant cap. porro de priuilegijs. Alexander conſ. 86. n. 2. ver. ſed neque obſtat lib. 1. Præterea priuilegium cum ſit communicatum nihil tribuere poteſt*
24 *plusquam continetur in communicato, quod indubitatum eſt non comprehendere, bona patrimonialia, quæ non habent Ciſtercienſes Monachi, ſed relionis tantum, ex doctrina Pariſij, conſ.*
25 *22. num. 5. lib. 4.* Ex dictis obſtat, quod rederetur inutile reſpectu militum, qui carent cõmendis, quia inquit prædictus dominus Epiſcopus, hoc non ſubſtinere, quia plura continentur in priui-
26 legijs, quibus gaudent omnes in diſtincte, veluti ſunt indulgentiæ exemptiones, & ſimilia: arguit etiam ab autoritate plurium ſententiarum, quæ faciunt rem notoriam, cum ſint exempla tantorũ virorum maximæ autoritatis, ex textu in. §, 1. de codicilis. Et quod
27 ſententiæ Rotæ Romanæ magnæ ſint autoritatis, & communi

Doctorum

Doctorum ſentẽtiæ æquiualeãt, & vim communis opinionis habeant, colligitur ex doctrina Ioãnis de Immola, in cap. olim el 1. de litis conteſtatione, quod cõprobat alijs autoritatibus. Eas verò ſummatim deduxi propter eius Autoris eminentem grauitatem, & quia cum ſint in dicta iuris informatione manu ſcripta congruens, & vtile erit ad cuiuſcumq; ſiue iudicis, vel Aduocati manus peruenire, quæ non parum dificilem reddunt cauſæ determinationem, & pro parte Eccleſiarum Cathedralium vrgent, neruoſè, quæ ſubſiſtunt, neq; inferiora ſunt.

28 *FVNDAMENTA PARtis affirmatiuæ in propoſita quæſtione.*

PRæmitendum eſt dubiũ magnum, & nõ parum controuer- 29
ſum eſſe inter ſcribentes, an milites Ordinis Diui Iacobi, & Calatrauæ, & Alcantaræ ſint Religioſi, vel non more ſolito. Nauarrus, & Sarmiento cõtendunt, & iniurioſe vnus aduerſus alium hanc quæſtionẽ tractat. Nauar. igitur in tractatu de reditibus, q. 1. n. 55. & q. 3. n. 27. & 29. & cõſ. 21. lib. 3. ſub titulo de regulari-
30 bus reſoluit verè Religioſos eſſe dictos milites. Sarmiẽto autem in defenſione, monitorio, 55. & 56. contrarium validis profecto fundamentis reſoluit, vterq; pro
31 ſe habet iura, & autores, quos retulit Bobadilla lib. ſecundo, cap. 19. ex n. 10. neq; reſoluit quæſtionem, licet plura, & plures autores citet, Greg. Lopez in l. 1. titulo 7. p. 1. Gloſſa verbo milites, cõ
32 cludit hunc eſſe caſum, qui requirit Sũmi Romani Pontificis declarationem, interim tamen quod nõ eam habeamus, fas erit cuilibet in iudicando, & conſulẽdo alterutram, quam magis ei maluerit, reſolutionem ſequi. Excludendo iniurioſa verba, qui-
33 bus inuicẽ excandeſcunt Nauar. & Sarmiẽto, interim tamẽ, quod non habeamus Pontificiã declarationẽ, ſequor opinionem Franciſci Sarmiento, quã plures à Bobadilla relati ſequuntur, inter eos quos loco citato ipſe citat, eſt
34 Laſſarte de Gabellis, cap. 19. n. 22. cui reſolutioni lib. incius adhereo ex adductis, doctéq; profecto conſideratis à doctiſsimo viro Thoma Sãchez, de matrimonio, lib. 7. diſput. 44. n. 8. contra Manuel Rodriguez, qui iniuſtè carpit cõtra eum in hoc puncto, opinantes nulla fere ratione redita, ſed tantum Nauarr. re-
35 ferens in Summa 2. q. capit. 7. n. 2. Et Gironda eodem tractatu, ſeptima parte in principio n. 47. ait magis communem, vt in-
36 ter ſæculares numerentur, & nihilominus in criminalibus iudicibus ſuis remittendos con-

cordant omnes à Bobadilla relati n.11.vbiſupra, eſt igitur quo vtuntur modus viuendi, quẽ obſeruant, ab Apoſtolica Sede approbatus, & ex hoc non dicuntur habere regulam Religionis, quia regulares verè ſunt, qui emittunt tria vota ſubſtantialia, alij vero licèt aliqua promittant, nõ dicũtur habere regulam, ſed potius, quemadmodum viuendi, licet ille modus approbatus à Papa, ſic ex diuo Thom. adducit Sarmiẽto vbi ſupra. dict. monitorio.56 dixi remittendos eſſe in criminalibus dictos milites ſuis iudicibus, vidi tamen quendam nobilem militem de la Encomienda y habito de Chriſto capite truncatum propter crimen leſſæ Maieſtatis, iudicibus ſecularibus exiſtẽtibus dictis, & pijs viris in prima & ſecunda inſtantia eiuſdem cauſæ. Viſa vero concordia, & priuilegijs euiuſcumq; Militaris ordinis, iudex, qui fuerit, iudicet, & partes quorum interſt, de iure, & iuſtitia agant. Nec conſtituo certam reſolutionem, cum ad præſens de re nõ liqueat, nec commodè conſtare poteſt, niſi
38 priuilegia, & Bullas cuiuſcumq; ordinis militaris legas, & intelligas, cauſæque, quæ in his declinatorijs fori ſæcularis cõtrouertitur, plerumq;, ſe lleua por via de fuerça al Audiencia, de la que hazen los Conſeruadores, que de ordinario ſe nombran, quando algun graue caſo ſe ofrece, requirit. Itaq; Sedis Apoſtolicæ declarationem hæc quæſtio.

39 Eſt igitur ordo militiæ de Alcãtara priuilegiatus, ne ſoluat decimas, & hoc priuilegium eſſe intelligendum, etiam de bonis patrimonialibus cuiuſcumq; militis dicti ordinis, probatur ex ſequentibus.

Primo, ex Bullis Martini Quinti, Leonis Decimi, & Clementis Septimi, præcipuè quidem ex tenore Bullæ Leonis Decimi ad ſupplicationem Caroli Quinti Imperatoris, & Hiſpaniarum Regis, ibi. *Necnon ſingulas perſonas dicti Ordinis, tam præſentes, quã futuras pro tempore exiſtẽtes à præſtatatione decimarũ, tã de poſſeſsionibus habitis ante, & poſt Conciliũ ante dictum, quam ex tunc de cætero habendis, tã de nobalibus, quã aliâs, & quomodocumque excolerentur, nec non de hortis virgulis, & piſcationibus ſuis, ac de eorum animalium nutrimentis, ſinguli ipſorum omnino ſeruarentur immunes, nec non omnia monaſteria vbilibet exiſtentia, ſingulaſque perſonas ordinis huiuſmodi a præſtatione decimarum.* Et infra. *Et etiam de illis poſſeſsionibus, de quibus aliquis eatenus decimas perceperat.* Hæc fuit Bulla Summi Pontificis Martini Quinti fælicis recordationis, quam inſeruit Leo Decimus Pontifex Sanctiſsimus in alia, & priuilegio ordini Alcãtereñ cõceſſo (de quo, & non

& non de alio loquitur) ad ſupplicationem Imperatoris, & Re-
40 gis Caroli V. vt ſupra dixi. Itaq; vbi habemus caſum legis nulla dubitatio oriri poteſt, neq; diſputatio ex l. ancillarum, C. de furtis, cum ſimilibus.

Secundò, prædictum fundamentũ magis corroboratur, quia
41 tẽpore prædictarum conceſsionum Martini Quinti, Leonis Decimi, & Clementis Septimi, eſt certiſsimum, fuiſſe cõmendatarios habẽtes comẽdas dicti militaris ordinis Alcãtarenſis, & prætereа fratres, qui vulgo dicuntur Freiles, conuentualiter, vel extra conuentum viuẽtes, deinde milites, que ſon los Caualleros del habito ſin encomiendas de la orden, de quibus eſt noſter ſermo, & de cõmendatarijs, etiã quoad bona patrimonialia ipſorum, & ab eis poſſeſſa extra cõmendas, de his autem bonis patrimonialibus, quæ conſtiterat Romanis Pontificibus poſsidere, nulla fit mentio, hoc eſt, in dictis priuilegijs, non adijcitur de eis debere decimare, igitur immunes
42 ſunt, à dicta præſtatione decimarum; etiam quoad patrimonialia bona, eſt enim generalis ratio dicti priuilegij, & Bullæ Martini, & Leonis, ibi. *Necnon ſingulas perſonas dicti ordinis*. Et ibi. *Singuli ipſorum omnino ſeruarentur immunes*.
43 At verò ſi lex contineat rationẽ generalem, etiam ſi deciſsio particularis eſſet, tunc ratio ipſa generalis l. eſt, & deciſsio pro exẽplo habetur, vt dicit cõmunẽ Minchaca de ſubceſsion. creat. §. 12. n. 85. Ioan. Gutier. de iuram. cõfirmat. 3. p. cap. 2. n. 8. & in practicis. lib. 2. cap. 65. n. 4. faciuntq; vulgaria iura, lex namq; 1. § generaliter. ff. de legat. præſtandis, cum lege de pretio. ff. de Publiciana, & alibi ſæpe, itaq; euidẽs & notorium erat, tã partibus ſupplicantibus, quam ipſis Dñis Romanis Pontificibus, hos milites habere poſſe, & poſsidere bona patrimonialia. Quod ſi inſtes, & replices cum adductis pro prima parte negatiua, illis namq; tẽporibus nõ poſſe vxores ducere, & ſuo ordini adquirere, quãdo eis cõceſſa ſunt priuilegia prædicta, poſtea verò diuerſum tẽpus eſſe, atq; ideo mutatione ſtatus diuerſum ius conſtituendum. Satis ſit
44 huic argumẽto reſpõdẽdo, quod etſi à Paul. III. poſtea fuerit conceſſa dicta teſtãdi licẽtia fuit, vt obediẽtiarijs, & inſeruiẽtibus ordini, & Chriſtianæ Religioni, ac propterea nõ eſt cenſendũ derogatũ fuiſſe, & reſtrictũ dictum priuilegiũ de decimis nõ ſoluendis, cũ illud poſsit cõcedere Ro. Põtif. vt latè probauimus ſupra §. 3. huius cap., ex Gloſ. in cap. à nobis de decimis, vbi DD. cõmuniter ſignanter. Abbas, nu. 4. & communi Doctorum ſententia, à Socino relata, conſilio, 297. n. 5.

n.5. volum.2. Couarr. lib.2. variar. cap.17.n.9. Didac.Perez, & ab eo relati in l. 1. tit. 5. ordinamenti, colum. 206.

Faciuntq; optimè lex 2. & 23. tit. 20. part. 1. ibi otro ſi las ordenes, ſino fueren eſcuſadas del Papa.

Tertia, quia dicta priuilegia ſunt probationes probatæ, neq;
45 illa alia eſt neceſſaria, cap. accédétibus de priuilegijs, ibi, quod ſi in probatione defecerint. Abbas in cap. porro 1. notabili eodé tit. Gregor. Lopez in l.42. tit. 18.p.3. Gloſſa 1. ad finem. Ioannes Garcia, de nobilit. Gloſſa 6. n.38. verbo. vnde in priuilegio
46 quarto, nõ oberit, textus in cap. commiſſum de decimis, vbi priuilegium de non decimando decidit Romanus Pontifex non extendi ad noualia, quia intelligitur in priuilegio odioſo, non auté in fauorabili, prout eſt, iſtud, de quo agimus, quia Ordini fuit conceſſum, vt oſtédit Henrricus Bo, hic in cap. ex parte el tercero de decimis, n.1. & 2.

Neq; etiam obſtat cap. nuper
47 de decimis, qui eſt magnus Achiles pro defenſione aduerſæ partis, quia eius deciſsio quoad ordinem de Alcantara extat reuocata, per Bullam Leonis Decimi iam præcitata, ibi. *Tam de poſſeſſionibus habitis ante, & poſt Concilium antedictum, quàm ex tunc de cætero habendis, & tam de noualibus, quàm aliàs, & quomodocumque excolerentur, vel ſinguli ipſorum, omninò ſeruarentur immunes.* Et ſi conſtat Romanos Põtifices derogaſſe prædictæ deciſsioni, cap. nuper de decimis, & ſeruandus eſt tenor prædicti priuilegij de non decimando iuxta capit. quamuis de decimis, cum alijs bonis fundamentis, quæ in alio propoſito, & in alio ſimili Societatis Ieſu priuilegio adducit. Ioánes Gutierrez conſ.5.n.17. & ſequentibus. Tum etiam quia Lateranenſe Concilium, de quo deſumptus fuit textus in d.cap. nuper de decimis, fuit anno Dñi 1255. ſub Innocentio III. & priuilegia, quæ antea fuerunt conceſſa, reſtricta ſunt ad poſſeſsiones, et prædia illius temporis, nõ verò fuit facta extéſio reuocationis ad ea, quæ poſtea fuerũt cóceſſa, prout ſunt ordini de Alcátara, qui multo poſt Concilium Lateranenſe fuit priuilegiatus circa decimarũ exéptioné ſub Martino V. Leone X. & Clem. VII. in quorũ pri-
48 uilegijs non eſſet neceſſarium, facere mentionem, de iure communi ad ſuam derogationem in hac priuilegiorum materia, de qua agimus, ex doctrina Alexandri conſ.195. num. 12. lib.2. Gutierrez dicto conſilio quinto nu.17. Atq; ita intelligit Abbas in dicto capit. nuper tertio notabili, quod ſi aliàs eſſet iudicandum, fruſtrarétur ſine dubio priuilegia

priuilegia omnia mendicantibus poſtea cõceſſa, circa decimas nõ ſoluendas, quod eſſet abſurdum.

49 Res namq; quæ peruenit, ad manus, exẽpti regulariter debẽt gaudere priuilegio exemptionis textus, vbi Gloſſa in cap. 1. de iu re patronatus, lib. 6. vbi; Si patronus laicus dat ſuum patronatum Eccleſiæ, eſt cenſenda Eccleſia, vt patronus Eccleſiaſticus, & non laicus, nam mutatione perſonæ mutatur qualitas rei, l. lici-
50 tatio. §. fi. ff. de publicanis. Boerius, q. 180. in fin. & q. 113. Menochius conſ. 322. n. 17. volum. 4. Et nouiſsimè Ceballos 4. to. q. 899. n. 27. Itaq; iá ex ſupradictis colliges, hodie non extare effectum deciſsionis textus, in d. cap. nuper de decimis, quoad ordines
51 Mendicantes, qui tunc non fuerant fundati, neq; eorum Religiones erectæ, & pari modo quoad ordinem Militarem de Alcantara propter dictam reſtrictionem illius textus, & doctrina allegata à Gutierrez, vbi ſupra d. conſ. 5. n. 17. De quo ſolum, & non de alijs militaribus, ego quia aliorum ordinum priuilegia, & exemptiones nõ vidi, & propterea debẽt intacta ſine præiudio partiũ eſſe, vt ſtatim dicá. Plura alia referre poſſem deducta ex iuris allegationib9, quas vidi, & legi exhibitas in cauſa Comitis de Lódoſa, & Moſſem Rubi de Bracamõte, militum de Calatraua, à Licentiato Gracian Falconi Relatore cõcilij ordinis, & poſtea in Galleco Senatu Auditore; ſed hæc ſufficiát, ne labores alienos accedamus ad noſtram prouintiá, & concluſionem, eſt igitur, poſt dictas iuris allegationes, & d. Bulla SS Clemẽti: Papæ VIII. fælicis recordationis, & poſtea ſeruari præceptum eſt à Sanctiſſimo D. Paulo Papa V. nunc fæliciter ſacroſánctam Matrem noſtram Romanam Eccleſiam gubernante, quæ ad noſtræ rei propoſitum expedit, & ideo eius tenorem referre libuit, vt verá reſolutionem conſtituamus.

P*AVLVS Papa V. Ad futurã rei memoriam prouiſionis noſtræ debet prouenire ſubſidio, vt ius ſuum cuique conſeruetur, hinc eſt, quod nos tenorem quarundam litterarum fælicis recordationis Clementis Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, in forma breuis in regiſtro ipſius prædeceſſoris repertum, pro eo quod ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Vniuerſitatis, Regnorum Caſtellæ, & Legionis, petitio continebat, ipſi huiuſmodi tenore ex certis cauſis, ſe aſſeruerunt, condignè ex Regiſtro de verbo ad verbũ trãſcribi, & ad ipſorum Vniuerſitatis, & Cleri inſtantium præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt, videlicet.*

D*ILECTO filio noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in Hiſpaniarum Nuncio, Clemens Papa Octauus noſtram ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem,*

*benedictionem, exponi nobis nuper fecerunt, dilecti filij Vniuerſitatis Cleri Regnorũ Caſtellæ, & Legionis, quod cum Eccleſiæ dictorũ Regnorum præcipuè in decimis, fructibus terrarum à fidelibus oblatis, fundatæ, & dotatæ ſint, ſi illis aliqua via priuarentur, ſine dote remanerent, diuinus defecerit cultus, & dictarum Eccleſiarum miniſtri, Epiſcopi, & Dignitates, Canonici, & alij Beneficiati, vnde ſe ſuſtentare poſſent, non habebant, & quia quàm plures milites militiarum Sãcti Iacobi de Spata, & Alcantaræ, prætextu priuilegiorum, præfactis militijs conceſſorum, à ſolutione dictarum decimarum, de ſuis bonis patrimonialibus, ſe exemptos eſſe prætendunt, lites, & cauſæ ſuper his motæ iam ſunt, & in poſterum aliæ moueri poſſunt: & licet nos per alias noſtras in ſimili forma Breuis expeditas litteras chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo III. Hiſpaniarum Regi Catholico, facultatem, amicabiliter concordandi lites, & differentias inter perſonas Eccleſiaſticas, & militares militiarum præfatarum, conceſerimus, dicta tamẽ facultas non extenditur ad lites, & differentias ſuper decimis ex bonis patrimonialibus prouenientibus, ſed dumtaxa, ſuper decimis, & cõmodis, vel alijs bonis, intuitu ipſarum militiarũ, prout in litteris præfactis contineri dicitur. Cum autem ſicut dicta expoſitio ſubiungebat, licet aliqui venerabiles fratres, Epiſcopi, & dilecti filij eorũ, officiales, in cauſis huiuſmodi, procedere voluerint, tamen milites prædicti eo prætextu, quod dicti Epiſcopi, ſeu officiales in decimis præfactis intereſſe habent, eos recuſarunt, & recuſant, ac proceſſum, cauſarum huiuſmodi impedire conãtur. Præterea vniuerſitas Cleri, Regnorum prædictorum, aſſerentes, expediẽs admodum fore, cauſas huiuſmodi, quamprimum terminari, nobis humiliter ſupplicari fecerũt, quatenus eis in præmiſſis de opportuno iuris remedio prouidere: de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur iuſtitiam vnicuiq; adminiſtrari, ac diſputationes huiuſmodi ſuper iuriſdictione tollere volentes, cauſamque, & cauſas coram præfactis ordinarijs, ac alijs iudicibus pendentes ad nos harum ſerie auocantes, earumque ſtatum, & merita præſentibus pro ſufficienter expreſſis, habentes, ac ſingulares perſonas Vniuerſitatis Cleri præfacti, à quibuſuis excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, ab iure, vel homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium, dumtaxa conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes huiuſmodi ſuppicationibus inclinati, diſcretioni tuæ, per præſentes cõmittimus, & mandamus, quatenus vocatis ad id, quæ fuerint vocandi, cauſam, & cauſas, quam, & quas exponẽtes præfacti habent, & monẽt, habereq; & mouere volunt, & intendunt contra militias hucuſmodi, illarumq; ſingulares perſonas, tam coniunctim, quã diuiſim, de, & ſuper decimis, de bonis*

Patri-

*Patrimonialibus, ac prætenſa exemptione huiuſmodi, de rebuſq; alijs in actis, & cauſa, & cauſarum huiuſmodi latius deductis, & deducendis, ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſola veritate facti inſpecta autoritate noſtra audias, cognoſcas, fineq; debito termines, & decidas. Nos enim tibi, dictos aduerſarios, omneſque alios, quos opus fuerit etiã per adictum pluriũ, conſtituto ſummariè, & extraiudicialiter de non tuto acceſſu citandi eis, ac quibus quando, & quoties opus fuerit, etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & alijs etiam pecuniarijs pœnis, arbitrio tuo imponendis, inhibentes, dictoſq; exponẽtes, in poſſeſſione, vel quaſi, percipiendi huiusmodi decimas, & ex bonis præfactorum militum, peout iuris fuerit lite huiusmodi pendente, manutenendum, tuendum, & defendendum, cæteraque in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & opportuna faciendam, dicendum, gerendum, & exequendum, plenam, & liberam Apoſtolica autoritate, concedimus facultatem, non obſtantibus fælicis recordationis Bonifacij, Papæ Octaui Prædeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij Generalis de duabus dictis, ac alijs conſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datis Romæ ſub anulo Peſcatoris, die decima ſeptima Iunij milleſimo ſexcenteſimo ſecundo, Pontificatus noſtri anno vndecimo. Petrus Raguſinus.*

Cæterum vt earumdem litterarum tenor præſentibus ſit inſertus, omnimodam rei ſeu facti certitudinem faciat Apoſtolica autoritate decernimus, vt illud idẽ robur eandem vim, eundemq; vigorem, dictus tenor habeat, quẽ haberent originales litteræ, ſupradictæ, & eadem prorſus eidẽ tenori fides adhibeatur, quandocumq;, & vbicumq;, ſiue in iudicio, ſiue alibi, vbi fuerit exhibitus, vel oſtenſus, ac eidem tenori, firmiter ſtandum, in omnibus, & per omnia ſicut eiſdem originalibus, litteris, ſtaretur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, per hoc autẽ nullum ius de nouo cuiq;, acquiri volumus, ſed antiquum conſeruari tantummodo. Datis Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, die ſeptima Ianuarij, milleſimo ſexcenteſimo, vndecimo, Pontificatus noſtri anno ſexto Alexander Ruſpoli.

54 Ex hac Bulla, ſiue Apoſtolico reſcripto habes, iam eſſe cauſas ordinum militarium, ſancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ auocatas, à ſanctiſsimo domino Romano Pontifice, quo ad decimarum exemptionem, ſiue agendo, ſiue excipiendo & eo ipſo, quod Summus Pontifex eas commiſſerit, ſuo nuncio, etiam ſi eas expreſſe non auocauerit auocatæ eſſe cẽſentur, ab ordinarijs cap. cæterum, vbi Doctores cap. paſtoralis, cap. cum contingat de reſcriptis, Rebuf. 1. tomo, ad leges Gallicas tractatu, de euocationibus in præfatione, n. 17. Couar. in

55 practicis cap. 9. in principio, & acta facta poſt euocationem, & eius intimationem, ſunt ipſo iure nulla, textus celebris in cap. vt noſtrum 52. de appellationibus, vbi Romanus Pontifex ponderat for-
56 tioré, & efficatiorem eſſe actum euocationis dictæ, quam prouocationis à parte interpoſitæ, & magis attentata erunt, quæ poſt hanc euocationem fiunt, quam eaquæ pendente appellatione, vel relatione geruntur, ex Bald. Præpoſito, & Decio poſt deciſsionem. 480. Capella Tholoſane reſoluit Lancelotus de attentatis. 2. p. cap. 10. n. 1. nec etiam Iudices ordinarij Eccleſiaſtici, ſeu alij quilibet poterunt, etiam de partium litigantium conſenſu, procedere in dictis cauſis decimalibus, de quibus in prædicto Breui Apoſtolico, ex cauſa impedimenti iu-
57 riſdictionis, quod ſecum trahit euocatio à Papa facta, vt reſoluit Aufredus d. deciſs. 480. verbo, plus operatur, quod poterit facere relatione pendente. Ita Lancelotus vbi ſupra n. 3.

Deniq; auocatione cauſæ facta à Papa, & cõmiſſa alicui, ſiue motu proprio, ſiue ad inſtantiã partis operatur, vt alij iudices, ſiue ordinarij, ſiue delegati, nulliter procedant, maximè ſi cõmiſſio eſt cum auocatione, vt facta fuit in caſu, de quo agimus, vt ex Dominico de Sãcto Geminiano, conſ. 47. reſoluit, ſupradictis, aliiſq; non citatis. Cardinalis Tuſchus ſub littera A. concluſ. 562. num. 1. & 2.

58 Ad reſolutionem tamen quæſtionis principalis accedendo, à qua degreſsi ſumus; An ſcilicet, ex bonis Patrimonialibus commendatarij, & milites incliti ordinis de Alcantara debeant ſoluere Eccleſiæ decimas? Ne tamen aliquid, quod ad rẽ attineat, ommitamus, eſt ſupponendum; In libro conſtitutionum eiuſdẽ ordinis, eſſe quoddam capitulum fo. 203. cuius verba ſunt. *Declaramos la Orden, y perſonas della ſer libres, y exemptas de pagar diezmos, de quales quier bienes, que tengan, y poſſean, an ſi dela Orden, como ſuyos propios, y de las tierras rompidas, y nouales, adquiridas, y por adquirir*: & infra, *aunq̃ delos tales bienes, y poſſeſsiones se digã, y alegue, que en algun tiẽpo se an pagado, &c.*

Quid dicendum in hac ardua, & difficili quæſtione quàm cogitãdã relinquere propoſui, cum indigeat Summi Romani Pontificis declaratione, quam vt iudex ex Bulla ſuperius relata, etiam ſi magnopere inſtantiam fecerint, capitula Eccleſiarum Caſtellæ, & Legionis ſua Sanctitas non declarauit, ſed potius auditis, & vocatis partibꝰ quæſtiones, & lites, quæ in hoc occurrerint, ſuo nuntio commiſsit, iudicialiter termi-
59 nandas. Et quod magis notãdum eſt, Sãctiſsimum Dominum Paulum

lum Quintum, vltima & illa verba, *Conſulto appoſuiſſet. Per hoc autem, nullum ius de nouo cuiq; acquiri volumus ſed antiquum conſeruari tantummodo.* Et cum lites quotidie oriantur, ne dubius dubiæ quæſtionis cauſam referam, eiuſq; reſolutionem omittam, id ſequutus, quod in exordio huius operis promiſsi.

60 Veriſsima, & tenẽda meo iudicio reſolutio erit, que en los Obiſpados, y Arçobiſpados, adõde por los priuilegios de la ordẽ de Alcantara, los Caualleros della eſtan en poſſeſsion de no dezmar delos bienes patrimoniales, que poſſeen, aſsi de Mayorazgos como otros qualeſquiera, ſe les deue guardar eſta poſſeſsion, y conſeruarles en ella, y en ſu priuilegio, y exempcion aſsi en el juyzio de la poſſeſsion, como en el de la propriedad, aunque no lo ayan litigado ſino otros de ſu orden. Y por el conſiguiente a donde ſin embargo delos dichos priuilegios, y Bullas deſu exempcion an dezmado de los dichos bienes patrimoniales, y ſus frutos deuen ſer compelidos a ello, no ſolo los que vuieren ſido vencidos, y por ſentencias, de que ſe ayan dado executorias, pero todos los demas, aunque no ayã litigado.

61 Hæc concluſio, quod attinet ad partem negatiuam, hoc eſt, in fauorẽ Eccleſiarum, vt de eis prius agamus, comprobatur ex cap. ſi de terra, 6. de priuilegijs, vbi priuilegium ordinis Ciſterſienſis (ſub cuius regulâ militat ordo Alcantaræ, & Calatrauæ) de non ſoluẽdis decimis eſt præſcriptum per Canonicos, de quibus ibi. Quia monachi Sancti Andræe dicti ordinis, non obſtãte dicto priuilegio, ſoluerunt decimas dictis Canonicis, eſt etiam textus in l. 5. tit. 20. p. 1. vnde etiam ſi expreſſa fuiſſet exemptio de non decimando de bonis patrimonialibus, milites, qui eam prætenderunt, & eorum priuilegium non fuit admiſſum, compeli poſſunt decimare, non ſolum ſuccumbentes in lite, ſed etiam. Alij quilibet eiuſdem or-
62 dinis, cuius textus reſolutionem ponderat Dominus Archiepiſcopus Compoſtellanus, in d. allegatione, n. 50. quod ſi replices, id cæteris non præiudicare, quia ordini conceſſa, ex capit. ſi diligenti, de foro competenti, cum vulgaribus, & quod prædicta conde-
63 natio potius ſit cenſenda ex contumacia, quam propter malam cauſam, l. qui repudiantis in fin. l. Papinianus, §. meminiſſe. ff. de inofficioſo teſt. l. ſi ideo, ff. de euictionibus. Abbas in capit. in cauſis poſt numerũ quintum de re iudicata. Alciat. libr. 3. præſumptionum, regula 3. præſumptione 22. Tyraquelus in tractatu, ceſſante cauſa, 1. p. n. 63. Se-

raphinus

raphinus in tractatu de priui. iuramenti, priuilegi. 147. n. 7. quæ quidem eſt ordinaria allegatio, quam adducunt defendentes, milites, qui de nouo litigant, cum alijs eiuſdē ordinis fuerint victi.

64 Facilis tamen eſt reſponſio, cum in noſtro caſu agatur de priuilegio de non decimãdo, quod eſt lex priuata iudicabitur, eque dem vt lex publica, vt communis, quæ ſi non fuerit recepta, nō obligat, neq; erit maioris valoris, cum igitur lex communis vſu non recipiatur, non obtinet firmitatem, ex adductis poſt alios, à Couar. lib. 2. variarum. cap. 16 n. 6. verſi. 5. Rolandus à Valle, conſil. 99. n. 6. li. 2. Gregor. Lopez in l. 16. Gloſſa, el pueblo, ti. 1. p. 1. Ioannes Gutierez alios referens, de iuramento, cap. 38. lib. 1. n. 9. vbi quid de ſtatutis, & eſt textus in cap. de illis. §. leges 4. diſtinctione.

Et hoc inſinuat prædictum A
65 poſtolicum reſcriptum, quod retulimus, dum Summus Roman. Pontifex ad petitionem Eccleſiarum in hac cauſa prouidēs inquit. *Dictoſq; exponentes in poſſeſſione, vel quaſi percipiendi decimas, ex bonis præfactorum militum, prout iuris fuerit (lite huiuſmodi pendēte) manu tenendum, tuendum, & defendendum*, ex quo colliges approbatã eſſe poſſeſsionem Eccleſiarum, quoad decimas percipiendas ex bonis patrimonialibus prædicto rum militum, cum eiuſmet poſſeſsionis manutenentiam ſua Sãctitas comittat.

66 Altera vero prima concluſionis prædicti pars, videlicet in fauorem militum, ordinis de Alcãtara, vt ſint defendendi in poſſeſſione, de no dezmar delos bienes de mayorazgo, y otros patrimoniales, que poſſeen, en los Obiſpados, à donde no an haſta agora dezmado los caualleros de la dicha orden. Comprobatur exeo, quod quando eſſet dubium, como enefeto lo eſtan las palabras de las dichas Bulas, ſobre ſi ſe eſtienden a los diezmos de los dichos bienes patrimoniales, verba dubia priuilegiorũ per vſum interpretantur, cap. cum dilecti de conſuetudine tradit Curcius
67 Iunior conſ. 111. n. 28. vbi inquit priuilegium intelligi ſecundum vſum tradũt Doctores in d. cap. cum dilecti, & in cap. finali de conſuetudine, & in cap. cum finali de cõſuetudine, & in cap. cum dilecto de conſangui. & in affinitate, cum alijs, de quibus per Socinum cõſ. 84. num. 15. lib. 1. Burgos de Paz conſ. 15. n. 22. & conſ. 23. n. 5. & in l. 1. Tauri. n. 215. Cephalus conſ. 96. n. 12. Ioãnes Garcia in allegatione iuris, por Mo-
68 ſem Rubi cauallero de la orden de Calatraua, & facit lex 4. ti. 33. p. 7. ibi, *O coſtumbre antigua, que vuieſſen ſiēpre vſado, los hombres, de las aſsi entender, eſſo miſmo dezimos*

de

*delos priuilegios, è de las cartas de el Rey.*

69 Ex quibus notabiliter infero, in hoc Regno del Piru eſſe tuendos milites de Alcantara in poſſeſsione, & conſuetudine, quam habent de no dezmar de los bienes patrimoniales, ni delas encomiendas, que tienen de Indios, y brutos de los generos, que les pagan de ſus tributos, que aca ſe llaman ſpetioſa.

Qua quidé conſuetudine vſi ſunt, & in eius poſſeſsione fuerunt ab hinc decem & viginti annis, omnes prædicti milites, quos cuia cognoui omnes referam, & imprimis quidem excellentiſsimus Dominus, ac Dominus meus el Señor don Pedro de Caſtro

70 Conde Lemos, y de Andrade, y Villalua, Marques de Sarria, en quien eſtan encomendados los repartimientos de Indios, de la Prouincia Tocas, y Guailas en eſte Arçobiſpado de los Reyes, y en el Obiſpado del Cuzco, el repartimiento de Collaua aymara.

Antes de ſu Excelencia el Señor Virrey don Franciſco de Toledo no tuuo hazienda, ni renta de Indios, de que dezmar, aunq̃ fue cauallero de la orden de Alcantara.

Don Aluaro de Mendoça y Caruajal Encomendero del Repartimiento de Caxamarca, en que auia ſucedido doña Iordana Mexia ſu muger, al Comendador Melchior Verdugo ſu primero marido.

Don Iuã Gutierrez Flores Encomendero de los Andajes por doña Lucia de Montenegro ſu muger.

Don Alonſo de Vargas Caruajal Encomendero de Tarapaca, y deſpues delos aymaraes.

Don Frãciſco dela Cueua Encomendero de Hananica.

Don Iuan Areualo de Eſpinoſa ſegundo marido de doña Lucia Montenegro, y por ella Encomẽdero del dicho Repartimiẽto de los Andajes, y Alguazil Mayor de el Santo Oficio de la Inquiſicion en eſte Reyno.

Don Diego de Vargas Caruajal, Señor dela Caſa Solariega de Valero, en Eſtremadura, y Encomendero del Repartimiento de los Aymaraes.

Todos eſtos Caualleros ſon, y fueron del habito de Alcantara, y aunque algunos dellos ſe les à mouido pleyto ſobre la paga de los diezmos de ſus Encomiẽdas, y bienes patrimoniales, no an dezmado, ni diezmã, antes gozã de poſſeſsion, y coſtũbre de no dezmar, por ſer caualleros de la dicha Orden. Y aſsi no ſe à viſto ha-

71 ſta agora, que de cauallero de la Orden de Alcantara en el Piru ſe aya cobrado diezmo de ſus bienes, y Encomiendas, porque de la Orden no ay Encomiendas en el dicho Reyno, y de preſente gozan

gozan del dicho derecho, y poſſeſsion de no dezmar, los que agora ay, que ſon los referidos. Y aunq̃ en Eſpaña aſsiſte ſu Excellencia de el Señor Conde de Lemos, a quien por ſer Virrey de Napoles, ſe deue eſta corteſia de Excelencia, por iuſtos titulos tiene obligado a eſte Reyno de el Piru, y todos los de las Indias Occidentales, por auer, quando fue Preſidente del Real Conſejo de Indias, con muy grãdes ventajas, ſocorrido a los caſos, y negocios, que durante ſu
72 preſidencia, ſe ofrecieron con mucha breuedad de deſpacho: y ſabiendo, è inquiriendo, muy por menor, todo lo que ſe ofrecia, oyendo, y reſpondiendo, con nobiliſsima afabilidad, y venebolencia, a todo lo que ſe le eſcriuia, que es vno de los requiſitos mas eſſenciales, para quien gouierna, no menoſpreciar lo que ſe le propone: y deſpues elegir lo mas conueniente. Y hallome obligado a referir eſta verdar, por auer ſido teſtigo, y de auer ſu Excelencia, con tan particular cuydado, ſabido, lo que auia en eſta ciudad de los Reyes, y Reyno, y el trato, y opinion de cada vna de las perſonas de ambos eſtados, Ecleſiaſtico, y ſeglar, el dicho Señor Cõde, como ſi ſu Excelencia en ella viuiera de muchos años antes, y en parte de remuneracion de ſus muchos, y leales ſeruicios hechos, durante la dicha preſidencia de Indias, ſu Mageſtad juſtiſsimamente, le hizo merced de treze mil ducados de renta, en los dichos Indios, que poſſee. Eſto miſmo a continuado ſu Excelencia del dicho ſeñor Conde de Lemos, en el gouierno del Virreynado de Napoles, ſiruiendo al Rey nueſtro Señor, y aprouechando al bien de aquel Reyno, con grandes efetos, que deſta verdad, ſe conocen cõ manifieſta demoſtracion, dignos de perpetua loa, y nombre. Aſsi, que, me in aducationis munere patrocinante gaudet dicta exemptione non decimandi, quia coram ordinario Eccleſiaſtico, lis fuit introducta, in qua rei partes aſſumpſi, & defendi, pars vero capituli cathedralis preſentauit dictum reſcriptum, per quod caſu fuit auocata, & cõmiſſa Reuerendiſſimo Nuncio, petitq; manutenẽciam poſſeſſoris, & probauit cõmendas Indorum, & fructus earum, quas poſsidet dictus dominus Comes, antea fuiſſe decimales, cui replicato reſpondi non fuiſſe in poſſeſsione, de cobrar diezmo de ſu Excelencia, del ſeñor Conde de Lemos, como de cauallero de la orden de Alcantara: y aſsi, que no obſtaua, auer ſido antes decimales ſus encomiendas. Y reſpondi, al cipit. nuper de decimis: y al capit. cõmiſſum, con los fundamentos, que eſtan

eſtan referidos por eſta parte afirmatiua, de que deuen gozar de la dicha exempcion, los Caualleros del dicho habito de Alcantara, ſupra numero. 66. & ſequentibus.

Vuo Auto del Iuez Ecleſiaſti
73 co, en que mandò amparar al Cabildo enla aſſerta poſſeſsion, de cobrar los diezmos, y que cõ eſſo ſe remitia la cauſa al Reuerendiſsimo Señor Nuncio de ſu Sanctidad. Lleuoſe por via de fuerça a eſta Real Audiencia, adonde inſiſtiendo, enel capitulo, vt noſtrum ſi de appellationibus y demas alegationes de los numeros cincuenta y cinco, y cincuenta y ſeys; & cincuenta y ſiete, y en que quando vuiere de auer amparo de interim, deuia ſer por mi parte, porque in indiuiduo prout, que la Orden de Alcantara eſtà en la dicha poſſeſſion, y los Caualleros della de no pagar diezmos de ſus haziendas, y que iudex Eccleſiaſticus incompetens fuit, extante dicta inhibitione, & hoc caſu ſpolium commiſsit, contra dictum ordinem de Alcantara, & eius poſſeſsionem, vel quaſi, de non
74 decimando, in hoc Regno de el Piru, & ſic procedit communis Doctorum reſolutio, in capitulo, conquerente de reſtitutione ſpoliatorum, & adducta à Periciſsimo Felino, in capite, dilecti, el primero, numero quinto, de reſcriptis. Menochius de recuperando remedio, capite octauo, numero decimo tertio. Maſcardus, concluſio. 1325. numero quinquageſimo quarto. Et bene à Gaſpar Rodriguez, de annuis redditibus, libro primero, quæſtione vigeſima ſeptima, numero quinquageſimo quarto, qui refert praxim Senatus Galleci, & ita obtinui in Regali Auditorio, y ſe proueyò vn Auto del tenor ſiguiente.

EN LA cauſa, que a eſta Real
75 Audiencia vino en relacion, por via de fuerça, por parte del Conde de Lemos, dela que dize q̃ le haze el Arçobiſpo deſta ciudad, en no otorgarle la apelaciõ que interpuſo del auto proueido enla cauſa, q̃ trata con el Deã y Cabildo deſta ſanta Igleſia, ſobre ſer eſſento de pagar diezmo, en que mãda guardar, y cumplir el auto proueido por el Prouiſor, y que lo execute, y mãda dar los mãdamiẽtos neceſſarios, para ſu cumplimiento: ſin embargo de la recuſacion q̃ le fue hecha, y Iacome Carlos, y Alonſo Gomez de la Montaña ſus Procuradores.

En la ciudad de los Reyes en 5. dias del mes de Febrero, de 1613. años, los ſeñores Preſidẽte, y Oydores deſta Real Audiẽcia, viſta la dicha cauſa, declararon, q̃ en no otorgar el dicho Arçobiſpo la apelaciõ interpueſta por parte

del Señor Conde de Lemos haze fuerça. La qual alçando, y quitando; mandaron, q̃ el dicho Arçobiſpo repõga, y reuoque, lo deſpues della fecho, è innouado, para lo qual ſe deſpacha carta, y prouiſion Real, y lo ſeñalaron los Señores Licenciado Boan, y Laguna, y Doctor Solorzano Pereira.

Requerido con la *Prouiſion*, el Señor Arçobiſpo don Bartolome Lobo Guerrero, proueyò auto viſtos los por el hechos, y la dicha Real Prouiſion, por el qual dexò, y en ſu cumplimiento remitia, y remitio eſta cauſa al Reuerendiſsimo Nuncio de ſu Santidad, que reſide en Eſpaña, para que ante ſu Señoria, anſi ſobre lo principal, como ſobre la manutencion, las partes ſigan ſu juſticia, como les conuenga, y para ello ſe les dè los traslados del proceſſo, que pidieren, y lo firmò el Arçobiſpo de la ciudad de los Reyes.

Lo miſmo, y por el miſmo orden vniformemente ſe proueyò en fauor de don Franciſco de la Cueua, Cauallero de la dicha orden.

76 Sed ne videar circa hæc incurriſſe cenſuram tenentium Aduocatum, qui ſcit in proprietate, partem ſuam iuſtitiam non habere, eum non poſſe adiuuare, in poſſeſsione, quod eſt, quando notoriè conſtat de non iure agentis. Innocentius in capite, conſtitutus, de filijs Presbiterorũ. Paulus in lege ſecunda, C. de Edicto Diui Adriani, tollendo Alexand. in lege, naturaliter. §. nihil commune, ff. de acquirenda, poſſeſsione, cum alijs adductis à Iaſſo. ibi. num. quadrageſimo tertio, Capella Tholoſanæ, q. decima quinta. Et Ioãnes Garcia de

77 nobilitate, Gloſſa duodecima numero octuageſimo quinto, vbi conſtituit bonam diſtinctionem, vt procedat in ſpiritualibus reſolutio, quod quando quis non fouet iuſtam cauſam, in proprietate, nullo modo quis poſsit ſine animæ periculo, illud patrocinium præſtare in poſſeſsione: in profanis vero ſecus ſit. Ad quã reſolutionem redduces traddita per doctiſsimum Sarmientum, libro ſecundo Selectarum, capite decimotertio, & à Parladorio, libro primo rerum quotidianarũ, capite ſecundo, numero decimo quinto, qui indiſtincte permiſſum eſſe affirmant aduocare, pro eo, qui tuetur poſſeſsionem, etiã ſi in proprietate, iuſtitiam non habeat. Itaque cum prædicta cauſa fuerit decimalis, non ſolum in poſſeſsione, ſed etiam in proprietate, ſunt tuendi prædicti milites Ordinis de Alcantara, in ea, & circa exemptionem ab eis deductam in hoc Regno de el Piru, & in allijs Diœceſsibus, Epiſcopatibus, & Prouincijs,

in

cijs in quibus eorum priuilegia, & conceſsiones Apoſtolicæ in bonorum patrimonialium, decimis fuerint in eorum fauorem interpretata, prout ſupra reſolui, quod & iterum comprobo.

Quia extante dubio, quod ex dictis Bullis deducitur, an ſcilicet extendantur, ad bona patrimonialia, & eorum decimas prædictorum militum de Alcantara, eſt ad interpretationem recurrendum, quæ conſtat ex conſuetudine, quam Doctores appellant interpretatiuam legis, vel ſtatuti, quæ dicitur magis fauorabilis, neque requiritur in ea ita exacta probatio, ſed ſufficit, quod teſtes dicant, etiam à decem annis citra ſtatuta, ſic intelligi, & talem recipere interpretationem, vt de communi vſu lo-
78 quendi traddit peritiſsimus Bartolus in l. labeo, ff. de ſupelectili legata, & facilius toleratur conſuetudo interpretatiua, quam de nouo inductiua, vt habetur in lege, de quibus, ff. de legibus, & quod ad hanc conſuetudinem interpretatiuam, decem anni ſufficiant, reſoluit Tuſchus ſub littera C. concluſione 796. num. 39. ex Tiberio Deciano conſ. quinquageſsimo primo, libro ſecundo, & eſt expreſſus caſus textus in lege, nam Imperator, trigeſima octaua, ff. de legibus, dum inquit Conſultus. *Nam Imperator noſter Seuerus reſcripſit, in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſcuntur, conſuetudinem, aut rerum perpetuo ſimiliter iudicatarum, autoritatem vim legis obtinere debet.* Et explicat ibi eminentiſsimus Antonius Faber, in Rationali ad illum textum. *Alterutrum ergo ſufficit, nec proinde neceſſe eſt, rerum iudicatarum autoritatem interuenire, ad conſuetudinem conſtituendam multo minus, vt ſæpius iudicatum ſit.* l. cum de conſuetudine trigeſima quarta, in verbo, aliquando, ff. de legibus. At verò in cauſa, de qua agimus, vtrumq; habet ordo Alcantarenſis, in hoc Regno conſuetudinem interpretatiuam, decem & viginti annos, en Don Ioan Gutierrez Flores, Don Alonſo de Vargas, y demas Caualleros, y en fauor de los dos ya referidos, ſentencias, y autos de la Real Audiencia, en que ſe à declarado, hazer fuerça los Iuezes Ecleſiaſticos, en las que contra ellos ſe dieron, y pronunciaron, y oy dia poſſeſsion, y coſtumbre, de que ſu Excelencia de el Señor Conde de Lemos, y don Franciſco de la Cueua, y don Ioan de Areualo de Eſpinoſa, don Diego de Vargas, Caualleros de el orden de Alcantara gozan, de no dezmar de ſus haziendas, y tributos de ſus Encomiendas de Indios, neq; ad prædicta eſt hodie neceſſaria interpretatio Rom. Pontif. quamuis

vt prædiximus expediens eſſet, ſed non eſt declaratum, ſed ad iudicium contentioſum Nuncio eius comiſſum. Itaque inter-pretatio, aut eſt generalis, & neceſſaria, & in ſcriptis re-digenda, & iſta eſt Principis, aut Regis, quando ſcilicet Prin-ceps, vel ille, qui ſtatuum con-didit, ſeu priuilegium interpre-tatur illud ex propoſito legis iux ta legem ſacratiſs: & ſequenti-bus, C. de legibus. Alia eſt inter pretatio neceſſaria quidem, & in ſcriptis redigenda, ſed nõ ge-neralis, imò ſpecialis, & hæc eſt, quæ fit per iudicũ, id eſt, per res iudicatas, & in ſcriptis quoq; re-digenda, & iſta quoq; interpre-tatur legem, ſi plures ſententiæ latæ fuerint in ſimili caſu, vnius tenoris, & in contradictorio iu-dicio, & de hac loquitur Barto-lus in l. de quibus, ff. de legibus, quem refert, & explicat, pluraq; cumulat in propoſitum. Tiberi⁹ Decianus, conſ. 51. nu. 55. lib. 2. Itaq; interpretatio hæc ſecunda adeſt, quoad dictas exemptio-nes, in hoc Regno del Piru.

Denique Arreſta huius Regij Audidorij Limenſis, ex quibus manutenti ſunt dicti milites de Alcantara, & ſententiæ à iudici-bus Eccleſiaſticis latæ, en fauor de don Alonſo de Vargas por el Obiſpo del Cuzco, don Anto-nio de Raya, y en el de don Ioan Gutierrez Flores, por el Comen-dador de la Merced, Iuez Apo-ſtolico. Faciunt præſumptio-nem, & nõ præſumptionem tan-tum, ſed alios plures operatur effectus, de quibus per Doctiſ-ſimum Alexandrum, Magiſtra-liter in lege, ſæpe, num. 70. ff. de re iudicata, & ex vnico actu ac-quiritur quaſi poſſeſsio in incor poralibus, Gloſſa per textum, ibi in capite, cum Eccleſia ſub tri-na, de cauſa poſſeſsionis, & pro-prietatis, quod extendit eminen tiſsimus Abbas, ibi. Etiam ſi ſit mala fide, & ordo Alcantaren-ſis circa prædictam decimam nõ ſoluendam ex bonis patrimo-nialibus, præualuit apud nos, in hoc Piruano Regno, & etiam in Caſtellæ, & Legionis Reg-nis, vt videre eſt, en la Execu-toria de Luys Brauo de Lagu-na, Chriſtoual Pardo de la Caſ-ta, y de el Marques de las Na-uas, en el Obiſpado de Auila, pro quibus hæc dixiſſe, ſuffi-ciat, quia punctus eſt non ita diſcuſſus, neque à Doctoribus tractatus, hanc licet ſim immo-ratus reſolutionem, conſtitui, quæ conſtat ex conſuetudine interpretatiua, & admiſsione, vel excluſsione prædictorum pri uilegiorum, quoad decimas bo-norum patrimonialium, in quo-cumque Regno, ſeu Diœceſi, nam in ea, in qua excluſsi fue-rint, decimas ſoluant, & in ea, in qua admiſsi ſint, ſiue ex

conſue-

conſuetudine, vel autoritate rerum iudicatarum, gaudeant dicto Priuilegio, de cuius vſu ſatis in hoc Regno del Piru conſtat, & vt cum claritate, & reſolutione loquar, repeto iterum, quod iam prædixi, ne difuſio fundamentorum confuſionem ſecum trahat.

# CAPVT VII.

1 *MORS Repentina, & ab inteſtato frequentiſſima.*

2 *Decedente aliquo ab inteſtato ſiue maſculus, ſiue fœmina, an quintum bonorum eius, qui ſic deceſsit, ſit pro anima diſtribuendum?*

3 *Referuntur Autores Regnicolæ, qui de iſto articulo agunt.*

4 *Concordia, & intellectus à Tello Fernandez tradditus ad legem 32. Tauri, defenditur, ab impugnatione Andræ de Angulo, & Ioannis Matienço.*

5 *Commiſſarius Generalis ad teſtandum non poteſt diſponere de quinto bonorum teſtatoris in præiudicium deſcēdentium, vel aſcendentium legitimorum, ſecus in præiudicium tranſverſalium.*

6 *Gradus ſucceßionis inter cōiunctos referuntur.*

7 *Sub verbo, Parientes, ex cōmuni vſu loquendi comprehēduntur fratres, & cæteri agnati, & cognati.*

8 *L. 32. Tauri reducenda ad eſt terminos legis 36. vt nec in vllo, & alio caſu Cōmiſſario diſponente, vt in caſu legis 32. vel non diſponente, vt in lege 36. nō fiat præiudicium, in quinto bonorum deſcendentibus, vel aſcēdentibus legitimis, ſecus in tranſverſalibus.*

9 *Quinta pars bonorum non eſt diſtribuēda pro anima decedentis ab inteſtato, & reprobantur contrarium tenentes.*

10 *Rigor ſcriptus præfertur æquitati non ſcriptæ.*

11 *Refertur antiquiſsimum, & primum ius legis duodecim Tabullarum circa dellationem hæreditatum ab inteſtato.*

12 *Secundum ius, & Tertium circa dictas ſucceſsiones.*

13 *Quartum, & vltimum, quo nunc vtimur.*

14 *Fœminæ in Regno Franciæ ſuccedunt in feudis.*

15 *Ordo, & forma ſucceſsionis Commendæ Indorum, in Regno del Piru refertur.*

16 *De iure ciuili ſine diminutione, vel aliqua defalcatione acquirebatur hæreditas, venientibus abinteſtato, & ſucceſsiones ex diſpenſatione, & gratia iuris ciuilis ſunt.*

17 *Idem eſt de iure Canonico in his bonis, quæ non fuerunt intuitu Eccleſiæ acquiſita per Epiſcopum, vel Clericum defunctum.*

18 *Reprobatur aditionator Antonij Gomecij in lege 36. Tauri, quatenus dicit, de æquitate Canonica expendēdum quintum bonorum, quæ reliquit ab inteſtato decedens.*

19 *Clerico in teſtato decente ſuccedit fiſcus regius, in omnibus eius bonis ſi non habeat deſcendentes ex matrimonio ante Clericatum, & vxore præfuncta, vel deſcendentes ſeu Collaterales.*

20 *Mortuo Clerico Priuilegium Clericatus, quo erant eius bona affecta ceſſat, & bona ſunt regiæ iuriſdictionis.*

21 *Bona confiſcata Clerici hæretici cui fiſco pertineant Eccleſiæ, vel Regio.*

22 *Referantur leges partitarum, & aliæ regiæ circa ſucceßiones abinteſtato decedentium.*

23 *In tranſverſalibus non eſt locus repreſentationi niſi in fratribus, & filijs fratrum non vero in nepotibus fratrum quos excludunt fratrum filij.*

24 *Repreſentationi locus eſt in caſibus à*

*iure expreſſis non in alijs, vt in ſucceſſione aſcendentium, vel colateralium, in quibus locum non habeat niſi in fratribus, & filijs fratrum, qui patrem defunctum repreſentant, quoad ſucceſſionem patrum, vel auunculi inteſtati.*

25 *Defficientibus deſcendentibus, & aſcendentibus legitimis, tranſverſalibus ſuccedit Fiſcus.*

26 *Legem condere vtile eßet pro taxatione partis, quæ expendenda eſſet pro anima ab inteſtato morientis.*

27 *Conſtituitur firma concluſio, Hæredes abinteſtato venientes, donec forſam lege ſtatuatur, non teneri aliquid pro anima defuncti ex hæreditate expendere.*

28 *Concluſio prædicta limitatur in ſepultura, & funere, ad quorum expenſam cõpelli officio iudicis poſſunt.*

29 *Refertur littera textus in l. ſi quis ſepulcrum §. ſumptus ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum.*

30 *Declaratur noſtra lex 5. tit. 12. lib. 10. Recopil.*

31 *Refertur ordo, qui ſeruatur in Regno de el Piru circa bona eorum, qui abinteſtó decedunt, relictis hæredibus, in Hiſpania Regnis, vel alijs.*

32 *Quintum bonorum abinteſtato decedẽtis eſt expendendum pro eius anima quãdo de hoc adeſt conſuetudo, quod eſt declarandum, eſt limitandum, vt fertur numeris ſequentibus.*

33 *Declaratur, talem conſuetudinem nõ eſſe admitendam in præiudicium hæreditatis filiorum deſcendentium, vel aſcendentium legitimorum.*

34 *Talis conſuetudo debet eſſe à Principe approbata, ſeu eius Conſilio, vel Regiæ Chancelariæ ſententiis.*

35 *Vel ſi ſit immemorialis, quia eſt in fauorem prædictæ cauſæ.*

36 *In dubio propia cauſa iudicandum etiã ſi habeat actoris, ſeu actricis vices.*

37 *Si verõ ſit conſuetudo circa diſtributionem quinti bonorum inteſtati, non immemorialis, vel á Principe approbata, eſt punctus dubius, an admiti debeat, vel nõ.*

38 *Diſputatur articulus præcedenti numero relatus, autor eligit partẽ negatiuã, & donec lege declaretur, relinquit cogitandum.*

39 *Conſtituitur concluſionis reſolutio in hoc quotidiano articulo.*

40 *Ordo ſucceßionum ab inteſtato remiſiuè, & etiã naturalium, & illegitimorum, ex Ioanne Garcia.*

41 *Facti ſpecies, & Arreſtum pro quodã fratre naturali.*

42 *Conſanguinei collaterales defuncti, an debeant eſſe intra quartum gradum, vel extendatur ſucceßio vſq; ad decimum gradum? ad excludendum Fiſcum a ſucceßione inteſtati, diſputatur.*

43 *Dominus Franciſcus de Alfaro Limenſis Senatus Auditor laudatur.*

44 *Defendit Autor cum communi entẽſionem fieri vſque ad decimum gradum, ad excludendum Fiſcum in prædicto caſu.*

45 *Refertur lapſus compiltoris Repertorij Recopilationis legum Caſtellæ circa dictam articulum, de ſucceßione Fiſci.*

46 *In bonis maioratus, & vbi eſt forus trunci, vt ad eum bona reuertantur, & in Regni ſucceßione, & Ducatu Velbaronia non procedunt ſupradicta.*

47 *Proponitur quæſtio notabilis, an hodie Fiſcus defficientibus, deſcendentibus, & aſcendentibus, & aſcendentibus, & collateralibus in ſucceßione coniugis, inteſtati excludat virum, vel vxorem, vel excludar ab eis?*

48 *Reſoluitur in dicto caſu per autorẽ Fiſcum viro, vel vxore ſuperſtite hodie potiorem eſſe in intaſtati coniugis ſucceſſione, & defenditur Telli Fernãdez ſic tenentis opinio.*

49 *Lex fori in ordinamẽto, & recopilatione tranſcripta, quæ eſt lex 12. tit. 8. li. 5. tres gradus ſucceſsionis admiſit, & poſt eos Fiſcum.*

50 *Vbi eſt caſus legis nulla dubitatio.*

51 *Lex Correctoria reducens nos ad terminos iuris antiqui fauorabilis, & non odioſa eſt iudicanda.*

52 *Improbãtur rationes adducta ab Acebedo*

*bedo contra Tellum Fernandez, in dicto caſu ſubceſsionis fiſci, eiſq; reſpõdetur*
53 *Lex fori tranſcripta in l. 12. tit. 8. li. 5. Recopil. virtualiter excludit vxorẽ, vel virum in prædicto caſu, ſuperfluaque eſſet eius trãſcriptioni, ſi hoc operaretur.*

## CAP. VII.

### Ad l. 7. tit. 12. lib. 1. Recopi: an quinta pars bonorum eius, qui decedit abinteſtato ſit pro eius anima expedenda, & de hæredũ ſucceſsione inteſtati decedentis, & qualiter hodie fiſcus deficientibus deſcendentibus, & aſcendentibus viro, & vxore excluſa admitatur accurate explanatur.

QVATENVS lex noſtra agit de neceſſaria funeris impenſa cadaberibus peregrinorũ eroganda, periudicem ordinarium, & defunerali prælatione cæteris creditoribus, cõſulto, omito agere cum plura à pluribꝰ paſsim de his tradãtur, ſed ea, quæ quotidiana ſunt, nec dilucidè explicata deueniendo.

1 Imprimis frequentiſsimè accidit, cum mors naturalis ſit plurimos ſiue viros, ſiue fœminas ab inteſtato decedere, dubitari ſolet, an inteſtati legitimi hæredes teneantur, quintam bonorum relictorum partem, pro anima ſic defuncti diſponere, & expendere, & ad hoc compelli poſſunt; ex noſtris Regnicolis, qui prior
2 hanc tetigit quæſtionẽ, fuit Didacus del Caſtillo, in l. 36. Tauri Gloſſa, verbo, del teſtador, vbi reſoluit hæredes ab inteſtato nõ teneri expẽdere quintam bonorum defuncti partẽ, quia hoc iure, non cauetur, quãuis de æquitate Canonica, taliter ſuccedentes, deberent diſtribuere pro anima defuncti, nec reſoluit, quæ pars ex illis, ea adducta æquitate expendenda ſit, affirmat optimum, imò neceſſarium eſſe ſuper hoc legem condere.

Antonius Gomez in eadẽ lege 36. n. 2. reſolutiuè, ut ipſe loqui ſolet, dicit non teneri.

Ioannes de Rojas in tractatu
3 ſeu ſucceſsionum epitome cap. 3. num. 6. affirmat, filios omnia bona paterna abinteſtato habentes, non eſſe à procuratore animarum (que es el fiſcal Eclesiaſtico, ò Iuez de obras pias) compellendos expendere pro anima ſui patris defuncti, quintam bonorum partem, cum abinteſtato omnia patentum, bona ſint legitima filiorum, & quia pro eorum anima piè diſtribuere eſt credendum in

collateralibus ſeu tranſuerſalibus tenet contrarium, & teneri cum abinteſtato ſuccedunt quintam bonorum partem, pro anima defuncti expendere, cum nihil penitus (inquit ipſe) ſit legitima eorum, & expreſſunta mente teſtatoris eſt credendum, quod ſi teſtator teſtamentum condere potuiſſet, pro anima ſua quintam bonorum partem expendere iuſſiſſet, voluntas teſtatoris non ſolum expreſſa, ſed etiam tacita (vt ipſe ait) ſequenda eſt, hoc verbo ſequenda eſt, improprie vſus in latino debito dicendi modo deficiens: Didacus Spino in ſpeculo teſtamentorum gloſ. 2. n. 54. tenet reſolutiue teneri ad diſtributionem quinti hæredes abinteſtato circa conſuetudinem regionis, nec citat Rojam, nec Gomecium.

Ioannes Gutierrez lib. 2. practicarum quæſtionum q. 46. ad l. 38. Tauri vtramq; opinionem refert, & ſequitur Anton. Gomez negantem, ad hanc expendendi quintam bonorum partem teneri, venientes abinteſtato, quando nullomodo defunctus de cuius hæreditate agitur, condidit teſtamentum, nec cōmiſſarium, ad teſtandum nominauit, qui eſt caſus noſter, nā tunc ad hanc quinti diſtributionem nulla lege obligantur, referq; Andræam de Angulo idem tenentem in l. 13. tit. 6. gloſ. 4. n. 4. li. b 5. ſuccinte tamē, & velut per tranſelam de hoc noſtro caſu Angulo agit, & remiſſiue ad Caſtillum, & Antonium Gomez in d. l. 36. Tauri aliam conſtituens quæſtionem, & reprobans reſolutionem à Tello

4 Fernandez tradditam in d. l. 36. Tauri num. 4. vbi declarat Tellus legem ſupra dictam et combinationem, ſeu concordiam facit cum lege 32. Tauri præcepientem, vt Commiſſarius Generalis ad teſtandum nihil poſsit diſponere, de bonis teſtatoris præter quam, de quinto eorum parte pro anima defuncti, & cætera pertinere adhæredes abinteſtato ſuc-

5 ceſſuros intilligi debere: (vt Tellus ipſe declarat) in tranſuerſalibus, non in deſcendentibus, vel aſcendentibus eis, itaq; extantibus, vel ſuccedentibus non poſſe Commiſſarium, de quinta bonorum parte, diſponere. Matiençø, etiam reprobat, Tellum in eadē l. 36. Tauri, quæ eſt. 10. tit. 4. lib. 5 gloſ. 4 num. 4. ſed re vera veriorem exiſtimo, Telli doctrimam, quæ ſicnuncupari poteſt, ob eius autoritatem, & ingenij ſubtilitatem, rationibus, quas ipſe dicto num. 4. adducit, & quia magis adhæret litteræ textus in d. l. 32. ibi.

6 *Y el remaniente ſe parta entre los parientes, que vienen à heredar, aquellos bienes abinteſtato.* Sicq; conſtituēda eſt diferentia graduum ſucceſsionum, nam primus eſt liberorum, & poſtea agnatorum, & cognato-

cognatorum, de quibus infra dicemus; & de primo gradu ſucceſſionis, nihil in ea lege expreſſum eſt, & differentias, & rationes harum ſucceſſionum, filiorum liberorumq;, & aſcendentium adducit Ioannes de Rojas in Epitome ſuceſſ. cap. 8. & ſequentibus, & cap 30. de ſucceſsione aſcendentium, itaq; ſub verbo parientes, ex communi vſu loquendi veniunt agnati, & cognati. Que ſon
7 los hermanos, primos, y tios, non vero, los hijos, y nietos, y padre, ò madre, ó abuelos, que de ordinario ſe llaman aſsi, y no parientes. Et ſic communis loquendi vſus atendi debet, & adaptari ad dictam legem 32. Tauri, quod etiam, & Telli Fernandez reſolutione confirmatur, quia lex 36. ſupra dicta excipit à diſtributione quintæ caſum quem ad dictá
8 legem trigeſima ſecúda applicat, Tellus dum inquit dicta lex. 36. *Los quales, en caſo que no ſean hijos, ó aſcendientes legitimos, ſean obligados, a diſponer de la quinta parte de los bienes del teſtador.* Ergo excluſio, limitatio, & reſeruatio in caſu, quo non diſpoſuerit Commiſſarius, & ius ſaluum deſcédétium, & aſcédentium legitimorum eſt, & venit etiam intelligenda, quádo Commiſſarius teſtatur, & fuerit generaliter ad teſtandum nominatus, vt in dicta l. 32. quia ex vi Commiſsionis generalis ad teſtandum, non poterit diſponere de quinto, in preiudicium deſcendentium, vel aſcen-
9 dentium legitimorum, itaq; vera, & iuridica eſt reſolutio, & diſtinctio Telli Fernandez.

Ad rem autem deueniendo (digreſsio quidem eius excuſationem continet, eo quod articulus ſit ſatis conſiderabilis) vt quid in noſtra quæſtione principali, tenendum ſit; dicam ſcilicet in præfacto caſu, quádo quis omnino inteſtatus decedit, vel quia repente moritur, vel violenter, vt ſæpiſsimè fieri ſolet occiditur, vel in bello decedit, interim dum hic caſus lege non diciditur certiſsima reſolutio eſt, non teneri venientes ab inteſtato, quintam bonorum partem, pro eius anima diſtribuere.

Et ſic vera eſt opinio Antonij Gomecij, & Ioá. Gutierr. qui eum ſequitur, dicta quæſtione 46. lib. 2. nec admittendus eſt, imò merito reprobandus Didacus Gomez Cornejo in additionibus, ad Antonium Gomez, dict. l. 36. n. 2. dum inquit, venientes ab inteſtato de æquitate Canonica debere quintum diſtribuere pro anima defuncti, cui ſuccedunt, & dicit, quod ipſe nō exiſtimat indiſtinctè admittendum, ſed iudicis arbitrio relinquédum, quo iure fundet hoc arbitrium, nec dicit, nec declarat, nec textum, vel autorem de hoc arbitrio agétem allegat in re tanti momenti, & fre-

& frequentiſsima. Venit etiam reprobandus Spino, in ſpeculo teſtamentorum, Gloſſa, 2. n. 54. qui ſine lege, & autore certo loquitur, vt infra dicam.

10 Rigor itaq; ſcriptus præfertur, æquitati non ſcriptæ, l. 1. vbi Gl. & Paulus de Caſtro, C. de legib. De rigore autem pertinet vniuerſa hæreditas venientibus abinteſtato, omni iure vt ſtatim dicam, igitur non eſt admittenda ſimilis æquitas. Et quod vniuerſa hæreditas inteſtati ad legitimos hæredes ſine diminutione pertineat, omnibus iuribus probatur. Omitto conſulto teſtandi iura, & de ſola ſucceſsione inteſtatorũ ago.

11 Primum quidem fuit ius duodecim Tabullarum, cuius meminit Iuſtinianus, in principio inſtituta de hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur verba dictæ legis inteſtatorum hæreditates, primo ſuorũ hæredum velint, aut nolint, ſunt his defficientibus agnatus proximus familiam habet. Sic refert Viglius in d. titu n. 13. Balduinus in d. principio, n 14.

Fuit igitur, vt teſtatur Viglius Primum ius antiquiſsimum legis duodecim Tabullarum, cuius verba ponũtur in lege, pronunciatio 46. §. 1. ff. de verbor. ſignific. Iſto ergo iure antiquiſsimo, cum quis decedebat ab inteſtato duæ ſolæ perſonæ ei ſuccedebant, primo ſuus hæres, id eſt proximior, per rectã lineã quo tẽpore mortis defuncti de cuius ſucceſsione agebatur, erat in ipſius poteſtate, 12 veluti filius, & ex eo nepos, & cæteri de inceps ex §. 1. cum ſequentibus, inſtituta de hæriditatibus, quæ ab inteſtato deferũtur: ex ſecũdo iure, ſi aliquis ſuus hæres per rectam lineam deſcendens, defuncto nõ fuiſſet ſecundo loco, tunc ſuccedebat defuncto abinteſtato proximior agnatus, procedens de maſculina linea, collateraliũ ipſius defuncti, vt in principio inſt. de legitima agnatorũ ſucceſsione, & ſi tempore mortis defuncti ſibi non fuiſſet, aliquis de dictis duabus perſonis ſtatim ſuccedebat fiſcus. §. ſi plures iuncto. §. placebat inſt. de legitima agnatorum ſucceſsione, quod erat inhumanum excludere, à filij ſucceſsione eius matrem, & hunc proceſsit ratio textus in l. maximum vitium, C. de liberis præteritis §. ſed nos de legitima agnatorũ ſucceſsione, & facta ſunt duo ſenatus conſulta, Tertulianum, quo mater filio ab inteſtato, decedenti ſuccedebat, & Orficianum quo filius matri in teſtatæ ſuccedit, quibus ſenatus Conſultus non remanſit illiſa impietas legis duodecim tabularum. Quia præter patrem, & matrem excludebantur cognati, qui benignitate Prætoris fuerunt admiſi, ſola conſanguinitate conſiderata, & ſanguinis coniunctione, quod fuit tertium ius, ex quo etiam per Prætorem (deficientibus

bus cognatis) admiſsi fuerunt vir & vxor, vt inuicem abinteſtato ſuccederent.

Quartum, & vltimum, quo nunc vtimur ſuperuenit ex quo agnati, & cognati, abinteſtato equaliter ſuccedunt, ſublata differentia, & ſi diuerſi gradus ſint, ſimul ſuccedũt (ſalua gradus prerogatiua,) vt qui proximior eſt præferatur, §. reliquũ in authent. de hæredibus abinteſtato veniẽtibus collatione. 8. & ſi antiquitus ſucceſsio agnatorum extendebatur, vſq; ad decimum gradum, & cognatorum vſq; ad ſextum, hodie ſublata eſt hæc differentia, & vſq; ad decimum omnes admitũtur cognati, ſicut agnati, ſoli, vel ſimul. §. ſi vero in autent. de hæredibus abinteſtato venientibus, vbi gloſ. & Bartolus, & cæteri in autent in ſucceſsione. C. de ſuis, & legitimis hæredibus ſicut ſublata fuerat, in ſucceſsione ex teſtamento. l. maximum vitium. C. de liberis præteritis, quod procedit in feudis in Francia, in quibus fœminæ ſicut maſculi ſuccedũt.
14 Secundum Ioannem Fabrum in authentica ingreſsi. C. de ſacroſ. Eccleſijs, vt teſtatur prædicta omnia Viglius ad dictum titulum de ſucceſsione ab inteſtatu ex numero 14.

Apud nos in Cõmendis Indo-
15 rum Regni del Piru, per legem, quam appellamus de la ſucceſsiõ, feuda ſupra dicta, tametſi temporalia conceduntur ad vitam eius, cui conferuntur, ob merita, & ſeruitia, & poſt primi donatarij vitam, fit inueſtitura, in eius filio, & in defectu filij maſculi, in filiam, vel nepotem, & deficiente legitimo ſucceſſore filio videlicet, vel filia, ſuccedit, vxor Cõmendatarij deinde modo per ſex menſes fuerit in matrimonio legitime contracto, & per eorum ſpatium maritus Cõmedatarius vixerit, aliàs excluditur, & incorporatur feudum, & reuertitur ad Regem, & eius Viceregẽ, ſuo nomine, quod ſic vacans, illud confert alteri, vel Regiæ coronæ aggregat, quod pluribus Regum Caſtellæ, & Legionis reſcriptis, & legibus Indiarum, ſtabilitum ſtat, & de hac ſucceſsione tetigit aliqua Matienço, in l. 6. tit. 10. Gloſſa, n. 12. lib. 5. Recopil.

Iam vidimus, quid de ſucceſ-
16 ſione de iure ciuili ab inteſtato decedentis, ſeruandum ſit, vt ſine diminutione, & ſine defalcatione vniuerſam hæreditatem, is cui defertur adquirat, tunc maximè quia ſucceſsiones ex diſpẽſatione, & gratia iuris ciuilis deſcendunt, vt adnotat Ferdinandus Minchaca de ſucceſsio. creatione, lib. 1. §. 7. n. 38. inferens quãplura.

17 De iure Canonico in Clericis & Epiſcopis cõſanguinei corũ ſuccedunt abinteſtato, in rebus propijs

proprijs Clericorum, & Epiſcoporum dummodo intuitu Eccleſiæ non fuerint acquiſitæ ſic probat tex. in cap. ſint manifeſtæ 21. 12. q. 2. ibi. *Nec Epiſcopi, vel eius propinqui ſub obtentu Eccleſiæ proſcribãtur.* Loquens de ſucceſsione inteſtati cum antea de teſtamento, textus ille loquutus fuiſſet, qui eſt ex canonibus Apoſtolorum cap. 40. ſic etiam concludit, & reſoluit gloſ. in cap. 2. verbo morientium, de ſucceſsionibus abinteſtato, & eſt textus, & gloſ. in cap. 1. eiuſdem tituli, & habetur in authen. de Eccleſiaſticis titulis. §. interdicimus, itaq; etiam in Eccleſiaſticis, & priuilegiatis perſonis, nullum ius nulla pars
18 animæ, decedentis abinteſtato reſeruata eſt, neq; hæredes grauati, vt eam expendant. vnde non eſt admitendum, dictum prædicti additionatoris Antonij Gomecij ad l. 3. Tauri, quatenus dicit de æquitate canonica poſſe compelli, tametſi ex Cõcilio Toletano. 9. cap. 4. quod refertur cap. quicumq; 12. q. 3. illud, quod ex propria induſtria Sacerdotes acquirebant, ſi de eo non diſpoſſuerint, Eccleſiæ applicabatur, ſed hoc eſt intelligendum hæredibus abinteſtato veniẽtibus, nõ exiſtẽtibus prout intelligit gloſ.
19 ibi quæ notabilis eſt, & an hoc hodie ſeruari debeat, vel potius ſuccedere fiſcus Regius ex l. 12. tit. 8. lib. 5. Recopil. vel in bonis clerici inteſtati, cui nullus extat hæres excludatur ſucceſsio Regia à fiſco Eccleſiæ dubitari poſſet, ſed tenendum cum reſolutione ſuccedere fiſcum Regium, ex reſeruatione facta in d. l. 12. iuncta lege ſequenti, nam deficientibus venientibus abinteſtato, intra decimum gradum, vt ſtatim dicam, ſuccedit fiſcus, hæc ſucceſſio erit tã laicorũ, quam clericorum decedentium, ex generali conſuetudine de qua in l. 13. quæ vltima eſt, dicto tit. 8. lib. 5. ibi. *Se ſucceda en ellos ex teſtamento, y abinteſtato, como en los otros bienes, que los dichos Clerigos tuuieren.* At vero ſine dubitatione apud nos veniẽtes, abinteſtato ſuccedunt Clerico conſanguineo, decedenti, & non Eccleſia, inquibuſcumq; bonis, ſiue Eccleſiæ intuitu acquiſitis, ſiue non, ergo poſt eos hoc eſt conſanguineis non exiſtentibus, qui ſuccedant Clerico, inteſtato ſuccedet Fiſcus Regius, cui eſt locus vniuerſaliter eis defficientibus, ex d. l. 12. nec procedet textus, & Gloſ. in d. cap. quicumq;, quod etiam rurſus confirmatur: Nam priuilegium, quod affecta erant bona Clerici viuẽtis extinguitur eius morte, de quo eſt deciſsio Guido Pap. 261. quæ paſ-
20 ſim apud nos quoad forũ in praxi occurrit, cuius rationes, etiã adduci poſſunt, nam mutatur quidem rei qualitas, & nona hæredum, vt aduertit bene Guilliel.

dictus

dictus in repetitione capit. Rainuncius verbo, & vxorem, num. 424. & Petrus Mathæus in additione dictæ deciſsionis. 264. & ſic defendit alios citans D. Franciſcus Alfaro, Gloſſa, 2. n. 141. cuius ſententiæ veriſsimæ aſſentior in tractatu de officio Fiſcalis, dicta Gloſ. & n. dicto, hunc caſum non tetigit. Cenedo, quãvis de pluribus remiſsiuè egerit, ſolumodo tetigit, quid ſit agendum de bonis clerici hæretici, quæ adquiſiuit intuitu Eccleſiæ, & concludit reſtituenda eſſe Eccleſiæ, & non Fiſco Principis ſæcularis, circa quod in collectanea 55. num. 6. ad decretales ſe remitit, ad ea, quæ traddit Sy-
21 machus de Conſtitutionibus, Caſtro capit. 89. num. 6. Couar. lib. 2. variar. cap. 9. num. 12. Iul. Clarus, §. hæreticis, nu. 13. & in terminis, quod pertineant Fiſco Eccleſiæ, bona hæretici clerici, tenet Guillielmus Benedict. in capit. Rainuncius verbo. & vxorem, nomine Adelaſiam, num. 244. Vide Dominum Franciſcum de Alfaro, de officio Fiſcalis, Gloſſa vigeſima, numero 302. vbi hunc, & alios caſus circa confiſcationem bonorum clerici delinquentis, ſeu ab inteſtato decedentis explicat.

De iure Regio extat lex Ter-
22 tia, titulo decimo tertio, parti. ſexta, quæ loquitur de deſcendentibus legitimo matrimonio procreatis, agens de ſucceſsione ab inteſtato, inquit. *Ganan, y heredan todos los bienes de el finado, quier ſean varones, quier mugeres*, & diſtinguit circa repreſentationẽ filiorum, & nepotum, lex 4. eiuſdem tituli, quæ loquitur de ſucceſsione aſcendentium, quando deſcendẽtes inteſtati moriuntur, ſine legitima ſobóle. *Eſtonces el padre, y la madre deuen auer igualmente todos los bienes de ſu hijo*, & licet admitebat fratres, cum parẽtibus, corrigitur per legem ſeptimam Tauri, vt adnotat ibi Gregorius Lopez, lege quinta, dicto titulo, diſponit circa ſucceſsionem collateralium, & trãſueſalium, & de fratribus conſanguineis, & vterinis, & lineis eorum.

Lex ſexta eandem proſequitur ſucceſsionem, & defficientibus fratribus, & filijs fratruum, qui in priori gradu ſunt, inquit textus legis Partitæ, *que deſtos adelante el pariente, que fuere fallado, que es mas cercano del difuncto, haſta el decimo grado, eſſe hereda todos ſus bienes.*

Circa cuius legis diſpoſitio-
23 nem, vtiliter aduertendum eſt, fratres, & filios fratuum, ex vi repreſentationis parentum, ſiue ex linea maſculina, ſiue ex fœmenina ſint, concurrere æqualiter in ſucceſsione bonorum fratris defuncti, ſi ſint vtrinq; coniuncti.

Nepotes autem fratrum excludi à *filijs* fratrum verum eſt. Itaq; repreſentatio non extenditur, niſi ad filios fratrum, ita Paulus de Caſtro, per textum ibi, in authent. poſt frates, la 2. C. de legitimis hæredibus, ſic benè cõcludit, & declarat Tello Fernan
24 dez in l. 8. Tauri, n. 5. dicẽs, procedere, quando eſt æqualis coniunctio, ſecus verò quando maior, vt in fratribus cõſanguineis, qui excludunt, vterinos, vide Antonium Gometium, & melius Tellum, vbi ſupra in d. l. 8. Nec repreſentationi locus eſt inter aſcendentes, traddit plura adducens Martinez in l. 5. tit. 7. Gloſ. 4. n. 1. vbi, id etiam reſoluit inter collaterales, niſi in caſibus à iure expreſsis, vt eſt in filijs fratrum cum alijs fratribus, quibus defficientibus ſuccedet propinquior, vt reſoluit Tello, d. n. 5.

25 Defficientibus autem deſcendentibus, & aſcendentibus, & collateralibus ſuccedit Fiſcus, per legem, 12. tit. 8. lib. 5. Recopilationis, cuius verba ſunt; *Todo hombre, o muger, que finare, y no hiziere teſtamento, en que eſtablezca heredero, de los que ſuben, o deſcienden de linea derecha, o de trauieſſo, todos los bienes ſean para la nueſtra Camara.*

Has quidem omnes ſucceſsionis, lineas, & gradus, retuli, vt ex verbis, & mente legum conſtet, hæredes, & ſucceſſores ab inteſtato, non teneri ex dictis legibus, nec vllo iure ciuili, Canonico, vel Regio, aliquid pro anima defuncti, expendere, nec eorum conſcientias grauari, ſic hoc non faciant, conſilium autem erit pium, & vtile, opuſq; Deo ſatis gratum, ſi hoc faciant.

26 Imo vt ad Principale propoſitum recurramus neceſſarium eſſet, legem de hoc condere, & præcipere, vt bonorum iſtorum pars diſtribuatur, pro animis eorum, qui ab inteſtato decedunt, habita differentia inter deſcendentes, & aſcendentes, & collaterales, vt deſcendentes legitimi non grauentur, niſi in neceſſaria funeris impenſa, extranei vero in aliqua parte pro anima defuncti, quod quidem opus dignum Catholico, & Chriſtianiſsimo noſtro Regi eſſet.

27 Extat itaque firma dicta concluſio aduerſus Rojas dicto cap. 3. n. 6. de ſucceſsionibus, & additionatorem Antonij Gomez in d. l. 39. Tauri, & Angulo ubi ſupra, hæredes ſcilicet ab inteſtato, non teneri quidquam pro anima defuncti expendere, donec lege hoc ſtatuatur, & contra Didacum Spinum, qui obiter prædictis non citatis in ſpeculo teſtamen. Gloſſa, 2. principali num. 54. cum magna reſolutione tenet hæredes ſuccedentes ab inteſtato, teneri quintum diſtribuere, ſecundum terræ conſue-

tudine

tudinem, citans Gregor. Lopez, in l. 12. tit. 13. p. 1. qui non dicit id, ad quod allegatur.

29 Declaratur, & limitatur primò non procedere dicta cõcluſio in ſepultura, & funere neceſſario, attenta qualitate defuncti, & quãtitate bonorum, quæ mortis tempore reliquit. & ſacrificijs aliquibus Miſſarũ, quæ ipſimet funeri, & eius autoritati correſpondẽt, probabiliter circa quod iudex, ſiue Eccleſiaſticus, ſiue ſæcularis, & quilibet eorum data præuentione, ſe interponere poteſt, licet propior ſit iuriſdictio Eccleſiaſtica, cum ſit cauſa pia, hanc reſolutionem comprobat ratio textus in l. ſiquis ſepulcrum, 12. ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum, vt quemadmodum fauore funeris quis compellitur vendere ibi additum, & iter ad ſepulcrum ex maioritate rationis hæres ab inteſtato ſuccedens compelendus eſt à iudice, vt funus defuncti conſuetum, & honeſtum cõficiat, & debitam quãtitatem pecuniæ expendat, quod verbis claris inquit idem textus. *Dignitate defuncti, Prætor, vel Ma-*

30 *giſtratus municipalis ad funus ſumptum decernere debet, ſiquidem eſt pecunia in hæreditate ex pecunia, ſi non eſt, diſtrahere debet, eaquæ tẽpore peritura ſunt, quorum retẽtio onerat hæreditatem, ſi minus eſt, ſi quid auri, argentiq; fuerit diſtrahi, vel pignorari iubebit, vt pecunia expendatur.* Similis eſt lex 12. tit. 13. part. 1. hanc reſolutionem, licet non ità explicite adductã videtur tenere Ioannes Gutierrez, lib. 2. practicarum, q. 46. allegans prædictum textum, quem retuli, quia eius materia quotidiana eſt, per quẽ venit declarandus textus hic no-

31 ſtræ legis quintæ, tit. 12. lib. 1. Recopilationis, quoad funus peregrinorum, vel aliorum decedentium ab inteſtato, ſint peregrini, vel non, vt ſeruetur in eodẽ funere, quod de iure cõmuni eſt diſpoſitũ, in dicto §. ſumptus iudexq; qui hoc fecerit iuſte, recteq; procedet queadmodum in hoc Regno del Pirù obſeruatur quotidie in ſepeliendis defunctis ab inteſtato, qui Hiſpaniæ hæredes, & nõ huc habent, nec relinquũt teſtamẽtum, quia vnus ex Dñis Auditoribus eſt iudex cauſarum, & bonorũ à defunctis relictorũ, qui non habẽt hæredes in hoc regno pro bonis, quæ relinquunt ſeruandis, & adminiſtrandis, eorumque pretio hæredibus remitendo. Fit enim prouiſio adictis Dominis iudicibus, de funerando, & expendendo, quod videtur honeſtum, & aliquas elæemoſinas promiſſarum ſacrificijs erogant, moderate, & circumſpecte, quãdo decedunt ab inteſtato, hæredibus Hiſpaniæ, vel alibi relictis, quod etiam iniunctum eſt Prætoribus Indorum, & totius huius Regni,

quæ eſt laudabilis, & probata conſuetudo, cum prouideatur cauſæ iuſtæ, & neceſsitati præciſſæ quoad vltra ordinationes, & reſcripta Regia hoc præcipientia, facit ratio textus, in d. l. 5. tit. 12. li. 1. Recopilationis hoc excepto, quod remiſsio bonorum ſit hæredibus, & non ſit ratio Regi.

Declaratur ſecundò ratio ne-
32 gatiua, quam conſtituimus non procedere quando incōtrarium eſſet conſuetudo legitimè præſcripta, vel immemorialis, per quam ſi aliquis abinteſtato decedat, ſiue vir, ſiue fœmina ſit, teneatur hæres, & compellatur quintam partem, vel aliam minorem, pro anima decedētis diſtribuere, quia obſeruanda erit talis conſuetudo, quæ non eſt intelligenda in præiuditium filio-
33 rum, vel nepotum legitimorum, quia exorbitans, & irrationabilis eſſet, pro quo in fauorem deſcendentium legitimorum, vel aſcendentium, facit ratio, & diſpoſitio textus in l. 36. Tauri, nec vſquam credo admiſſum, vt aduertit Ioannes Rojas, in dicto capite tertio ſucceſsionum, num. 6. quod attinet ad hæredes extraneos, hoc eſt, collaterales fratres, vel alios, prout iam dixi, neceſſaria eſſet declaratio, per legem, & ea non extante non tenētur ad dictam diſtributionem, niſi adſit conſuetudo in contrarium.

Quod ſi replices, talem conſuetudinem eſſe contra leges Regni, & Recopilationis, quas citauimus, quibus defertur vniuerſa hæreditas, y todos los bienes ab inteſtato venientibus, & etiā Fiſco in defectum eorum, atque ideo non poſſe aduerſus dictas leges introduci conſuetudinem prædictam, ex his, quæ latè adduximus capite ſequente ex nu. 20.
34 alijſq; pluribus, reſpondendum eſt, ne contraria aſſeramus hanc limitationem ſublimitandam, vt tantum procedat, quando talis conſuetudo à Principe eius, vel conſilio, ſiue Chancellaria autoritate rerum iudicatarum fuerit approbata, ex his, quæ dixi numero vigeſimo nono capitis ſe-
36 quentis, vel ſi ſit immemorialis, & quia in fauorem piæ cauſæ obtinet prima opinio, & fundamēta, quæ adduxi dicto capite, numero trigeſimo ſecundo, & ſequentibus, & ex his, quæ in varijs priuilegijs adducit Tyraquellus in tractatu de priuilegijs piæ
36 cauſæ, priuilegio centeſimo, quadrageſimo ſexto, & melius centeſimo, quadrageſimo octauo, vbi reſoluit in dubijs (quale eſt dictarum opinionum controuerſia de immemorialibus conſuetudinibus, & an ſint derogatæ per leges Recopilationis) iudicādum eſſe in fauorē cauſæ piæ, prout in noſtro caſu iudicari debet, quoad dictam diſtributionem

nem quintæ partis, vel alterius pro animis defunctorum, ab inteſtato decedentium, vel quando fuerit à Rege Domino noſtro eiuſve Conſilio, ſeu Chancellaria per ſententias iudicatum. Allegat Tiraquelus textum ordinarium, in lege, ſunt perſonæ. ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum dicto priuilegio centeſimo quadrageſimo octauo. Petrum de Ancharrano, cõſilio quadrageſimo ſexto, & Doctores in capite, in præſentia, de probationibus, alioſque autores, quos tranſcribere, nõ eſt neceſſarium, quia mei inſtituti eſt, paucas, & veras Doctorum allegationes adducere, in eis quidem plures videbis.

Prædictis tamen duobus caſibus ſublimitationib⁹ exceptis du
37 bitationem magnam continet talem conſuetudinem, etiam ſi ſit decem annorum, & etiam quadraginta præſcriptam obſeruari, cum directo repugnet legibus Regni, eiſque obſtat in verbis iam relactis, ex quibus acquirũtur veniẽtibus ab inteſtato. *Todos los bienes del difunto*, ſine diminutione niſi dixeris, talem conſuetudinem, expendendi aliquam bonorum partem pro anima inteſtati decedẽtis, eſſe interpretatiuam, vt quod ſic expendendum ſit, reputetur, & talis diſtributio pro impenſa funerali iudicetur neceſſaria ad quam hæredes omni iure tenentur dicta l. ſi quis ſepulcrum. §. ſumptus. ff. de religioſ. & ſumptib⁹ funerum iuncta lege vndecima tit. decimo tertio part. prima vbi Gregorius gloſ. octaua, & per excluſionem conſuetudinum non intelligitur reprobata nec excluſa interpretatiua, legum Decius conſ. vndecimo, quoniam iudicantium columna ſeptima Tiberius Decianus reſponſo 51. num. 56. & ante eum ex noſtratibus Burgos de Paz loquens de legibus regni in l. 1. Tauri reſoluens iure ciuili, interpretari poſſe regium ius, num. 569. quos capite præcedenti allegaui n. 45.

Sed adhuc obſtant verba dictæ legis duodecima tit. decimo tertio part. prima, quatenus, inquit: *E en todas las otras deſpenſas, que facen, por razon del cuerpo, antes que ſea enterrado*, nec quiquam
38 agit de eleæmoſinis, vel miſſarum ſacrificijs, & ibi Gregorius Lopez dicta Gloſ. octaua refert Abbatem in capit. finali de rebus Eccleſiæ tenentem, taxari per ſtatutum poſſe, ſumptus funeris ſecus ſi eſſent, ſumptus tangentes remedium animæ defuncti, quia diuerſi ſunt, itaque illud quod pro anima expenditur extra funus, non venit ſub funeris impenſa, & ſolum arguit Gregorius Lopez de veſtibus lugubris anſint deducendæ de quinto, vel de corpore hæreditatis, & nulla

nullatenus dicit venientes abinteſtato teneri quintum, expendere, pro anima defuncti, ad quod corrupte ipſe allegauit ſpeculum teſtamẽtorum dicta gloſſa 2.num.54. cuius propium erat caſum ex profeſſo vt contingentem declarare.

Punctus quidem dificilis eſt, & ſi cum reſolutione procedere intendam non auderem, talem expenſam quinti pro anima hæredibus abinteſtato imponere, & cum illa eos grauare etiam ſi allegaretur, & probaretur conſuetudo, niſi eſſet immemorialis vel à Rege Domino noſtro ſeu eius conſilij vel Chancellaria approbata per ſententias, vt iam dixi, atque ideo in hoc vltimo caſu relinquo cogitandum, donec lege definiatur quæ neceſſaria eſt, conſuetudine vero non extante ſine dubio non ſunt compellendi hæredes, nec vllus ad-
39 ditus eſt ad talem diſtributionem quinti, vt iam late contra Rojas, & Spinum, & additionatorem Gomecij concluſimus. Itaque ſi adſit conſuetudo diſtinguendum eſt, quia ſi eſt immemorialis, vel à Rege in eius conſilijs, vel Chancellarijs approbata compellentur. Si autem hæc non concurrant licet allegetur, & probetur conſuetudo præſcripta, eſt cogitandum, eo quod ſit contra leges regni quæ deferunt dicta vniuerſa bona venientibus abinteſtato.

Et cum tetigerim in teſtatorum ſucceſsiones, & caſus earum adduxerim, circa gradus, & reciprocationem neceſſariam, ſucceſsioni abinteſtato ſit locus, vi-
40 dendus eſt Couarrub. in ſpeciali huius rei tractatu, vbi caſus, qui contigere poſſunt conſtituit, & in decima tertia concluſione de reciproca illegitimorum ſucceſsione, cui adde Ioannem Garciam, & quos citat, & plura; quæ optime adducit, circa ſucceſsionem filiorum, vel fratrum naturalium Ioannes Garcia de nobilitate Gloſſa vigeſima, ex numero decimo ſeptimo, & numero decimo nono concludens in Hiſpania ex l. finali titulo decimo tertio part. ſexta: fratrem naturalem, ex patre tantum, admiti, ad ſucceſsionem fratris naturalis inteſtati, ſi moriens vterinos fratres non relinquat, & ita obtinuit per Ioannem Velazquez de Talabera, hermano natural de padre, de don Franciſco Ve-
41 lazquez de Talabera, vezino de eſta Ciudad de los Reyes, que murio ſiendo mentecato, y aſsi impedido de teſtar: y era rico: y aunque ſe auriguo tener deudos legitimos, en Talabera de la Reyna, de donde era ſu padre Franciſco Velazquez, que vino a ſer conquiſtador, y poblador deſte Reyno, ſe dio por ſentencia al dicho Iuan Velazquez, la herencia

herencia del dicho ſu hermano natural.

Dixi præterea fiſcum deficientibus deſcendentibus, & aſ-
42 cendentibus, & collateralibus agnatis, & cognatis ſuccedere ex dicta l. duodecima tit. octauo lib. quinto Recopil. & leg. ſexta tit. decimo tertio part. ſexta cum adductis à Gregorio Lopez Gloſſa ſexta. ibi. *Sed vsque ad quem gradum extenſio ſucceſsionis fiat, vt ſit locus fiſco dubitari poſſet.* Quia dicta lex duodecima in noua Recopilatione, nec in corpore vnde ſumitur hoc declarat ſed tantum dicit nouo iure · *Heredero de los que ſuben, ò deſcienden, ò de trabieſſo. Todos los bienes ſean para nueſtra Camara.* Hanc dubitandi rationem adducit Montaluo in eadem lege quæſtione tertia titul. quinto libro tertio fori, & ex pluribus iuribus, quæ allegat reſoluit vſque ad decimum gradum extenſionem fieri, vt fiſcus excludatur. Idem reſoluit Azebedo in eadem leg. duodecima numero primo, Matienço Gloſſa ſecunda numero tertio ponit practicam pro fiſco qualiter conſtare poſsit, nullum eſſe conſanguineum ſcilicet per bannimenta, & proclamata.

Contrarium tamen imo prædictam ſucceſsionem conſangui-
43 neorum collateralium, ſeu tranſuerſalium non extendi, vltra quartum gradum, defendit pluribus fundamentis dominus Franciſcus de Alfaro, nunc meritiſsimus huius regalis ſenatus Limenſis auditor, qui ipſe vltra generis, & litterarum virtutiſque dotes, refulget quidem immunere auditoris, nam in cauſarum litiumque relationibus facile dicta percipit, & percepta retinet, in libro itaque de officio fiſcalis Gloſſa vigeſima numero centeſimo vigeſimo nono contra communem, tenet non extendi vltra quartum gradum, ſucceſsionem cognatorum, ad excludendum fiſcum, eſt enim multum conſiderabile, quod adducit, ex reportorio Licenciati Didaci de Atiença, quod quidem reportorium eſt, quaſi pars eiuſdem Recopilationis, & alia quæ ponderat ſunt notatu digna pro fiſci parte.

44 Sed nihilominus contrariam complecti debemus ſententiam, & argumentis, per dictum dominum Auditorem adductis, ex tenore eiuſdem legis duodecima, titulo octauo libro quinto Recopilationis plene reſpondetur, dum inquit: Y no ouiere heredero de los que ſuben, ò deſcienden por linea derecha, ò de trauieſſo. Nec declarat vſque, ad quem gradum extendatur, conſanguineorum ſeu collateralium ſucceſſio, an intra vel extra quartum gradum leges itaque,

nouiores per antiquiores declaclarantur lex non eſt nouum, lex ſed, & poſteriores. ff. de legibus adducit Gama deceſsione ſeptuageſima ſeptima igitur hæc dubitandi ratio per antiquas leges iuris communis, & ex lege ſexta titu. decimo tertio part. 6. venit declaranda, ſcilicet extenſionem fieri, vſq; ad decimũ gradum, nec intereſt admatrimoniũ contrahendũ, non niſi intra quartum gradum prohibitioné fieri, quia eſt in illo caſu limitato, qui effectum etiam ſuum limitatum producit, iuxta vulgaria iura nec ad alios fit extenſio, contra communes iuris determinationes, & ideo tenenda eſt communis, quia etiam vltra quartum gradum nõ prohibeantur matrimonium contrahere, cognati, & cõſanguinei, ſunt ad effectum ſucceſsionis.

Vt conſiderat, & reſoluit Ro-
45 jas deſucceſsionibus cap. 32. n. 23 per textũ in §. fin. inſt. de ſucceſ. cognatorum. §. ſunt autem inſt. de bonorum, poſt Bart. in l. fin. C vnde legitimi gloſ. Abbas, & alij in cap. poſtremo de appell. Matheſilanus, in tractatu de ſucceſ. abinteſtato art. 3. principali n. 30 quod magis apertè conſtituitur in d. l. 6. tit. 13. p. 6.

46 Vnde cauendum eſt à ſummario, ſeu reportorio facto per Licenciatum Atieçam, fol. 169. ſub littera H. dum ibi, inquit: *Los bienes, y herencia del que muriere abinteſtato, ſin dexar pariẽtes dẽtro del quarto grado, ſean del Rey*, Nam fuit lapſus in computatione gradum, quia lex. 12. quam citat hoc non probat, & ſeruanda eſt, lex partitæ quæ hoc expreſſe dclarat quæ eſt 6. tit. 13. p. 6. iam citata.

In bonis vero maioratus ſeu vinculo ſubmiſsis, vel vbi adeſt conſuetudo vt reuertantur bona ad trumcum, & forus de hoc ſeruatus, patet manifeſte non procedere, quæ ſupra conſtituimus, vt de foro municipali de Sepulueda, & Molina, & de foro Cantabriæ aduertit Rojas in dicto epitome ſucceſsionum cap. 30. n. 2. & 3. & 12. & de regniſucceſsione quod ſit vſq; ad mille etiam gradus tenet n. 25. cap. 22. idemq; in ducatu, varonia ſeu quolibet ma-
47 ioricatu, maior eſt dubitandi ratio in ſucceſsione vxoris, & viri deficientibus deſcendentib⁹, & cõſanguineis legitimis collateralibus an excludant, vel excludantur à fiſco, & reliqui de quibus, mentionem facit, Tello Fernandez in lege tertia Tauri tertia parte numero decimo tertio, qui concludit fiſcum excludere vxorem, & maritum abinteſtato, contra eius opinionem tenent cum Matienzo, & Azebedo in eadem lege duodecima iam citata numero ſecundo Gloſſa ſecunda Gutierrez libro ſecundo practicarum. quæſtio. 113. D. Franciſ

Franciſcus de Alfaro, dicta Gloſſa vigeſima, numero centeſimo, ſexageſimo tertio, dicit in ſtricta diſputatione forſam defendi poſſe, Telli opinionem, eam
48 quidem veriorem exiſtimo, quã tumuis refragantibus prædictis autoribus, magiſque conſonam menti, & verbis dictæ legis duodecimæ, & eis verbis dictæ legis tertiæ Tauri, quam adducit Tellus Fernadez, de cuius ingenij ſubtilitate non eſt credendum, ſine magno fundamento hoc dixiſſe.

Et vltra per eum adducta eſt
49 ponderandum, tres tantum ſucceſsiones inteſtatorum, legẽ prædictam conſtituiſſe, ſcilicet deſcendentium, & aſcendentium, & tranſverſalium, y a falta de eſtos tres grados de ſucceſsion, inquit lex; *Todos los bienes ſean para la nueſtra camara*, ergo excluduntur vir & vxor à Fiſco, & vbi legem tam euidentem, & claram habemus, nulla dubitatio oriri poteſt, nec diſputatio legis Ancillarum, C. de furtis, & forma à lege data, qualis eſt præfacta de ſucceſsione inteſtati agens eſt ſeruanda,
50 quæ dat eſſe rei, lege, Iulianus. §. primero, cum ſimilibus, ff. ad exhibẽdum, & formæ prædictæ ſucceſsionis nihil addi, vel minui poteſt, argumento textus in lege prima, §. opus nouum, ff. de noui operis nunciatione. Bald. in lege prima, C. de ſuis, & legitimis hæredibus.

Præterea dicta lex duodecima, quatenus excludit virum, & vxorem tacitè à ſucceſsione, & deſficientibus trãſverſalibus, admittit Fiſcum, quamuis retrahat nos, à beneficio Prætoris, per quod illa coniugum ſucceſsio introducta fuit, redducit caſum ad ius antiquum, ex quo Fiſcus admittebatur, prout adnotauimus ſupra, numero duodecimo, quo caſu lex etiam correctoria, redducens nos ad terminos iuris antiqui fauorabilis, non autẽ odioſa
51 cenſenda eſt. Gloſſa ordinaria, in capite, ſtatutum, verbo, numerandum, de præbendis, libro ſexto. Alexander, in lege, ſi conſtante, numero quinto, ff. ſoluto matrimonio Iaſſo in authentica quas actiones numero vigeſimo quarto. C. de ſacroſanctis Eccleſ. Aimon Craueta de antiquitatibus temporum quarta parte in principio numero quarto Curtius Iunior conſ. 102. numero quinto, & conſ. quinto numero vigeſimo primo. Molina de primogenijs libro tertio capit. quarto n. 26. Atque ideo quantumuis rigorem maximum continere videatur, & ſe contra communem in puncto iuris veriſsimã cenſeo Telli Fernand reſolutionẽ, & iã hodie vt eius verba referã, ille dicitur hæres, qui ſecundum ius Regium, non quia iure ciuili conſtitutus eſt, & ſic erunt hæredes,

qui ex dicta legè vocantur, quia poſt aſcendentes, & deſcendendentes, & tranſuerſales ſtatim ſuccedit fiſcus, itaq; (inquit ipſe) Tellus ſi daremus teſtamentum, in quo nullus eſſet inſtitutus,
52 vel noluerit addire deficientibus, conſanguineis ex linea aſcendenti, & tranſuerſali erit hæres fiſcus item non erunt Patroni, nec liberi, vel parentes eorum nec vir, & vxor, nec cognati manumiſoris ſed tantum fiſcus, vt dictum eſt, quia hic de iure vocatur, & cætri excluduntur, cum Tello Fernandez tranſit, Olanus littera V. num. 21. licet contra vtrumque ſuplendo, litteram textus in d.l.12.num. 2. teneat Azebedo eam leuibus fundamentis intelligens, quatenus dicit: *Todo hombre, o muger*, deſoluto, vel ſoluta, nō vero de vxorato, vel coniugata, muliere, ac ſi ſub illa vniuerſali, & indefinitiua, omnis homo, non venerit, qui vxorem habet, quod magis, & vxoratis, vel cōiugatis legem comprehendiſſe patet, in vltimis eius verbis, dum ad ſucceſsionem inteſtati, vocat deſcendentes, & aſcendentes, & tranſuerſales, & poſtea fiſcum, nec vllam mentionem vxoris, vel viri egerit, cum antea in principio dixerat: *Todo hombre, ó muger*, eſſetq; magna reſtritio, & velut abſona legem tantummodo de ſolutis intelligere, cum ſi hoc lex voluiſſet facile, expreſsiſſet, ſunt vulgaria iura l.1.§.ſin autem ad deficientis. C. de caducis tollendis cum alijs, pluribus generaliterq; loquens ſic venit intelligenda. l.1. §.generaliter. ff. de legat præſtandis cum ſimilibus: & quod
53 maximoopere conſiderandum eſt extante.l.ſexta tit.decimo tertio part.ſexta, quæ hunc caſum, viri, & vxoris, & ſucceſsionem, admitit hanc legem fori, quæ de eis mentionem non facit, nec vocat imo virtualiter excludit, fuiſſe traductam in ordinamento veteri, & poſtea in noua recopilatione, quod quidem ſuum præfactumque effectum debet ſortiri, alias de nihilo fere ſeruiret, & inutilis eſſet, & ſuperflua eius traditio, cum ex lege partitæ fuerit caſus prædictus clarus admiſsionis viri, & vxoris, & vt conſtaret prædicta excluſsio, quæ tacite, & virtualiter ſit traducta, & compilata eſt, vt oporetur aliqui de nouo, & ſecundum eam iudicetur, & ſic ſatis defenſa manet, Telli reſolutio.

(?)

# CAPVT. VIII.

1 *CONSVETVDINES antiquiſsimæ, legibuſq; antiquiores.*

2 *A prima ciuitate, quam Caim ædificauit, conſuetudines originem habuerunt.*

3 *Melius eſt initium legis, quàm conſuetudinis.*

4 *Refertur lex duodecim Tabularum, de conſuetudine.*

5 *Romana Reſpublica compoſita ex monarchia Ariſtocracia, & Democracia, ex Polibio, & Dionyſio Alicarnaſeo.*

6 *Romulus, quã ſibi poteſtatem retinuerit quam Populo reliquerit.*

7 *Cæſar primus, & poſt eum Auguſtus, & Tiberius, quod ius Populo Romano ademerint.*

8 *Romulus primus Romanæ vrbis Rex nullas leges tullit, niſi ſuffragio populi acerſito.*

9 *Populi Romani magna autoritas, à quo non potuerunt Cæſares eripere ius legis condendæ.*

10 *Conſuetudinis definitiones variæ referuntur.*

11 *Aſſuetudo, conſuetudo, & diſſuetudo, quæ ſit, & vnde deriuetur.*

12 *Quid ſit conteſtatio, quid conſtitutio?*

13 *Diſſuetudo vnde dicatur, & quid reſpiciat, & in quo diferat à conſuetudine.*

14 *Per diſſuetudinem lex non tollitur, niſi in ea ſit implicitus legis cõtrarius vſus.*

15 *Doctor Antonius Pichardus Primariã legum Cathedram Salmanticæ regens laudatur.*

16 *Intellectus legis ſecundæ. C. quæ ſit longa conſuetudo varij, & plures referuntur, & improbantur.*

17 *Adducitur intellectus, quem autor ſequitur.*

18 *Arduiſsima, & vtilis quæſtio, an hodie valeat conſuedo contra leges Recopilationis, vel Partitarum.*

19 *Refertur littera pragmaticæ de el Año de 611. circa ſeruandas leges Recopilationis.*

20 *Conſuetudini præcedenti non cenſetur derogatum per legem ſequentem, niſi de eadem conſuetudine mentio fiat.*

21 *Contrarium in propoſito noſtro defenditur, & conſuetudinibus præteritis per noſtram pragmaticam fuiſſe derogatum; quod extende ut procedat, etiam quoad leges ſeptem Partitarum, vt n. 18.*

22 *Quãdo lex eſt prohibitiua, licet expreſſe non deroget conſuetudini, tamen conſuetudo in contrarium non valet.*

23 *Conſuetudo, quæ à lege reprobatur, irrationabilis eſt, & quando eam damnat.*

24 *Conſuetudo contra legem regulariter nõ valet, niſi ſit inducta ex certa ſcientia eius, qui legem poteſt condere, quod præſumitur, ſi non contradicat.*

25 *Conſuetudines inductæ contra leges Recopilationis Regni Caſtellæ, potius appellandæ ſunt corruptelæ, & ſubterfugia aduerſus leges.*

26 *Declaratur non procedere in legibus, numquam receptis.*

27 *Pœna confeſsionis fictæ contra non conteſtantem litem intra nouem dies nõ fuit recepta, nec practicata in ſuperioribus tribunalibus.*

28 *Præſentatio inſtrumentorum in quacumque parte litis admititur, nec lex contrarium diſponens fuit recepta.*

29 *Excluſio praxis alicuius legis Recopilationis non intelligitur, ex permiſſu Regalis Chancellariæ, nec ex eius autoritate hoc fieri poteſt.*

30 *Cõſuetudo à Rege approbata habet vim priuilegij.*

31 *Nec ei eſt derogatum per leges Recopilationis, & pragmaticam anni 1611.*

32 *Per pragmaticam eandem non eſt, derogatum conſuetudini immemoriali, & ſi ſit contra leges Recopilationis contrarium. n. 34.*

33 *Conſuetudo antiquiſsima habet vim priuilegij à Principe conceſsi.*

34 *Conſuetudo centum annorum eſt immemorialis.*

35 *Reprobata à lege conſuetudo cenſetur iniqua, & ſi ſit immemorialis.*

*Reſolutio*

36 *Reſolutio quæſtionis cōſtituitur, reprobationem conſuetudinis intelligendam eſſe etiam de immemoriali, & ad eam extendi, quod attinet ad leges Recopilationis, ſecus in legibus Partitarum, n. 92.*
37 *Per legem primam huius tituli primi, libri ſecundi Recopilationis, & per pragmaticam anni 1611. non cenſetur derogatū futuræ cōſuetudini, nec præteritæ.*
38 *Nec etiam derogatum extat conſuetudini interpretatiuæ legum Recopilationis, & Partitarum.*
39 *Legum interpretatio triplex, & generalis Principi competit.*
40 *Interpretatio ſpecialis legis fit per iudices, & earum ſententias, & res iudicatas.*
41 *Altera, & tertia interpretatio eſt legis generalis, & neceſſaria, & nō in ſcriptis redigēda, quæ fit per cōnſuetudinē.*
42 *Declaratur textus in l. ſi de interpretatione, cum l. ſequenti ff. de legibus.*
43 *Conſuetudo interpretatiua ea dicitur, quæ fit, cum adeſt aliquod dubium, vel ambiguitas, in caſu legis, de cuius interpretatione agitur, aliter nō procedit.*
44 *Conſuetudo interpretatiua nō requirit præſcriptionem.*
45 *Excluſio conſuetudinis, aduerſus legē non comprehendit, nec ſe extendit ad cōſuetudinem interpretatiuam, ex quo fit iure ciuili interpretari poſſe Regiū ius.*
46 *Statuta vnius ciuitatis interpretationem accipiunt, ſecundum conſuetudinem alterius ciuitatis vicinæ.*
47 *Conſuetudo interpretatiua fauorabilior eſt, quam diſpoſitiua.*
48 *Statutum, quod aliàs non valet, ſuſtinetur, per cōſuetudinem interpretatiuam; nec ab ea eſt recedendum.*
49 *In Chancelallarijs Regijs circa deciſſionem & ordinationem cauſarum, quæ ſint ſeruandæ leges.*
50 *Reges debent leges cōdere, & ardua expedire, ex conſilio ſuorum procerum.*
51 *Poſt leges Recopilationis, & in caſibus in eis nō deciſsis ſeruandæ ſunt ordinationes Chancellariarum, & vtriſq; deficientibus, recurrendum eſt ad ſtilum.*
52 *Stilus poteſt allegari pro deciſione cauſarum, & habet vim legis, & alia de ſtilo referuntur, & de practica antiqua.*
53 *Dubia cauſarum, & diſcordia iudicum, ex quibus ſoleat procedere remiſiuè.*
54 *Priuilegia à Principe cōceſſa, & ſi ſint contra leges Recopilationis, non cenſentur reuocata, per præceptum de legibus Recopilationis ſeruandis.*
55 *Priuilegia, quæ tranſierunt in contractum, ſunt irreuocabilia.*
56 *Conſuetudo generalis, & vniuerſalis nulla eget probatione.*
57 *Qualis ſit conſuetudo retrahendi res venditas, cauſam executionis, intra nouem dies immobiles, & mobiles intra triduum.*
58 *Iudices ordinarij, an poßint elapſis prædictis diebus reſtituere debitori res venditas, ob cauſam executionis declaratur & limitatur.*
59 *Laudes iudicum ſuperiorum, qui Præfecti Pretorij vices gerunt ex iure conſulto Arcadio.*
60 *Quid ſit obſeruandum circa reſtituendas res venditas, pro executione, vbi venditio fuit valida, & ſine vtilitate pretij lapſo termino vnius anni, vel ſex, vel octo menſium.*
61 *Conſuetudo an dicto Doctoris probetur, qualis eſſe debeat.*
62 *conſuetudo regulariter probanda.*
63 *De obſeruantia legum fori, & municipalium remißiuè.*
64 *Conſuetudinē, quæ ex actis conſtat, non eſt neceſſarium probare.*
65 *Notoria ex actis ſufficit allegare.*
66 *Vſum legis fori allegare, & ſi notorius ſit, expediens conſilium eſt.*
67 *Conſuetudines redactæ in Codice conſuetudinum non eſt neceſſaria probatio.*
68 *Cum agitur de obſeruantia legum fori, recurrēdum eſt ad ea, quæ de ipſis legibus adducit Burgos de Paz, de iure noſtro Regio ſufficit notorij allegatio, etiā ſi ſit notorium facti, & quod aliàs probationem requireret.*

69. Illatio

69 *Illatio ex præcedentibus ad leges municipales conſuetudines, erectiones Eccleſiarum, & conſtitutionum, quæ in cathedralibus Eccleſijs appellantur conſuetæ.*

70 *Ardua, & notabilis proponitur quæſtio an hodie ſit ſeruanda conſuetudo præterita, contra leges ſeptem partitarum extãte Regia pragmatica anni. 1611.*

71 *Reſoluit autor non valere talem conſuetudinem.*

72 *Quæ dicta ſunt circa leges Recopilationis (non obſtante conſuetudine) ſeruanda & repetenda ſunt, vt quad leges partitarum etiam obtineant.*

73 *Probatus prædicta concluſio referendo verba noſtræ practicæ, & pragmaticæ, quæ eſt in initio Recopilationis, & legis primæ Tauri hodie lex. 5. hoc tit. 1. lib. 2. Recopil.*

74 *Relatum in eſt in referente.*

75 *Relatiuum requirit ſubſtantiuum.*

76 *Gregorius Lopez in titulo 2. p. 1. non tetigit hanc quæſtionem an ſcilicet valeat conſuetudo à populo introduci contra leges partitarum.*

77 *Conſuetudo non valet aduerſus leges partitarum niſi ſciente, & conſcienta Rege quam ſi non improbat videtur conſentire.*

78 *Vt conſuetudo valeat requiritur vt ſit rationabilis, & alia quæ hoc numero referuntur.*

79 *Conſuetudo requiritur vt præſcribatur decem annis.*

80 *Vna pars populi, vel quarterium poteſt introducere conſuetudinem.*

81 *In reſeruatis Regi requiritur immemorialis conſuetudo.*

82 *De iure canonico conſuetudo præter ius requirit decem annos ſi autem ſit contra ius requiruntur quadraginta anni.*

83 *Reſolutio de obſeruandis, hodie legibus partitarum non obſtantibus conſuetudinibus, limitatur in legibus nunquam receptis, vt ſupra dictum eſt num. 26.*

84 *Partitarum leges plures ſunt antiquæ, vel vſu non receptæ præcipue ex partita 2. & quid de prima.*

85 *Leges partitæ tertiæ, vtiles & praxi, & theoricæ neceſſariæ, & quid de quarta.*

86 *Leges quintæ partitæ vtiles & neceſſariæ ad praxim, & idem dicere poſſumus de legibus ſextæ partitæ.*

87 *Leges ſeptimæ partitæ quoad delicta, & eorum pugnitionem innouatæ ſunt.*

88 *Refertur notabilis caſus circa prædicta*

89 *Opus inſigne eſt, quod conſtructum fuit in partitarum legibus condendis.*

90 *Rationes adducuntur ad comprobandã reſolutionem, quam tenet autor per pragmaticam anni 1611. eſſe innouatam obſeruantiam legum partitarum.*

91 *Securum eſt in iudicando, & conſulendo leges partitarum earumque deciſiones ſeruare exceptis antiquatis quod faciũt viri pij iuſtitiæque amatores.*

92 *Conſuetudo immemorialis ſeruanda eſt, ſi repugnet legibus partitarum, & redditur ratio differentiæ inter has, & leges Recopilationis.*

93 *Explicantur verba illa legis primæ Tauri, aunque no ſean vſadas, y guardadas, redacta ad leges partitarum.*

94 *Lex Tolletur per deſuetudinem quando deſuetudo habet implicitum contrarium vſum, & quomomodo hoc ſit intelligendum.*

95 *Conſuetudines de quibus numeris. 26. & 30. & ſequentibus, quemadmodum obtinent, & ſunt ſeruandæ aduerſus leges Recopilationis: ita etiam cõtra leges partitarum.*

96 *Commendatur vtilis, & notabilis reſolutio autoris, vt præteritæ ſublatæ ſint ab anno 1611. antea exceptis hiſque relatæ ſunt quod certum, & ſecurum affirmat.*

97 *Redduntur aliæ prædictæ reſolutionis rationes cum proteſtatione, & ſummiſſione de qua hic.*

98 *Anno 1615. piratæ hæretici mares del Sur ingreſſi per fretum de Magallanes, & portum del Callao, Limenſis ciuitatis infeſtare tentarunt.*

99 *Cura vigilantiſſima domini Ioannis de*

*Mendoza & Luna Marchiones de Monteſclaros Viceregis del Piru, cum hæretici prædicti mare noſtrum inſultarunt.*

100 *Dominus Rodericus de Mendoza præfectus militiæ nauali, eiuſque animi fortitudo laudatur.*

101 *Illuſtris, & Excelentiſsimus Dominus Franciſcus à Borja, Princeps de Squilache nunc Vicerex del Piru, ſumma laudè dignus eiuſque præclariſsimæ, & inſignis virtutes cuius Autor eſt aſſeſſor.*

# CAPVT VIII.

## Ad rubricam tituli primi libri ſecũdi Recopilationis, & l. 1. eiuſdem tituli, & pragmaticam anni 1611. qua præcipitur ſeruari leges Recopilationis, & an conſuetudinibus dictis legibus repugnantibus, ſit derogatum, vel immemoriali ſeu interprætatiuæ conſuetudini, & quid de legibus partitarum an valeant conſuetudines aduerſus eas inductæ.

PRO Explicatione vtiliſſimæ, & quotidianæ quæſtionis cũ de iure conſuetudinario agamus, præmitendũ
1 eſt antiquiſsimas fuiſſe cõſuetudines, legibuſque ſcriptis antiquiores exordiũ namq; habuerũt à prima Orbis ciuitatæ, quam Caim
2 edificauit: ex quo homines cõuenientes in vnum cœperunt habitare ius vero cõſtitutionis à Moy
3 ſe incepit, & ſic conſuetudo antiquiorem ortum habuit, cap. finali. §. ius vero. 6. diſtintione. Tamen melius eſt initium conſtitutionis, quam conſuetudinis, licet prius fuerit cõſuetudo, quam lex Regia, ita Rebufus. 3. tomo ad leges Gallicas, tractatu de conſuetudine, in rubrica, nu. 5. in cuius initio ait, lege duodecim tabularum, ſcriptum fuiſſe, ritus fami
4 liæ patriæq; ſeruato, vt rem tamẽ ab origine repetimus præmitendum eſt Romanam, rempublicã, compoſitam fuiſſe, ex monachia
5 Ariſtrochacia, & Democracia, ac temperatam, vt ex Dionyſio Alicarnaſeo, & Polibio refert Balduinus ad legem quintam Romuli n. 1. & ſequentibus, proptereaq; fuiſſe optime à principio conſtitutam, & multis deinde annis, cõſeruatam extat que de hac re
6 grauiſsima Polibij diſputatio Dionyſius eum refert, & vtrumque Balduinus in l. 5. *Romuli*, quam ſibi poteſtatem Romulus retinuerit, quam ſenatui, quam populo reliquerit ſcribit enim tria hæc populo eum tribuiſſe, plebi (inquit Polibius) hæc tria commiſsit, magiſtratus creare, leges ſancire de bello referente Rege decernere, hæcquæ, poſt multis

multis poſt Romulum annis populo relicta ſeruataque fuiſſe, Polibius oſtendit, itaque magna fuit populi poteſtas, declaraturque quanta, & qualis fuerit, in dicta lex. 5. cuius verba ſunt: *Populus magiſtratus creanto leges ſciſcunto Bella decernunto*, quo ad primum caput attinent, non ſolum magiſtratus, ſed etiam Sacerdotes, per ſuas curias diuiſus eligebat populus, poſtea vero electo Conſule Scipione Africano minore, reclamauit ſe ex lege Romuli eſſe Principem commiciorũ, & legum quæ in his ferentur, Iulius autem Cæſar, cæ-
7 pit hoc ius illi eripere, & cómicia cum populo fuit partitus, Auguſtus tandem Cæſar, & poſt eum Tiberius hoc ius populo ademit. Ex Balduino vbi ſupra ad ſecundum caput legum ſcilicet ſciſcicendi abinitio populus eas ſciſciuit, hoc ex eo pen-
8 det quod nullas Romulus tuleri, niſi curiatas, hoc eſt ſuffragio populi per curias accenſito, comprobatas poſtea fuerunt plebiſcita, neque Cæſares ſtatim ius legis ferendæ populo eripere potuerunt.

Vides quanta fuerit populi Romani autoritas ex quibus de-
9 duces, non modicam etiam eſſe conſuetudinis autoritatẽ præter eam, quam populus ſemper habuit, tum etiam, quia ſine ſcripto, (vt refert Iuſtinianus) ius venit, quod vſus approbauit, nam dicitur mores cõſenſu vtentium approbatæ legem imitantur, ex §. ſine ſcripto inſtit. de iure naturali.

Variæ autem ſunt conſuetu-
10 dinis diffinitiones nam vt ait diuus Iſidorus conſuetudo eſt ius quodam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cum defficit lex. cap. conſuetudo. 1. diſtintione Gloſſa in cap. cæterum de teſtibus cogendis, quam proſequitur diffinitionem Bartolus in l. de quibus. ff. de legibus Panormitanus, & alij in rubrica de conſuetudine Ioannes Faber, & Angelus in. §. ex non ſcripto inſtit. de iure naturali, ſed hanc diffinitionẽ recte improbat Rochus de Curte in tractatu de con ſuetudine. q. 1. & plerią; alij quos refer Rebuf. in d. rubrica de conſuetudine n. 3. vbi ipſe aliam cõſtituit, ſcilicet cõſuetudo eſt vſus longo tempore obſeruatus. Comprobat ex dicta lege de quibus Hugo tamẽ Donelus, ſic definit, conſuetudo eſt mos, & vſus diuturnus conſentiẽtis populi, de iure ciuili lib. 1. ca. 10. in principio, ex noſtratibus Antonius Pichardus in d. §. ex non ſcripto inquit diffiniendo. Conſuetudo eſt ius quodam non ſcriptum, moribus vtentiũ introductum, habẽs vim legis, cõprobat ex d. §. & ex l. de quibus cum octo ſequentibus l. 1. iuſta finem. ff. de aqua pluuia

arcenda pluribuſq; alijs autoritatibus, abeo relactis, precipuè ex tit. 2. part. 1. & vltra eum, & alios noſtros Regnicolas, pro declaratione prædictorum ſciendum eſt in noſtri propoſiti materia, tri-
11 plicem eſſe terminum, videlicet aſuetudo, conſuetudo, & diſuetudo, vt conſtituit Guido Papæ deciſ. 631. n. 35. aſuetudo itaque eſt quaſi aſsiduus actus, & pro tironibus ſimilis vocabulo, Iudex quaſi ius dicens cap. forum. §. iudex de verborum ſignificatione, & ſimilis in iurgio quaſi iuris garrium, vt eodem cap. §. iurgiũ, & ſimilis in poſſeſsione quaſi pedum poſitio, l. 1. in principio. ff. de acqui. poſſe, & in teſtamento quaſi teſtatio mentis, in principio inſt. de teſtamentis, & ſimiles in mutuo quaſi de meo tuum l. 2. §. appellata. ff. ſi certum petatur, & de excommunicatione, quaſi extra communionem.

Item conſuetudo, & deſuetudo, deriuatur ab illo vocabulo ſuetudo, additis ſolum iſtis monoſyllabis, Con, & De, ex quarũ adiectione reſultat totaliter contrarius effectus, quoniam dicta monoſyllaba Con, auget, & ponit, ſed monoſyllaba de, nec auget, nec ponit, imo totaliter minuit, & priuat, dicitur autem conſuetudo quaſi communis aſſue-
12 tudo, habetur in cap. conſuetudo, prima diſtintione verb. vocatur autem, ſimile in conteſtatione, qui conteſtatio dicitur, quaſi communis teſtatio, vt notatur per Innocentium in cap. 1. delitis conteſt, ſimili eſt in conſtitutione, quaſi communis inſtitutio, vt notatur in rubrica de conſtitutionibus, hinc eſt, quod de propia virtute vocabuli, conſuetudo non cadit in vna ſingulari perſona, & vna perſona ſingularis, non poteſt dici habere conſuetudinem, quia vbi ſingularitas exiſtit, ibi communio eſſe non poteſt quæ re quæritur in conſuetudine, vt ſupra dictum eſt maxima itaque eſt differentia inter commune, & ſingulare, vt notatur per Doctores in rubrica. C. de ſententijs, quæ pro eo, quod intereſt Innocentius, & communiter omnes in cap. ſacro vbi Gloſſa magna de ſententia excommunicationis, licet quandoque, impropie loquendo dicamus conſuetudo, patris familias eſt attendenda, quia illud exponi debet id eſt aſſuetudo, patris familias, quaſi pater familias aſsiduè, agebat, & operabatur, & illum aſsiduum actum debemus attendere.

13 Sed deſuetudo dicitur à monoſyllaba, de quæ minuit, & priuat, vt notatur vigeſima tertia diſtintione cap. finali, & de iſta monoſyllaba, De, agit Bartolus in l. 1. §. emancipatus. ff. de coniungendis cum emancipatis liberis eius, & dicitur deſuetudo, quaſi

quaſi nulla aſſuetudo, & ſic ſunt contraria conſuetudo, & deſuetudo, quoniam conſuetudo reſpicit factum, & communem vſum, vt in cap. conſuetudo 1. diſtinctione, & l. de quibus. ff. de legibus verb. an rebus ipſis, & ſic ponit ſeu affirmat, aliquid eſſe in rerũ natura, ſed deſuetudo reſpicit cõtrarium, videlicet non factum, & non vſum, & ſic nihil ponit imo negat aliquid in rerum natura eſſe, vt in. §. & ſi quidem inſt. de iniuris.

Notandum tamen eſt, quod
14 per deſuetudinem, aut per non vſum, non tollitur lex niſi in non vſu, aut deſuetudine ſit implicitus vſus contrarius, gloſ & Angelus, & Baldus in. §. igitur in proemio inſtitutionum, de quo plenius per Fabrum in. §. ex non ſcripto inſtit. deciſ. naturali ita ditio ad dictam deciſ. 631. Guidonis Papæ, & melius ex Donelo de iure ciuile lib. 1. cap. 10. n. 30. pag. 2.

Supereſt reſpondere ad textum
15 in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, quæ varios intellectus habet, & ex quam pluribus tres referam, vnus eorum tradditus à Doctore Pichardo nunc meritiſſimè in Salmanticenſi Academia primariæ iuris ciuilis Cathedræ propietatis moderatore, ipſe quidẽ in dicto. §. ex nõ ſcripto inſt. deciſ. naturali, n. 3. inquit, quod conſuetudo vim legis habet, neque contrarium probat, d. lex. 2. vbi cum agatur de poteſtate conſuetudinis, & de eius autoritate, vt probant prædicta verba, conſtituitur vtriuſq; parem vim eſſe conſuetudinis ſcilicet, & legis, ita vt nec conſuetudo legem neque lex conſuetudinem vincat, quod inſinuat dicta lex, & vltra progrediẽs ex ea docet omniaq; lege fieri poſſunt poſſe etiam fieri, & conſuetudine, & verſa iure, quæ conſuetudine fuit poſſe, & ſimiliter effici lege, quem dicit veriſsimum illius legis intellectũ, ſed re vera, non congruit, quia in ea propugnaculũ præcipuum, & aduerſatiua ſit contra conſuetudinem cui ſuperiorem indicat legem ei, nec ſit comparatio de vna ad aliam ſed autoritas maior præſtatur legi quam conſuetudine.

Hugo Donelus de iure ciuili lib. 1. cap. 10. ad finem in aliquibus rationibus de hac eadẽ re, & intellectu prædicto agẽs cõcors eſt cum adductis ab Antonio Pichardo vbi ſupra licet latius explicet, & ex eius dictis colliges æqualem eſſe vim conſuetudinis, & legis, & victoria, quæ denegatur conſuetudini in d. l. 2. dictum eſſe propter conſuetudines municipales, aut certorum locorum, reputemus has ſic quoq; pro iure ſeruandas, vt vincant legem populi Romani, aut Principis conſtitutionem, quod lex eiuſdem generis

neris nõ faceret, cæterum (inquit ipſe Donelus) ſi ſpecies inter ſe conferantur conſuetudinis, ſiue legis abrogatæ negari nõ poteſt, quin lex abrogans, vincat priorẽ quæ abrogatur, is enim vincit, qui maiorem vim habet, quæ ſuperior, & potior habetur, conclu dit dictam legem 2. loqui degenere conſuetudinis non de ſpecie, non etiam ſatisfacit hic intellectus, quia diuinat ſicut, & alij plures, qui cõmuniter adducuntur, & inter diuinatorios, qui magis adhæret litteræ, & illius textus menti, ille eſt, vt intelligatur de conſuetudine irrationabili poſteriori, quæ non vincet legem rationabilem anteriorem, cum de natura conſuetudinis requiratur, vt implicitam rationem contineat vel altim, quod non ſit irrationabilis, ſi autem rationis qualitate careat, nec valet, nec vincit legem, tametſi lõge ui vſus,

17 non vilis ſit autoritas, quod ex oppoſitione verborum magis colligitur, nam ſi conſuetudo non vincit rationem: ipſa quæ vincitur conſuetudo, aut caret ratione aut debilior eſt ipſa, quam lex continet, quo caſu à lege ſiue anteriori, vel poſteriore vincitur, cum neceſſariam qualitatem rationis, non contineat. Plures columnas vel membranas, in huius legis intellectu adimplere poſſem, de eo certant ſcribentes in l. de quibus. ff. de legibus, & in cap. conſuetudo. 1. diſtin. & in rubrica, & cap. finali eodem tit. & alibi ſæpe frequentior tamen eſt hic vltimus quem adduxi, & verior de actibus conſuetudinem inducentibus, præter antiquos: videndus eſt Petrus de Salaçar de vſu, & conſuetud cap. 7. ex n. 1. & 2. late diſtinguẽs, quem trãſcribere nõ expedit, & ſequor Bartolũ abeo citatum in l. de quibus n. 12. & Baldum in l. 3. C. de Epiſcopali audientia, tenẽtes hoc de actorum numero iudicis arbitrio relinqui.

18 Acedamus iã ad noſtram principalem quæſtionem an ſcilicet hodie in Regnis Caſtellæ, & legionis valeat aliqua conſuetudo contra leges Recopilationis, vel partitarum, vt poſtea dicemus: extante Pragmatica, edita à Domino noſtro Philipo Rege, anno cuius tenorem inſerere libuit. licet ſit in tertia parte Recopilationis, quia tamen punctus eſt arduiſimus, & neceſſarius, & in littera eſt fundanda, vera reſolutio eam refero.

19 *DON Felipe, &c. Bien ſabeys, que como quiera, que para el buẽ gouierno, y adminiſtracion de juſticia de eſtos nueuos Reynos ſe an proueydo y promulgado diuerſas leyes, y pragmaticas, cuya obſeruancia a ſido, y es muy importante, y neceſſaria: no lo an tenido como conuiene. Lo qual à procedido anſi del poco cuydado, que de ſu execucion*

*y de*

*y de las penas por ellas impueſtas, an tenido las nueſtras juſticias, como de auerſe vſado, diuerſos medios, è inuenciones, para defraudar lo por ellas proueydo; de que demas de auer ſido nos deſeruido, an reſultado grandes daños, que requieren breue y eficaz remedio. Y auiendoſe cõferido, y praticado ſobre ello, en el nueſtro Conſejo, y con nos conſultado; fue acordado, que deuiamos mandar, y mandamos, por eſta nueſtra ley, y pragmatica ſancion, la qual queremos, que aya fuerça y vigor de ley, como ſi fuera hecha y promulgada en Cortes; que de aqui adelante ſe guardẽ las leyes contenidas en los nueue libros de la Recopilacion de las leyes deſtos Reynos, hecha por mandado de la Mageſtad del Rey Don Felipe mi ſeñor, y padre, que aya gloria, impreſſa con mi licencia, y de mi Conſejo en mi nombre el año de mil y quinientos y nouenta y ocho, en el quaderno de las leyes añedidas a la dicha Recopilacion, que con licencia del dicho mi Cõſejo ſe imprimio el año de mil y ſeyſcientos y diez, ſegun y de la manera que en ſus originales eſtan mandadas guardar; y ſegun ſe mandan guardar por la ley y pragmatica del Rey nueſtro Señor y padre, que eſta al principio delos dichos libros fecha en Madrid, a catorze de Março de mil y quinientos y ſeſenta y ſiete años, ſegun y de la manera, que en la dicha ley y pragmatica ſe contiene: lo qual, todo ſe entienda en las leyes, y pragmaticas, que no eſtan derogadas por otras, cõtenidas en los dichos libros y quaderno, ò que eſten fuera dellos: y particularmente mandamos, ſe guardẽ las leyes, y pragmaticas ſiguientes, en cuya guarda y execucion ſomos informados, á auido mucha negligencia, y deſcuydo, ſon ſumariamente.*

*¶ Que los criados que ſe deſpidieren no puedan aſſentar, ni ſeruir a otro ſeñor en el miſmo lugar. l. 2. tit. 20. lib. 6. de la Recopilacion.*

*¶ La moderacion de los lutos, que diſpone la ley 2. del tit. 5. lib. 5. de la Recopilacion.*

*¶ Que las mugeres no anden tapadas, ley 11. tit. 3. lib. 5. de la Recopilacion.*

*¶ La fabrica y labor de las ſedas, y ſu peſo, conforme a la l. 22. tit. 12. lib. 5. de la Recopilacion.*

*¶ Que las mugeres publicas, no lleuen cogin a la Igleſia, ni tengan eſcudero, ni criada menor de quarenta años, ley 7. tit. 19. lib. 8. de la Recopilacion.*

*¶ Que no ſe puedan moderar las penas de las dichas leyes, y pragmaticas, y para ſu guarda, y execucion, ſe tenga el orden que en el fin della ſe refiere.*

Et in primis pro parte negatiua, & ex deciſione huius legis nõ
20 fuiſſe derogatum conſuetudinibus, niſi earum expreſſa derogatio fiat, eſt cõmunis, & ordinaria allegatio textus in cap. 1. de cõſt. lib. 9. & Gloſſe ſecundum litterã affirmatiuam tex. in ca. ſtatutum de electione lib. 6. vbi Doctores, ſed hic non fit derogatio conſuetudinum, legitime preſcriptarũ, aduerſus Regias Recopilationis leges, ergo non cẽſentur ſublatæ: maxime cum clauſula non obſtã-

ſtibus, quibuſcumq; conſuetudinibus, facile interponi poſſet, & ſi lex voluiſſet eiſderogare, hoc expreſsiſſet, pro quo facit cõmunis, & trita allegatio textus in l. vnica. §. ſin autem ad deficientis. C. de caducis tollendis, & in l. præcipimus. C. de appellationibus, & quoad futuram conſuetudinem, dequa nunc non agimus, plura bene aduxit Burgos de Paz in l. 1. Tauri ex n. 470. vbi defendit, ei nõ eſſe derogatũ, in illa leg. verb. ei, hoc idẽ comprobatur ex eo quod vulgo receptũ affirmat Antonius Faber lib. 9 ſui codicis ſub tit. 29. de muneribus patrimonialibus, definitione 16. fol. 817. his enim accedit non eſſe credendum Principem derogare voluiſſe ſpeciali legi, vel conſuetudini, quippe quam in facto conſiſtentem iuſte ignorare potuerit, ex l. 3. §. ex hoc reſcripto. ff. de ſepulchro violato.

Sed contrarium eſt tenẽdum, & reſoluendum in noſtro propo-
21 ſito, hodie conſuetudinem præteritam non valere, contra leges Recopilacionis.

Quod comprobatur, primo ex verbis noſtræ pragmaticæ, ibi. *Por auerſe vſado de diuerſos medios, ò inuenciones, para defraudar lo por ellas proueydo*, hablando de las leyes de la Recopilacion, & ex alia pragmatica del año de 67. pueſta en el principio de la Recopilacion, ad quam ſe refert noſtra lex & in illa dicitur: *Y mandamos que ſe guarden, y cumplan, y executen las leyes, que van en eſte libro, y ſe juzguen y determinen, por ellas todos los pleytos y negocios, que en eſte Reyno ocurrierẽ aunque alguna dellas ſean nueuamente hechas, y ordenadas, y aunque no ayã ſido publicadas, ni pregonadas, y aunque ſean diferentes, ò contrarias a las otras leyes, ò capitulos de Cortes, los quales queremos, que de aqui adelante no tengan autoridad alguna, ni ſe juzgue por ellas, ſino ſolo por las deſte libro.*

22 Sed quando lex eſt prohibitiua, licet expreſſe non deroget conſuetudini, tamen conſuetudo in contrarium non valet, quando in ipſa lege prohibitiua, eſt expreſſa clauſula decreti, vt in noſtro caſu eſt apoſita, ibi. *No tengan autoridad alguna, ni ſe juzgue por ellas, ſino ſolo por las deſte libro*. Tenent Dominicus, & Francus in cap. cum de beneficio de Præbẽdis lib. 6. nec valet conſuetudo contra legem habentem cauſam perpetuam prohibitionis, vt ex textu in cap. ſponſam deſponſalibus reſoluit Abbas antiquus, quem refert, & ſequitur Dueñas reg. 144. n. 1.

23 Quod etiam ſecundo in propioribus terminis confirmatur, ex eo quod licet noſtra pragmatica, anni dicti de 1611. non faciat mẽtionem de conſuetudine præcedenti, nec de eius improbatione, improbat tamen, non fuiſſe

ſeruatas

ſeruatas leges Recopilationis, dũ inquit: *Como de averſe vſado de diverſos medios, è inuenciones, para defraudar lo por ellas proueido*. Iudicat itaq; noſtra lex irrationabile fuiſſe, non ſeruaſſe leges Recopilationis, quo caſu non valet conſuetudo, quæ induceretur, vel eſſet in ducta in cõtrarium, quia irrationabilis eſſet, vt ex Clementina.1. de electione, & ibi Paulo de Loaces, & Dominico in cap. 1 in fine num. 30. de conſt. reſoluit Petrus Dueñas, dicta regula. 144. n. 2. cui addenda ſunt, quæ cum claritate, & diſtintione adducit Gutierrez lib. practicarum quæſtionum q. 31. n. 12. ad finem poſt Couarr. lib. 3. variarum cap. 13. num. 4. verſi. ſecunda concluſio, quem etiam citat Gutierrez, & poſt hos omnes, concludit Tuſchus in practicis quæſtionibus, ſub littera C. concluſ. 814. n. 5. vbi inquit: *Limita, quia non valet conſuetudo contra legem quando lex expreſſe damnat conſuetudinem*, vt probat tex. in authentica nauigia C. de fructu Bald. conſ. 349. ſi hoc quæritur lib. 5. Alexander conſ. 196. viſo teſtamento numero 15. lib. 15.

24 Quod iterum corroboratur ex eo, quia conſuetudo contra legem regulariter non valet, niſi ſit inducta, & certa ſcientia, eius qui legem poteſt tollere, Federicus de Senis conſ. 17. n. 3. quem refert idem Cardinalis Tuſchus ſub dicta littera. C. concluſione. 813. n. 16. conducunt etiam, quæ adducit Palacios Rubius notabili. 5. n. 3. & Acebedo late in l. 3. tit. 1. lib. 2. Recopila. ex n. 27. Ceballo[illegible] oncl. 704. ex n. 1. vbi plura ad[illegible]cit, & multas autoritates, earu[illegible]q; Autores referens, tam ipſe, quam Acebedo dixi regulariter, quia in multis caſibus etiam non ſubſiſtente Principis ſcientia, valere poteſt. l. de quibus. l. diuturna, ff. de legibus cum adductis à Salazar de vſu, & conſuetudine cap. 7. n. 1. conſenſus autem Principis præſſumitur niſi expreſſe contradicat conſuetudini, ſic reſoluit Greg. Lopez in l. 3. tit. 2. p. 1. gloſ. finali.

Non obſtant in contrarium, propiori parte nam ad textum, qui eſt capitalis in d. cap. 1. de cõſtitutionibus lib. 6. duplici modo reſpondendum eſt, primo namq; deſumpta ratione eiuſdem textus in fine, dum inquit: *Quia tamẽ locorum ſpecialium, & perſonarum ſingularium conſuetudines, & ſtatuta, cum ſint facti, & in facto conſiſtant, poteſt probabiliter ignorare ipſis, dum tamen ſint rationabilia, per conſtitutionem à ſe nouiter editam, niſi expreſſe cauſatur in ipſa non intelligitur in aliquo derogare*, pondera, illum modum, & præſupoſitum dum ta-
25 men ſint rationabilia, quæ deſſicit in noſtro propoſito, cum lex, & pragmatica noſtra, non ſolum Iudicet irrationabilem conſuetudinem

dinem

dinem, contra leges Recopilatio nis, ſed eam appellat corruptelã. ibi. *Por auerſe vſado de diuerſos medios, è inuenciones, para defraudar lo por ellas proueydo.* Et ſic procedit ratio textus in authen. navigia cũ ſupra adductis.

Secundo reſpondetur cũ gloſ. finali in eodem cap. 1. vbi inquit varios eſſe intellectus textus in l. 3. § diuus. ff. de ſepulchro violato, ſed in quantum dicit quod conſuetudo, vel ſtatutum præcedens tollatur à lege, dici poteſt hoc verum cum Princeps hoc intendit, vt inſinuat gloſ. in cap. paſtoralis de fide inſtrumentorũ at vero in noſtro caſu certiſsimũ eſt, quamcumq; contrauẽtionem ſeu ſubterfugium contra leges Recopilationis, nõ ſolum noſtra pragmatica in probatum eſſe, ſed etiam peiorem corruptela huiuſmodi ſubterfugia, & legum euaſſionem, appellaſſe in iam propoſitis, & repetitis verbis, numeris præcedentibus, igitur voluntas Principis clara, & manifeſta extat de omnimoda obſeruantia, prædictarum legum Recopilationis, ex quo ſequitur ſeruandas eſſe, & procedit doctrina gloſſæ præ allegatæ, & ex tenore deciſſionis noſtræ pragmaticæ improbatam eſſe quamcumq; aduerſatiuam, præcedentis actus contra leges Recopilationis, eaſq; ex voluntate Principis, & Regis noſtri videmus ſeruari omnino debere, & hoc intendit, ex quo ſequitur præcedentem conſuetudinem ſublatam, de fuctura, & ſub ſequenti infra dicemus.

Quamquidem veriſsimam reſolutionem ſic conſtituam limita, & declara ſequentibus modis.

26 Declaratur primo, non procedere in legibus nõ receptis, quas Regnum vel populus à principio non recepit, & contra eam ſciente legis conditore, & nõ contra dicente, faceret plures actus contrarios tunc enim viſus eſt ſuperior, acquieſcere illis contrarijs actibus, & contrauentioni, & in obſeruantiæ quoquidẽ caſu lex nõ ligat glo. & Abbas in cap. 1. de tregua, & pace per textũ in cap. in illis. §. leges. 4. diſtintione Felinus, & communis Doctorum Schola in cap. 1. de conſtitutionibus Gregorius Lopez in l. 16. tit. 1. p. 1. gloſſa. 4. ex quorum doctrina concludendum eſt, hanc noſtræ pragmaticæ deciſſionem non extendi, ad leges nouæ Recopilationis, quæ numquam fuerũt receptæ, imo ſciente Principe, non ſeruatæ quod etiam intellige de legibus partitarum, quæ nunquam receptæ fuerunt, quia non ligant, vt infra dicemus. Exẽpla conſtitui poſſunt in lege 1.

27 tit. 4. lib. 4. Recopilationis, in pœna qua efficit litem intra nouem dies, non conteſtantem, vt habeatur pro confeſſo in contumaciã, ac ſi confeſſus fuiſſet, actionem,

vel

vel liberum ab actore propoſitũ, cuius rigor in tribunalibus ſuperioribus non fuit receptus, vt ex Couarr. & Auendaño report. 1. n.21. Didaco Perez, & Monterroſo, & Matienço in dialogo. 3. p. cap.44. in fine reſoluit Acebedo in eadem. l. 1. n, 48. & quamuis ipſe poſt, Auendaño, & Auiles, quos citat contrarium in tribunalibus inferioribus, & in prima, & ſecunda inſtantia litiũ, quæ apud inferiores agitantur ſentire velit, quoad pœnam confeſsionis abea inductam nunquam vſu receptá, hanc legem vidi, quamuis ab inferioribus iudicibus ſeruandam, nec eius pœnam omitẽdam affirmet, etiam Ioannes Gutier. lib. 1. prácticarũ quæſtionum. q.46. n. 2. & Curia Philip. 1. p. §. 14. n. 10. hodie tamen extante noſtra pragmatica cui ſtandum eſt ſeruari debet, apud inferiores iudices, vt adnotat Acebe. Gutierrez, & alij citati, apud ſuperiores vero minime, quia nunquam vſu recepta, tametſi communis ſit ſtilus, que acuſada la rebeldia ſe manda reſponder al reo, por ſegundo apercibimiento de la demanda, ſi la cauſa es de calidad, y no lo ſiẽdo ſe recibe a prueba, y no ſe trata de la pena de confieſſo, en rebeldia de no auer conteſtado en los nueue dias.

28 Exemplum aliud de preſſentatione inſtrumentorum, nam in lege 1. tit. 2. lib. 4. Recopil. præcipitur vt actor cum ſua actione, & eius prima libello, de la demanda ſuas præſentet ſcripturas, & inquit d. lex. *Y q̃ ſino preſentare las eſcrituras, no goze dellas, ni le ſean recebidas deſpues*, quodquidẽ nunquá fuit admiſſum imo ex parte actoris, vel rei quádocumq́; etiá poſt concluſionẽ, in cauſa recipiátur maxime in inſtátia reviſionis, vt in Granatenſi Prætorio practicatũ aſſerit, & iuſtis de cauſis defendit Couar. practicarũ quæſtionũ c.20. n.8. Acebedo in eadem l. 1. n.5. & 6. etiam ſine iuramẽto nouæ notitiæ, & hoc iure vtimur neq́; innouatum eſt cenſendum ex noſtra pragmatica.

29 Adde tamen prædictis, quod tunc Principis permiſſus intelligitur adeſſe in non admitenda lege, quando eius conſilium, ſeu Chancellaria, quæ gerit vices regis, excludit praxim alicuius legis, & permitit aduerſus eam deſuetudinẽ, in qua vt prædiximus. ſupra n.14. & 26. adeſt implicitus contrarius vſus, itaq́; cũ Chancellaria geret vices Regis, vt adducit Parlador. differentia. 10. n. 12. tunc deſuetudo, à dominis de cõſilio vel de Chancellaria introducta, cenſetur ab eodem Rege admiſſa, quod vltra Parlad. comprobo, quia præfectꝰ Prætorio gerit vicẽ Pricipis. l. formá. C. de officio præfecti traddit plura de iudicibus ſupremus bene adducẽs Fráciſ. Marcus deciſ. 804. n. 7. & 8.

Sed nihilominus prædictis nõ obſtãtibus, reſoluendũ eſt quod licet magna ſit autoritas Regiarum Chancellariarũ, & Audientiæ Hiſpalenſis, & Senatus Gallecí, nõ poſſe per eas deſuetudinẽ induci aduerſus leges recopilationis, quod comprobant verba ſatis notanda, pragmaticæ ſeu legis poſsitæ in initio eiuſdem Recopilationis, innouata per hanc anni 1611. quæ ſunt ponderãda verba in fine eiuſdem legis poſsita dum inquit. *Las quales, queremos, que de aqui adelante no tengan autoridad alguna, ni ſe juzgue por ellas, ſino ſolamente por las deſte libro.* Itaq; domini Præſidis, & Auditores, Chancellariarum non poſſunt aliter, vel ex alijs legibus iudicare lites, vbi eſt caſus legis Recopilationis, & ideo eis fuit adempta facultas, conſuetudinem vel deſuetudinem, aduerſus leges eaſdem, inducendi, quod magis etiam ſuadetur ex inuectiua quam continet noſtra pragmatica, & ex præciſſa iudicandi neceſsitas per leges Recopilationis ſupra dictas tum etiam, quia conſuetudinem remouendo Princeps, inhabilitat ſtatuentes, vt concludit Andræas Gail lib. 1. obſeruatione 18. n. 2.

30 Declaratur ſecundo non procedere noſtra pragmatica in conſuetudine à Rege approbata, quæ & ſi contraria ſit legibus nouæ Recopilationis, nihilominus ſeruari debet, talis conſuetudo, quia cõſuetudo approbata à Principe habet vim priuilegij, vt ex Iaſſone in l. cunctos populos in

31 prima lectura n. 37. C. de ſumma Trinitate reſoluit, Ioannes Garcia de nouilitate gloſ. 1. §. 1. n. 61 nec priuilegijs conceſsis à Domino Rege noſtro, etiamſi aduerſentur, & contraria ſint legibus Recopilationis, per hanc noſtram pragmaticam eſt derogatum, cũ nec in ea nec in alia ad quam ſe refert, & innouat latam anno 1567. de priuilegijs, & cõceſsionibus mentio vlla fiat plura in propoſitum conſuetudinis adducit Decianus conſ. 52. lib. 2. n. 113. & de approbatione Regis.

32 Declaratur tertio non procedere in conſuetudine immemoriali, cui per hanc legem, & poſſitam in principio, Recopilationis non eſt derogatum, etſi ſit contra leges Recopilationis, & alias huius regni ex his quæ adducit Duẽnas regula. 144. n. 3. vbi vtriuſq; partis Autores refert, & Auendaños reſponſo 16. num. 1. vbi reſoluit quod vbicumq; à lege, vel ſtatuto excluditur, conſuetudo vel præſcriptio, ſi poteſt diſpoſitio in alia conſuetudine verificari, non intelligitur excluſſa immemorialis cõſuetudo, vt probat Baldus in l. 1. col. 2. C. de annali except. idem Bald. in cap. 1. §. præterea de capitulis Conradus. in vſibus feudorum Felinus in

rubrica

rubrica de præſcriptionibus col. finali Baldus in tractatu præſcrip
33 tionum. 5. part. quintæ partis Principalis, quæſtio. 9. vbi aſſerit communem. Quod quidem magis ſuadetur, quia conſuetudo antiquiſsima habet vim priuilegij à Principe conceſsi Decius conſ. 11. num. 9. vbi hoc comprobat per legem hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua cap. ſuper quibuſdam. §. præterea de verborum ſignifica. Abbas conſ. 71. volum. 2. quinimo non ſolum habet in priuilegij, ſed etiam habet vim legis l. 1. §. fin. ibi. *Vetuſtas vim legis obtinere*. ff. de aqua pluuia arcenda, quod etiam docet Paulus in l. in ſumma in principio. ibi. *Veſtuſtas quæ ſemper pro lege habetur*. ff. de aqua pluuia arcenda Gregor. Lopez in l. tertia tit. ſeptimo partita quinta gloſſa 2. & 3. reſoluit Maſcardus concluſio 419. num. 3 & Ioannes Gutierrez lib. 3. practicarũ quæſtionũ q. 14. n. 21. cũ ſequentibus poſt Couar. lib. 3. va
34 riarum cap. 17. n. 5. idem Gutier. lib. 4. n. 9. Immemorialis autem erit ſi prouetur ſpatium centum annorum, vt poſt Cinum Cepolam, & Rebuſum quos allegat: reſoluit Maſcardus concluſio. 429. num. 5.

Contrariam tamen ſententiã,
35 imo derogata à lege conſuetudine eſſe, etiam intelligendam, & extendendam derogationem ad immemorialem, tenet Dueñas d. regul. 144. num. 3. Gregorius Lopez in l. 6. tit. 29. tertia gloſſa. 4. vbi notabiliter reſoluit, quod ſublata conſuetudine per verba generalia legis noſtræ patet, & ex ſæpe repitis verbis. *Por auerſe vſado de diuerſos medios, para defraudar lo por ellas proueydo*. Sublata itaque per prædicta verba generalia conſuetudine, videtur etiam ſublata conſuetudo immemorialis. Citat Gloſſam finalem in clementina finali de rebus Eccleſiæ, quam exaltat Iaſſo in l. huiuſmodi columna 1. ff. de verbor. oblig. & ipſe Gregorius Lopez. d. gloſ. 4. ſentit Auendaño ſibi contrarius, de exeq. mandatis lib. 2. cap. 14. n. 5. vbi inquit quod conſuetudine præterita à lege reprobata, non valet, imo ei derogatum eſt, etiam ſi ſit immemorialis cuius contrariũ dixerat, d. reſponſo 16. n. 1. idem concludit Ceballos q. 704. n. 13. vbi inquit ſufficere, quod lex reprobet conſuetudinẽ vt intelligamus eſſe iniquã, quod in tantum procedit, vt nec immemorialis cõſuetudo, aliquid operabitur, contra legem. Ex Felino in cap. cũ cauſam n. 12. de re iudicata Auend. 1. p. cap. 6. n. 9. & Gregor. Lopez, & Dueñas vbi ſupra, & loquens in immemoriali præterita hanc ſententiam tenet licet in futura de qua nunc non agimus, oppoſitum opinatur, & in poſtea introducta, quid

tenendum, quæſtio, & articulus eſt grauiſsimus, qui requirit declarationem, Regis Domini noſtri autorante ſuo magno conſilio: dum tamen hoc non fit, in iudicando, & conſulendo, teneo
36 hanc vltimam partem, ſcilicet cõſuetudini quamtunuis immemoriali, derogatum eſſe, ex noſtra pragmatica, & lege del año de ſeſenta y ſiete, quam innouat, quod attinet ad leges nouæ Recopilationis, & in l. 1. hoc tit. 1. lib. 2. ideoq; cum caſus occurrat, iudicandum eſt ſecundum eas, in caſibus in eis expreſsis, & non ſecundum conſuetudines præteritas, ſi legibus contrariæ oppoſiti ſint tales vſus, & conſuetudines, quamtunuis immemoriales allegentur, & probentur, qui autem oppoſitam reſolutionem, & immemoriali conſuetudini præteritæ derogatum, per noſtram pragmaticam defendere maluerit, plura, expendere poterit fundamenta, ex his quæ ingenue adducit Burgos de Paz in l. 1. Tauri ex n. 470. & ex alijs quæ pro piroti parte adduximus tametſi impuncto iuris, & in vera mente, & ſenſu legis noſtræ, & legis appoſitæ in principio Recopilationis omnis conſuetudo præterita ſublata cenſetur, quamtunuis immemorialis, quod vtiliſsimum eſt in Regno, & pro iudicibus, & aduocatis, vt certa ſit iudicandi methodus, liteſq; euitentur, & canonũ ſtatuta cuſtodiátur, & nullus ſuo ſenſu, ſed eorum autoritate ducatur, cap. canonum, de conſtitutionibus. Hanc vltimam partem, quam teneo limita, vt non procedat in pijs cauſis, in quibus tenenda eſt prima reſolutio, ex his quæ dicam capite ſequenti num. 35.

37 Quid autem de conſuetudine futura, & quod ei derogatum nõ ſit, per legem expreſſe vel virtualiter conſuetudinibus derogantem, defendit Burgos de Paz in l. 1. Tauri ex n. 470. qui bene loquitur, & Gutierrez lib. 3. practicarum q. 31. ex n. 12. Ceballos dicta quæſtione 704. ad quod eſt recurrendum, cum caſus ſe offerat licet oppoſitum ſentiat Acebedo, hic n. 19. & ex vi derogatæ conſuetudinis extenſionem fieri, ad futuram ſed contrarium eſt tenendum: cum prædictis Doctoribus, qui aut ipſe dicunt, eſſet deſtruere, vniuerſam conſuetudinis materiam, & quæ de ea lactiſſime in vniuerſis iuribus ſunt ſcripta, ante eos ſic tenuit Caſtillo in lege prima Tauri verbo *contra las leyes*: & melius cæteris Palacios Rubius in capite per veſtras notabili quinto numero ſecundo, & eius aditionator Barahoná quibus aſſentior.

38 Declaratur quarto, & limitatur prædicta concluſio quam ſupra conſtituimus, ſcilicet per hác pragmaticam, & aliam, quam refert

referr derogatum eſſe conſuetu-
dini præcedenti vt procedat in
coſuetudine oppoſita, & directa
contra leges Recopilationis, vel
partitarum, vt infra dicemus,
non vero in ea quæ directo non
introducta eſt, contra eas, ſed ad
earum interprætationem, & du-
bia, inducta, & præſcripta ſpa-
cio legitimo decem annorum,
& hæc eſt frequens vtilis, & ne-
ceſſaria declaratio, quam non
vidi à noſtratibus ellucidatam
iuxta quá obiter egit. Antonius
Gomez lex prima Tauri nume-
ro ſeptimo, id reſeruans Principi
tantum.

Circa quod conſtituẽdum eſt,
in propoſito triplicem eſſe inter
prætationem legis, alia genera-
lis, & neceſſaria, & in ſcriptis re-
digenda, & iſta eſt in Principe
39 quando ſcilicet Princeps, vel ille
qui ſtatutum condidit, interpræ-
tatur, ex propoſito legem probat
lex leges ſacratiſsimæ, cum lege
ſequenti. C. de legibus cum quá
concordat lex. 1. Tauri, quæ eſt
lex tertia hoc tit. 1. lib. 2. Reco-
pilationis dum inquit: *Y manda-
mos, que quando quier, que alguna
duda ocurriere en la interpretacion, y
declaracion de las dichas leyes de orde-
namientos, y pragmaticas, y fueros, ò
de las partidas, que en tal caſo recur-
ran a nos, y a los Reyes que de nos vi-
nierẽ, para la interpretaciõ dellas, por-
que por nos viſtas las dichas dudas,
declararemos, è interpretaremos las di-
chas leyes, como conuiene al ſeruicio
de Dios nueſtro Señor, y al bien de
nueſtros ſubditos, y vaſallos, y a la
buena adminiſtracian de nueſtra ju-
ſticia.* Quod etiam antea prædi-
xerat vt Imperatores dicta l. le-
ges ſacratiſsimæ, ibi. *Si quid vero
in eiſdem legibus latum fortaſsis obſ-
curius fuerit, opportet ab Imperatoria
interprætatione patefieri, duritiam-
que legum noſtra humanitate in con-
gruam emmendari.* Itaque hæc ge-
neralis interprætatio redigenda
40 in ſcriptis, eſt à Rege Domino
noſtro, & eius magno conſilio,
vt in noſtro caſu tenet Burgos
de Paz in proemio legum Tauri
numero 371. & magiſtraliter ad-
ducit Tiberius Decianus reſpon-
ſo 51. numero 55. lib. 2. & ad húc
terminum, & caſum eſt, reſtrin-
genda deciſsio legis primæ Tau-
ri in vltimis verbis, reducendo
eam ad terminos iuris commu-
nis, prout fieri debet ex iuribus
vulgaribus, cap. cum expediat de
electione lib. ſexto, & concor-
dantibus, alia inquit idem Decia-
nus eſt neceſſaria interprætatio,
& in ſcriptis redigenda, ſed nos
generalis imo ſpecialis, & hæc
eſt quæ fit per iudicem, id eſt per
res iudicatas, & in ſcriptis, quo-
que redigenda, & iſta quoque in
terprætatur, legem ſi plures ſen-
tentiæ latæ fuerint. In ſimili caſu,
vnius tenoris, & in contraditorio
iuditio, & de hac loquitur Bar-
tolus in lege de quibus numero

tertia eſt ſpecies conſuetudinis
41 interprætatiuæ, quæ eſt generalis, & neceſſaria, ſed non in ſcriptis regidenda, & iſta propiè dicitur conſuetudo interprætatiua quæ non requirit ſententiam, neque contraditorium iudicium, ſed ſufficit, quod tacito conſenſu populi ſit abſque aliquo ſcripto confirmata. §. ex non ſcripto de iure naturali. lege 1. C. quæ ſit longa conſuetudo lege quarta tit. ſecundo part. prima de hac enim loquitur Iuriſconſultus Paulus in lege ſi de interprætatione 37. ff. de legibus. 1. reſponſo: *Si de interprætatione*
42 *legis quæratur in primis inſpiciendum eſt, quo iure ciuitas retro in eiuſmodi caſibus vſa fuerit optima enim eſt interprès legum conſuetudo*, & pro ſequitur alter Conſultus in lege ſtatim ſequenti: *Nam Imperator noſter Seuerus reſcripſit, in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſcuntur conſuetudinem aut rerum perpetuo, iudicatarum autoritatem vim legum obtinere diceretur*, & ſi ſupra de his duabus legibus in alio propoſito capite præcedente egimus, nunc oportune ex eis quo ad noſtri propoſiti intẽtum, & ex ſuperius relatis vtiliter in praxi, & theorica deducemus.

43 Primo deducitur per legem 1. Tauri, & per pragmaticam legem anni 1567. quæ eſt in initio Recopilationis, & per hanc noſtram pragmaticam anni 1611. non eſſe ſublatam conſuetudinem interprætatiuam legum Recopilationis, quod eſt, omnino intelligendum retentis verbis eiuſdem legis, nam Imperator ibi, & quod ſit in ambiguitatibus, quæ ex legibus Recopilationis, ſeu partitarũ proficiſcuntur, quia ſi nulla ſit ambiguitas, non poteſt conſuetudo aliquid addere, vel detrahere noſtris legib9, vt ex l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo, adnotat Antonius Faber in d. l. nam Imperator ommito conſulto, autorum cateruam ne dum eos referã veritatis reſolutioni præiudicium ſeu intermiſsio fiat, nam doctiſsimus vndequaque Martinus Nauarrus in grauiſsimis caſibus conſultus, veritatem potius quam Doctorum multitudinem refert, & docet, & vtilius credo paucos quos viderim allegare, quã plures quos non legerim citare tam quam fide parentum.

44 Secũdo vtiliter etiã deducitur iſtã conſuetudinẽ interprætatiuã de qua agimur requirere præſcriptionẽ, quia facilius inducitur, vt traddit Alex. cõſ. 107 pro inueſtigatione n. 19. & 20. & ſequẽte. 2. vol. Dec. in l. ſemper in ſtipulationibus in fine de regulis iuris, & cõſ. 441. præſens cõſultatio n. 13. Deci. prædictos referẽs d. cõſ. 51. n. 55. Tertio pro prædictorũ con
45 firmatione etiã deducitur, quod etſi extet lex, vel ſtatutum, quod contra iura ſcriptura non poſsit allegari

allegari conſuetudo prout omnes affirmant, & comprobant in noſtro Regno in d.l.1. Tauri, & alijs ſupra citatis, & noſtra pragmatica nihilominus hæc excluſſio conſuetudinis, non comprehendit interpratatiuam, de qua ſermo noſter ita Decius conſ.11. quoniam iudicantium colum. 7. verb. non obſtat Decianus, vbi ſupra n. 56. quod prius adnotauit Burgos de Paz in l.1. Tauri n.569
46 Reſoluens iure ciuili interprætari poſſe Regium ius. Et adeo, vt ſtatuta vnius ciuitatis interprætationem accipiant ſecundum conſuetudinem alterius ciuitatis vicinæ quando nulla extat in ciuitate vbi fit actus cap. ex parte cum gloſſa de cenſibus Paulus de Caſtro conſ.437. ſuper dictis quæſitis in ſecundo dubio volum. 2. afflictis deciſ.248. Quarto deducitur conſuetudinem interpratati-
47 uam obſeruandam, & fauorabiliorem eſſe quam diſpoſitiuam, vt in diſpenſationis materia tradit Felinus in ca. præſtulaſti n.57. de reſcriptis Decianus vbiſupra n.58. & num. 59. quod ſtatutum,
48 quod alias non valeret per conſuetudinem interpratatiuam, ſuſtinetur à qua non eſt recedendum etiam in propiando verba Antonius de Butrio in cap. cum dilecti de conſuetudine quem ſequitur Socinus conſ.209. verſi.9. & conſ.145. circa primum colu. 2. 1. volumine à quo non eſt recedendum conſuetudine interpretatiua licet poſtea appareat non bona, & talis interpratatio non dicetur noua cõſuetudo, ſed ſtatutum ipſum ſeu legem ſic per conſuetudinem interpræta-
49 tam.

In his vero quæ attinent ad regales Chancellarias, ſiue ad audientiam Hiſpalenſem, vel Regni Galleci ſenatum ſeruandæ ſunt, in primis leges Recopilationis, per noſtram pragmaticã, & aliam ab ea innouatam, quæ eſt iam præcitata, ſita in principio Recopilationis eiuſdem, quæ euidenter hoc aſſumptum, & concluſionem probat dum inquit: *Y quedando anſi miſmo en ſu fuerça y vigor, las cedulas, y viſitas, que tienen las Audiẽcias, en lo que no fueren contrarias a las leyes deſte libro.* Patet igitur quatenus contrariæ ſunt derogatas, per argumentum à contrario ſenſu, & vulgaria iura, & an de his, quæ per eas ſtatutum eſt magnifeſte apparet voluntas Regis noſtri, & eius magni conſilij omnimodo ſeruandas eſſe quarum renouatio, & earum executio præcepta per hanc pragmaticam vt res arduiſsima cum interuentione ſupræmi conſilij eſt diſpoſita, nam Reges debent leges condere, ex conſilio ſuorum pro-
50 cerum ita Gloſſa verbo ſanctiones in lege finali. C. de diuerſis reſcriptis, & probat lex placet in principio. C. de ſacro

ſanctis Eccleſijs, & ratio eſt, quia negotia ardua nõ expedit Principes ſine illis diffinire text. in authen. habita C. ne filius pro patre leges autem cõdere eſt res ardua, & maximum negotium, cum in eo conſiſtat ſupræmus, & maximus imperij gradus, vt eſt doctrina Bartoli in l. imperium n. 7. ff. de iuriſd. omnium iudic. & debet concurrere vniuerſum cõſilium, vel ſaltim duæ partes, conſultorum regalium ad nouam legem condendam, vel antiquam derogandam, vel diſpenſationem cõtra aliquam concedendam. Vt probat lex vltima hoc tit. 1. lib. 2. Recopil.

51 Poſt leges Recopilationis ſeruandæ ſunt ordinationes Chancellariarum, & deficientibus legibus, & ordinationibus, eſt recurrendum ad ſtilum, qui eſt vſitatus fori conſuetudo, & pro lege habetur Guido Papæ deciſ. 198. probat l. finali ibi in cæteris mos iudiciorum, qui hac tenus obtinuit, in poſterum ſeruetur in tractus. C. de iniurijs. l. generaliter. § in omnibus. C. de rebus creditis, & iureiurando. l. finali. C. de de fideiuſoribus, & decenno ſtabilitur in ſupræmis Curijs, & pro lege ſeruatur, & in deciſionibus cauſarum poteſt allegari. Abbas

52 in cap. ex litteris colum. 2. in fine de conſt. per illum tex. & reſcriptum impetratum, contra ſtilum eſt nullum. Abbas in cap. 1. de officio Vicarij, & vim legis obtinere, tenent etiam Cinus, & Baldus in l. finali. C. quæ ſit longa conſuetudo, Matheo de affiict. deciſ. 135. n. 3. Rocta in antiquos. 609. Gama deciſ. 16. qui videndus eſt, & his non adductis tenet Paz in praxi, & idem de practica antiqua quæ ſeruanda eſt Bald. in l. illud. ff. de excuſationibus tutorũ Tiraquelus in tractat, le imort. 2. p. n. 16. & deniq; id obtinere debet, quod frequentiſsimus ordo exercuit, vel longa conſuetudo approbauit textus elegans in l. 1. §. ſed ſi quæ leges. C. de veteri iure enucleando cum concordantibus ex Gama vbi ſupra.

Quæ quidem ſunt vt prædiximus intelligenda dummodo nõ ſint contra leges Recopilationis, ſed præter eas, vel in caſibus omiſsis, vel in conſuetudinibus interprætatiuis, ſeu ſtilo non repugnante dictis legibus, cum declarationibus quas ſupra conſtitui, ad quas eſt reducenda reſolutio, quá adducit Burgos de Paz de legib. Taurinis loqutus, & ordinamentorum, ſeu partitarum, in prælectione proemi legum Tauri nu. 371. & 372. vbi aſſerit recurrendum eſſe ad Principem, ſuper dubijs, legis, nam eſt intelligendum in caſu, quem retuli, & fundaui ſupra n. 34. in alijs vero ſeruandæ ſunt reſolutiones ſupra adductæ. Plurima profecto notatu digna Doctor prædictus Burgos de Paz adducit

adducit circa varietaté intelligẽdarum legum, & diuerſarum ſententiarum, & cauſas ex quibus contrariæ ſunt, ſententiæ vel diſcordia iudicum, & aduocatorum
54 loquimur enim ingenioſe, & practice, circa prædictas res in dicto proemi relectione ex num. 275. & dubia cauſarum quæ ſint, & unde procedant, adducit textus noſtræ prgmaticæ per quem præcipitur ſeruari leges Recopilationis, non inouat, nec derogat priuilegijs à Rege Domino noſtro conceſſis, cõtra eaſdem leges, quipe cum ſit priuilegium priuata lex inter partes cui conceſſum fuit, ex l. tit. 18. p. 3. & Gregorio Lopez ibi de priuilegijs nullum verbum in noſtra lege, atq; ideo non cenſetur eis derogatum, maxime ſi tranſierint in cõtractum, ſunt enim tũc regulariter irreuocauilia, vt plene, & late poſt mul
55 tos quos refert, & referre longũ eſſet, adnotat Marcus Antonius Peregrinus de iure fiſci lib. 1. tit. 3. ex n. 28. ad quem vt iam alibi dixi cum caſus ſe offerat eſt recurrendum.

56 Aliqua de conſuetudinis allegatione, & probatione breuiter dicamus ſi conſuetudo generalis ſit, & vniuerſalis, nulla eſſet probatione, quia per generalitatem tranſit in ius commune, non ſcriptum, ex §. ex non ſcripto poſt Baldum, & Decium comprobat Maſcard. concluſ. 428. vbi videas ex noſtratibus Burgos de Paz in l. 1. Tauri n. 136. & eundem Maſcardum conſ. 1109. n. 17. Gregor. Lopez in l. 7. tit. 2. p. 1. gloſ. 4. exẽplum conſtitui poteſt, detrahendis bonis vendictis, vel inſolutũ, datis credictori, à deuitoribus intra nouem dies, ſi ſint immobiles & mobiles intra triduum, quæ cõſuetudo obtinuit, mobilibus, vel immobilibus, & etiam elapſis dictis nouem diebus, ad exemplum iudicum ſuperiorum, hoc etiam poſſe humanitatis, & æquitatis gratia, inferiores, adnotat
47 Parlador. lib. 2. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. 5. p. §. 22. verbo remate n. 19. quorum opinio licet nullo iure, nullaq; autoritate legis fundetur, tollerabilis, & opinabilis eſt tametſi aliquo temporis interuallo interueniente, poſt factum ritè, & rectè vendictioné, & rem (ſub haſtatione interueniente) addictam credictori, vel
58 alio extraneo, qui periculum ſubſtinuit, ſi ſit mobilis, vel curam appoſſuit, & impenſas fecit, ſi ſit immobilis. Prædictam opinioné non practicarem, nec enim inferiores vſurpare debent, quod à ſuperioribus Regijs Auditoribus magna conſideratione ſolet practicari, pro quibus dominis Senatoribus ſunt elegantia ſemperq; méti tenẽda Iuriſconſulti Arcadij verba in l. 1. ff. de officio præfecti
59 prætorio. ibi. *Credidit enim Princeps eas, qui ob ſingularem induſtriam,*

*explorata*

*exploráta eorum fide, & grauitate ad huius officij magnitudinem adhiberentur: non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret iudicaturus.* Itaq; non ſunt ferendi ordinarij iudices hác poteſtatem vſurpantes, ſine cauſæ cognitione debita, procedentes, vt implurimum, & abutẽtes prædicta facultate, quod ſi omnia exactè in prædicto caſu animaduerſa fuerint, ſuſtineri poteſt, Palladori opinio, ita vt non cum iniuria emptoris, vel creditoris, qui periculum rei emptæ in ſe ſuſcepit poſt ſex vel octo menſes retractetur, iuſta, & iuridica iudicialis venditio, quod etiam à dominis de conſilio, vel Chancellariæ debet animaduerti, pro quibus faciũt adducta à Feliciano de Solis lib, 1.2.p.cap.3.2. tomo in additionibus n.3. & cum re vera ſit vẽditio valida iuſtoq; pretio interueniente, poſt dicti temporis vel vnius anni interualum à ſuperioribus iudicibus, & multominus ab inferioribus, & regulariterq; obſeruandum eſt, quod dico cap. 11.n.85. & venditio dicta non eſt
60 reſcindẽda de iuſtitia, nec gratia. Et an dicto Doctoris conſuetudo probetur refert communes contrarias Maſcardus concluſ. 426. ex n.1. teneo affirmatiuam rationibus, & autoritatibus, quas dicto n.1 adducit dũmodo ſit Doctor excelens, vt ipſi Itali dicunt, & apud nos probatæ fidei, & veritatis, & ſciẽtiæ legalis, & experiẽtiæ fũdamẽtis, relatis à primæ opinionis, Autoribus citatis, à Maſc. d.n.1. Regulariter autẽ cõ-
62 ſuetudo probari ſpeciatim debet & quod illo viget caſu ſuper quo cõtentio eſt, cõſtat extra dictis in c. audictis de præſcriptionibus, Oldraldus cõſ.237. per lectis col. 2. & alij plures relacti à Craueta conſ. 96. reſoluit Burgos de Paz
63 in l.1. Taur. n.93. vbi ex n.96. agit de obſeruantia legum fori, & probatione vſus earum. Plura de probatione conſuetudinis perpẽdes, ex adductis à Maſcardo, à concluſione. 424. vſq; ad concluſionem 429. & à Cardinali Tuſcho ſub littera C.2. tomo concluſ.799. & qualiter debeat circa eam eſſe obtẽtionem incõtraditorio iudicio concluſ. 798. & præcedentibus concluſionibus, quanto tempore introducatur, & quæ ſint neceſſa-
64 ria vt valeat. Declaratur prædicta concluſio de neceſsitate probandi conſuetudinem, vt nõ procedat in ea quæ ex actis conſtat,
65 quia quando ex eis notorium cõſtat, non eſt neceſſaria allegatio, ex l.1.§.finali.ff. de apel. Felinus alios citans in cap. cum ordinem de reſcriptis nu.11. idem in cap. a ferte de præſumptionibus n.5. Decius in l. lecta n.31. ff. ſi cert. petatur Gomecius in regula de de annali. q.4.p. finali Burgos de Paz, in d.l 1.n.148. & 149. ſemper autem aduertas ad eius conſilium

n.147.

66 num.147.in fine,vt fori regij,aut municipales vſum vt cumq; notorium ſit,ſemper alleges,& ſi probatio eius non neceſſaria.

Declaratur ſecundo non pro-
67 cedere in conſuetudine redacta in codice conſuetudinum, quia probatione non indiget, vt poſt Bartolum in l.de quibus.ff.de legibus,quem citat, & tradit idem Burgos de Paz vbi ſupra num. 128.& rationem reſolutionis cō-
68 trariæ, quæ ad neceſsitatem probationis legum fori, vel ſaltem allegationis, quod ſint in notorio vſo ipſemet Doctor Burgos de Paz conſtituit, ad quem cum caſus ſe offerat, circa dictas leges fori, & municipalium praxim recurrendum eſt, & notorij allegatio releuat à probatione ex l. prima tit.5.lib.4.Recopilationis. ibi. *Y lo alegare por notorio, le reliebe dè la probança*, quod quidem iure noſtro Regio attento obſeruandum eſt,quid inter Doctores cōtrouertatur, & conſtituatur differentia inter notorium iuris, & notorium facti, quia illa lex de notorio facto loquitur: & quod alias ſi non allegaretur probationem requirit, quod non procederet in notorio iuris,quia non requireret probationem,& ſufficeret eius allegatio, & circa huius reſolutionis declarationem cum caſus occurrat vide Maſcardum concluſsion. 1109. & præcedenti, & quæ late ad-
69 ducit. Ex prædictis colligitur, obſeruandum ſit circa leges fori, & conſuetudinis ciuitatum, ſeu opidorum; & quoad cauſas; & negotia Eccleſiaſtica, in erectionibus, & conſuetijs ſeruari in Eccleſijs Cathedralibus, quæ ve ſint in vſu, vel quæ probatio, ſeu allegatio requiratur, & qualiter ſi notorium ſit ſemper, capitula erectionum, vel ordinationum, quæ vocantur conſuetæ obſeruatæ ſint, non ſit neceſſaria allegatio, quæ enim in praxi iudicandi vel conſulendi munere expediant, extradditis numeris præcedentibus inferes, & colliges, quæ omnia quotidiana ſunt.

70 Pro complemento tamen prædictorum, alia notabilis inſurgit, & venit decidenda quæſtio an per noſtram pragmaticam ſit derogatum, conſuetudniibus præteritis, quatenus ſunt contra leges ſeptem Partitarum, & quamuis difficile videatur vno ſolo verbo voluiſſe Regem Dominum noſtrum omne ius conconſuetudinarium, & vniuerſam conſuetudinis materiam abrogaſſe, contra vulgarem rationem, textus in lege ſi quando C. de inofficioſſo teſtamento, quod antè hanc pragmaticam in alio ſupra numero trigeſimo quinto propoſſuimus articulo, ſenſit Ioannes Gutierrez libro 1. practic. cap. trigeſimo primo n.12.

n. 12. multaque circa hæc adduci
71 poſſent. Sed re exacte à me conſiderata cum reſolutione teneo, quæcumque diximus de legibus nouæ Recopilationis, & de improbata aduerſus eas, conſuetudine, per noſtram pragmaticam cum diſtintionibus declarationibus, & limitationibus, quas ſupra retulimus, extendendum hodie
72 eſſe, ad leges partitarum, his caſibus in quibus, per eas veniát, cauſæ, & lites ordinandæ, & decidédæ, qui declarantur per l. 1. Tauri quæ eſt. 3. hoc tit. 1. lib. 2. Ad quod ſic tenendum moueor ex verbis finalibus noſtræ pragmaticæ, ibi. *Y ſegun ſe mandan guardar por la ley, y pragmatica del Rey mi ſeñor y padre, que eſta al principio de los dichos libros.* At vero pragmatica ſupra dicta, ad quam noſtra ſe refert inquit: *Y mandamos, que ſe guarden, cumplan, y executen las leyes, que van en eſte libro, y ſe juzguen y determinen por ellas todos los pleytos, y negocios, que en eſtos Reynos ocurrieren aunque algunas dellas ſean nueuamente hechas, y ordenadas; y aunque no ayan ſido publicadas, ni pregonadas, y aunque ſean diferentes, ô contrarias a las otras leyes y capitulos, de Cortes, y pragmaticas, que antes de agora a auido en eſtos Reynos; las quales queremos, de aqui adelante no tengan autoridad alguna, ni ſe juzgue por ellas, ſino ſolamēte por las deſte libro. Guardando en lo que toca a las leyes de las ſiete Partidas, y del fuero, lo que por la ley de Toro eſta diſpueſto y ordenado: y quedando anſi miſmo en ſu fuerça y vigor, las cedulas, y viſitas que tienen las Audiencias, en lo que no fueren contrarias a las leyes deſte libro.*

Lex autem Tauri prima recopilata in l. 3. hoc tit. 1. lib. 2. ſic poſt alia diſponit columna ante penultima quod attinet ad leges ordinamenti veteris, cuius loco ſuccesſit hodie recopilatio vltima legum *Que ſe guarden, no embargante, que contra las leyes de ordenamientos, y pragmaticas, ſe diga, y alegue que no ſon vſadas, y guardadas*: quod obtinet in legibus nouæ Recopilationis, cum declarationibus, & diſtintionibus, & limitationibus quas ſupra conſtituimus numeris præcedentibus. De conſuetudine ſcilicet interprætatiua, vel in legibus nunquam receptis.

Quod vero attinet, ad leges partitarum, notabiliter ſunt aduertéda verba dictæ legis primæ Tauri, ibi *Y en lo que por ellas no ſe pudiere determinar, mandamos, que ſe guarden las leyes de los fueros, aſsi del fuero delas leyes, como las de los fueros municipales, que cada ciudad, o villa, ó lugar tuuieren, en lo que no fueren vſados, y guardados en los dichos lugares, y no fueren contrarias a las dichas leyes de ordenamientos, y pragmaticas de eſte nueſtro libro, anſi en lo que por ellas eſta determinado, como en lo que determinaremos adelante, ó por algunas leyes de ordenamientos, y pragmaticas, de los Reyes que de nos vinierē:*

ca por

*ca por ellas, es nueſtra intencion, y voluntad, que ſe determinē los dichos pleytos, y cauſas, no embargante los dichos fueros, y vſos, y guarda dellos, y lo que por las dichas leyes de ordenamientos, y pragmaticas, deſte nueſtro libro, y fueros, no ſe pudiere determinar, mandamos, que en tal caſo ſe recurra a las leyes de las ſiete Partidas, fechas por el ſeñor Rey Don Alonſo nueſtro progenitor: por las quales, en defecto de los dichos ordenamientos, leyes, y pragmaticas, y fueros, mandamos que ſe determiden, los pleytos, y cauſas, aſsi ciuiles, como criminales, de qualquier calidad, ò cantidad que ſean; guardando, lo que por ellas fuere determinado, como en ellas ſe contiene, aunque no ſean vſadas, ni guardadas, y no por otras algunas.* Verba tranſcribo, quia notabilia neceſſariq́;, & ne ſit lectori labor librum Recopilationis aperiendi, & involuendi, in hac notabili quæſtione.

Itaq́; ad intentum, noſtra pragmatica ſe refert, ad aliam quæ eſt initio Recopilationis illa ad legē primam Tauri, iſtaque eſt. l. 3. hoc titulo diſponit, vt vides, ibi. *Aunque no ſean vſadas y guardadas, y no por otras algunas.* Satis itaq́; cōpertum eſt, terminum referentē eundem eſſe, cum relacto, & idē diſponere, ſi adſit prima relata, autoritas authen. ſiquis in aliquo
74 documento. C. de edendo quam quidem relationem pragmaticæ in initio Recopilationis ſitæ, & legis Tauri habemus igitur eam, extat hodie diſpoſitio legis Tauri, innouataq́; eſt. Cum effectu, vt omnis præterita conſuetudo, contra leges partitarum, locum ſibi non vendicet, imo ei derogatum ſit, quod ante editionem Recopilationis tenuit bene Burgos de Paz in relectione dictæ legis primæ n. 462. cuius opinionem hodie ſequi debemus, eaq́; ſine dubio completēda eſt, ex vi prædictarum relationum pragmaticæ vnius ad aliam, & eius ad legē Tauri, quæ hodie extat, & quando de termino relato conſtat, in eſt in referente, ex adductis à Ioā
75 ne Garcia de nouilitate, gloſ. 41. n. 2. & ante eum, explicuit Iaſſ. in l. 51. ſic legatum n. 19. ff. de legatis 1. vbi eleganter conſtituit relatiuum terminum, requirere ſubſtātiuum, quem ſubſtantiuum explicitum habemus, ex prædicta duplici relactione, ex pragmatica noſtra, & eius ad alteram, & ad dictam legem Tauri primam.

76 Et miror maximopere doctiſſimum Gregorium Lopez in toto tit. 2. partita 1. cuius propia materia erat, non meminiſſe dicere conſuetudinem aduerſus leges partitarum, non obtinere nec valere, ex dicta lege 1. Tauri, vel ſaltem earum contrarium vſum nō admiti.

Nec tamen inſurgat aliquis, quæ diximus quod attinet ad leges Recopilationis ſupra numeris 22. 24. 25. 26. & 29. & 30. & 31. &

32.

32.& 33.& 38.& cæteris maximè 44. Extende hodie, ad leges partitarum, quoad conſuetudines, quo caſu non extantibus legibus Recopilationis, & fori municipalis, vſu receptis, per leges partitarum ſit iudicandum. Nam ex prædictis animaduertenda eſt falentia reg. qualiter ad cõſuetudines poſsit recurri, vel non, & quod cenſuetudinis genus poſsit admiti, quemadmodum in dictis Recopilationis legibus diximus. Bene tamen conſtituit Gregor. Lopez

77 in l.2.tit.2.p.1. verbo conſientiẽdolo el ſeñor, è placiendole, quæ eſt glo. non valere conſuetudinẽ, aduerſus leges partitarum, niſi ſciente, & conſciente Rege per l. 5. eiuſdem tituli, quæ eſt expreſſa quod declara vt ſi non improbat videatur conſentire, & aſſentiri tali conſuetudini, cum requiſitis dequibus in eadem lege quinta,

78 dicti tituli 2.p.1. quæ quidem vt valeat, debet eſſe rationabilem, vt inſinuat eadem lex 5. notabilis in fine, & quod dicimus de con-

79 ſenſu Principis declara vt eſt expoſitum ſupra nu. 24. & in dicta lege 5 gloſſa.3. de conſuetudine,

80 quæ induci poteſt à maiori parte populi, vel vno quarterio, quemadmodum Salmanticæ poſſe fieri

81 ab vna expartialitatibus illius ciuitatis, reſoluit Roder. Suarez in l. quoniam in prioribus ampliatione 10. n. 24. & gloſſa 4. quod

82 ſufficiant decem anni ad conſuetudinis præſcriptionem, niſi ſit in his, quæ Principi reſeruantur, in quibus requiritur immemorialis ex cap. ſuper quibuſdam de verborum ſignificatione, cum adductis ex Abbate in cap. finali col. 7 de conſuetudine, & de iure canonico ſi ſit præter ius, ſufficiunt decem anni, ſi autem contra ius, neceſſarij ſunt quadraginta, vt cap. finali de conſuet. & cap. 3. de conſuet. lib. 6. prout reſoluit Grego. in d. l. 5. gloſ. 4.

83 Diximus ſupra n. 26. legem nõ receptam, & quæ nunquam vſu admiſſa eſt, non obligare, nec noſtram pragmaticam de non receptis legibus non eſſe intelligendam, id etiam intelligendum eſt circa leges partitarum, plures qui

84 dem ſunt earum antiquitates maxime in partita 2. vel vſu non receptæ vt in prælijs, & duelijs, quæ non extant. Leges autem partitæ primæ cum de religioſis, & cauſis Eccleſiaſticis agant, non ſunt omnes admiſſæ ab Eccleſia, quippe quæ ſunt contra eius libertatem, vel iura, inualidæ, ex adductis à communi Doctorum ſchola in capite, quæ in Eccleſiarum, cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitutionibus, cap. cauſam que de præſcriptionibus. Leges

85 tertiæ partitæ vtiles, & in praxi, & theoricæ neceſſariæ extant. Et quam plures partitæ quartæ. Le-

86 ges vero quintæ partitæ vtiliſsimæ, & notabiles ad praxim quarum

rum nullam inuenies quæ non
86 ſit magni momenti, & pondera-
tionis dignæq; vt memoria reti-
neantur acuratiſsime idem dice-
re poſſumus de legibus ſextæ par
titæ nec non ſeptimæ , licet ex
hac vltima plura innouata ſint le
gibus nouioribus maxime in tó-
87 to fere titulo 17. de adulterijs
cum per leg. primam tit. 2. lib.8.
Recopilatio. quæ eſt lex fori in
Recopilatione traducta, & auto-
rata, omne ius adulteros accuſan
di priuatiue , ad maritum perti-
88 neat, cui ſunt tradendi, vt ex illis
eorumq; bonis faciat , quod ſibi
placuerit, nec enim per hanc de-
rogatum eſt legi. 15. dicti tituli 18
quatenus concordat cum lege
vnica. C. de mulieribus, quæ ſe
propis ſeruis iniunxerunt, quia
comburi debent , tam ſeruis,
quam domina, vxorata, quæ ei ſe
iniunxerit, cuius rei cognitio-
nem, & cauſæ deciſsionem, etiá
hodie non petente marito, extra-
89 re adnotat Gregorius Lopez in
dicta l. 15. gloſ.8. cuius gloſſæ re-
ſolutiones exornant opus inſig-
ne quidé, quod conſtructum fuit
in condédis partitarum legibus,
quæ & vtiles, & iuſtiſsimæ ſunt
antiquatis exceptis, atque ideo
cum videam earum iuſtitiam,
rectamque , & ſolidam tam
normam, quam bene intuenti-
bus præſtant in iudicando, & con
ſulendo, hanc reſolutioné defen
dendam ex præcedentibus funda
mentis ſuſcepi, per noſtram prag
maticá anni 1611. & eius vltimis
verbis, & relationem quàm ſupra
90 ponderaui, non valere hodie, cō-
ſuetudines præteritas contra le-
ges Partitarum, his exceptis, quas
ſuperioribus numeris explicui-
mus, vt quod dicimus primo lo-
co de legibus Recopilationis ſer
uádis eadem, dicemus de legibus
Partitarum non extante lege Re-
copilationis , vel fori municipa-
les vſu recepti, & vel ſtili ſeruati-
que practicæ, & ordinationes
Chancellarie vt dixi ſupra nu.
50. & ſequentibus quam ius ſciá
aliquos quoad leges in ſepté Par
titis inſertis hanc vel duram, vel
91 forſam nouam concluſionem iu-
dicatorus, quaſi deſtruentem ius
conſuetudinarium, non verebor
certiſsimum in iudicando, & con
ſulendo ; ſecurumque defendere
quod propoſui , nec audatia, vel
temeritate me notabūt viri Pij, &
veritati inherétes, iuſtitiæq; ama
tores , cuius facilis extat additus
obſeruando leges Partitarū iúcta
Grego. Lop. doctrina, cuius vt in
plurimū merito eſt autoritas, bo
na, & recepta in actu practico, iu
dicandi, & conſulendi.

Eſt etiá pro hac reſolutione ma
gnū fundamentū, leges Partitarū
non recedere à iure cōmuni niſi
quando hoc expreſſe in eis dici-
tur, vt comprabat l. 9. tit. 13. part.
6. vbi Gregor. Lopez dicit notá-
dúm cum igitur ius commune

Romanarum quatenus ei conforme eſt ius partitarum magna cum ratione, & conſilio condictum fuit; iuſtiſsime obſeruare, illud debemus, conſuetudinibus, non obſtantibus quod antea tenuit Cifuentes, & Caſtillo verbo *cõtra las leyes*, in d. l. 1. Tauri Burg. de Paz in relectione eiuſdẽ legis primæ n. 463. & cõgruit huic reſolutioni, quod dicit Caſtillo quod licet lex generalis ſit tollit ſtatuta, & conſuetudines ſpeciales, eo quod prohibent, & diſponunt, tanquam publicæ vtilitati refragantes, ex ratione tex. in l. final. C. de teſt. vbi Bart. & gloſ. in l. 3. §. diuus. ff. de ſepulchro violato, rurſus, quod diximus ſine argumentis, nec procedendo per mẽdicata ſufragia, magis hodie patet ex eo quod noſtra pragmatica præcipit ſeruari leges Recopilationis, at vero vna ex dictis legibus eſt ſupra huius tituli, ſed per eam iubentur ſeruari leges partitarum in ſuo loco, & caſu vt iam prædiximus circa legem primam Tauri. ibi. *Aunque ſe diga que no ſon vſadas, y guardadas*, ſcilicet, *las leyes de Partida*. Ergo virtualiter, & ex ſuapte natura; expreſſeq; innouata eſt hodie obſeruantia legum partitarum, ſublatis conſuetudinibus cõtrarijs cum dicta lege Tauri in Recopilatione legum tranſcripta iubeatur ſeruari, tanquam vna ex principalibus, & notabilibus legibus Recopilationis.

92 Limita non procedere in conſuetudine immemoriali, quia hæc valet contra leges Partitarũ, ſed argues forſam, ex concluſione contraria à nobis defenſa, ſupra num. 35. vbi tenuimus immemoriali non eſſe locum contra leges Recopilationis, & nunc dicimus valere contra leges Partitarum, ſed ratio diferentiæ eſt, quia conſuetudo contra leges Recopilationis irrationabilis à noſtra pragmatica iudicatur. ibi. *Como por auerſe vſado de diuerſos medios para defraudar lo por ellas proueydo.* Et ſic procedit in eis quod diximus ſupra num. 22. & 23. quoad leges vero Partitarum hoc non ita præciſſè inuenitur expreſſum, in dicta lege 1. Tauri ſed tantum illa

93 verba proferuntur: *Guardando lo que por ellas fuere determinado, como en ellas ſe contiene, aunque no ſean vſadas, ni guardadas*. In hac autem deſuetudine, eſt implicitus, contrarius vſus, & conſuetudo, aduerſatiua legum: Porque el no guardar, es dezir, que ſe à pretendido juzgar, y determinadoſe, y obſeruado al contrario, de lo que en ellas ſe dize. Quæ eſt conſuetudo reprobata à lege ſupra dicta, & per deſuetudinẽ ſimplicẽ lex non tollitur, niſi in deſuetudine ſit implicitus contrarius vſus; vt

94 probauimus num. decimo quarto ſupra, & reſoluimus per doctrinam Baldi, & Angeli in §. igitur in

in proemio inſtitutionum, & additione ad Guidonis Papæ deciſſionem 631. & Donelo de iure ciuili cap. 10. num. 30. pagina 2. & etiam adeſt ratio differentiæ conſtituta in pragmatica principij Recopilationis ad finem. ibi. *Para que por ellas, y no por otras, ſe juzgue.* Quod non eſt adeò præciſſum, quoad leges partitæ ergo
95 valebit, conſuetudo immorialis contra eas? & ſic obtinet in hoc caſu, prima affirmatiua opinio, quam adduximus ſupra num. 34. cæteræ vero conſuetudines, nec hodie valebunt, imo improbatæ, & antiquatæ cenſentur, cum ſit inter cæteras leges Recopilationis obſeruantia, dictæ legis primæ Tauri innouata, quæ queadmodum ſubſtulit conſuetudines præteritas ita, & hodie ſublatā cenſeri debent, excepta interprætatiua, & alijs caſibus inquibus concluſimus ſupra ex num. 22. & 26. & 30. ſequentibus obtinere aduerſus leges Recopilationis multo fortius in his omnibus, aduerſus partitarum leges, quod ſit tenendum eſt, quidquid ante hanc pragmaticam, anni 1611. qua præcipiuntur ſeruari leges Recopilationis tenuerat, Ioannes Gutierrez dicto lib. 3. practicarum quæſtione 31. num. 15. itaque retenta hac reſolutione ſecundum leges Partitarum, deficientibus legibus Recopilationis pragmaticis, & foro municipali, iudicandum eſt præterita conſuetudine non obſtante, niſi in caſibus quos excepimus ex dictis numeris 22. & ſequentibus futuræ autem conſuetudini non derogatum eſt cenſendum, quæ retenta hac reſolutione ſolummodo introduci poterit ab anno 1611. & non anteriori tempore, quia improbata eſt cenſenda, ex authoritate Caſtelli, & Burgos de Paz quos adduxit Gutierrez dicto
96 num. 15. quæ omnia nunc adnota, & tene menti, quæ reſolui forſam dabunt tibi honoré, quia nec ita agitata eſt quæſtio hæc celebris vſque adhuc, nec ita explicita, vt eam vides, imo à Doctoribus ſuccinte animaduerſam, à nobis vero originem, & diſtintiones conſuetudinum adducentes declaratam, & ſemper conſulendum, & iudicandum, ſecundum noſtras leges, reſoluētes quo caſu obtinere poſsit, aduerſus eas, conſuetudo magiſtrali diſtintione, & animaduerſione in praxi, & theorica vtili explicantes propter obſeruantiam, & velut religionem ſanctarum, & iuſtiſsimarum Caſtellæ legum tum etiam propter lites iurgia, quæ euitanda in allegationibus conſuetudinum, & forſam in aliquarum probationibus in debita, & non fideli, ſed falſa, & ambigua probatione, quæ quidē vt ingenue fa-
97 tear me maximopere vrgebant, ad has iuridicas concluſiones

aſſerendas, & tenendas in hac notabili quæſtione, in qua Doctores, quæ forte de ſunt addere potuerũt omnia tamen ſi vera, vt credimus, & genuina ſunt, conſtãter & ſtrenue defendimus, ſin vero melius ſentientis, & ſupræmi Senatus Regij Caſtellæ correctioni ſubijcimus. In hac Limenſi ciuitate Regni del Peru, die vigeſima quarta, mẽſis Octobris, anno milleſimo ſexcenteſimo & decimo quinto, quo quidem anno apiratis inſularum de Olanda, & Gelãda, per fretum de Magallanes introeuntibus fuit infeſta eiusque
99 portum del Callao infeſtantibus, ſed magna & vigilantiſsima cura adhibitio à Domino Vicerrege Ioanne de Mendoça & Luna Marchione de Monteſclaros, defenſa eſt ciuitas noſtra ab hæreticorũ impugnatione, eiuſq; portus, ita vt inimici ex eodem anchoras leuare, & perdere ſint coacti, & quaſi miraculoſa induſtria prædicti domini Vicerregis libertate ſunt plures inermes naues, quæ in eodem portu erant, quas comburere volebant hæretici, dominus autem IESVS CHRISTVS Saluator noſter ſua potenti manu permitat, vt damnati prædicti militari manu comburantur igne à
100 domino Roderico de Mendoça viro nobili eximio, qui locum tenenti, & militiæ naualiq; execuit à ſuo auunculo Vicerrege præfectus, qui & animi fortitudine eximius extat, cuius demoſtrationẽ fecit, cum imparibus armorum, & nauium viribus (quia maiores eſſe non poterant) inimicum, aggreſſus fuit in nauali ſecundo bello huius Maris del Sur, die decima ſeptima Iulij, dicti anni 1615. cum vtriuſq; partis damno fuit, ex vtraq; parte aggreſſum. Licet initio hoc animoſe, & conſtanter cæperit dictus præfectus, duæq; ex noſtris nauibus perierunt, eo quod vna earum debilis fuit altera nimis tarda in nauigatione, & motu, tametſi almirandus, qui illi præerat, animoſe, & cæteri milites pugnauerint. *Tempore, quo propter defectum aëris, & grauida naue quæ almiranta erat nobis infeſtãtibus.*
101 Poſtharum infortunia rerum, aduenit nobis Vicerrex præſtantiſſimus dominus Franciſcus à Borja Squilachenſis Princeps meritiſsimus dilectus Deo, & hominibus ſua vis ſapiens, Magnificus prouidus ſplendidus, & qui amatur ab omnibus à curariſsimeq; res belli prouida præuenit prudẽtia fortalitia, & inſtrumenta belli arceſq; conſtruxit, adhibito conſilio ſtrenorum militum cuius gubernium florentiſsimum Deo annuente refulget, meque aſſeſſorẽ ſuum elegit, & ideo abſq; adulatione re vera prædicta ſum expertus.

CAP.

## CAPVT IX.

1 Tractatus de recuſationib⁹ frequēs & quotidianus, de quo Doctores agunt ſparſim, & ſine cōgrua collectione
2 Diuiſio earum rerū quæ hoc capite ſunt explicandæ.
3 Recuſandi facultas communis, & generalis, quoſcumq; iudices comprehendens.
4 Legati de latere Cardinales, & Concilium Prouinciale recuſationi ſubiacent.
5 Aduerſus Vicerregem recuſatio interponi poteſt.
6 Non remouetur Vicerrex recuſatus in totum à iudicando ſed aſſumit adiunctū.
7 Vicerrex eſt iudex ordinarius ſupremus in Regno, ſibi commiſſo.
8 Pro Conſulibus equiparatur ex ſententia Ioannis Oreſcij.
9 Per ingreſſum in Prouincia omnis poteſtas Vicerregi competit.
10 Vtilis quæſtio an acta per Vicerregem anteceſſorem poſt ingreſſum ſucceſſoris in Regno vel Prouincia ſint valida.
11 Reſoluitur negatiue cum diſtinctione.
12 Vicerrex del Piru confert Indorum cōmendas ex ſpeciali Regis mandato.
13 Reuocatio mandati fit per conſtitutionē alterius procuratoris ſeu mandatarij.
14 Vicentius de Frāquīs, & eius deciſ. 398 reprobatur.
15 Vicerrex recuſari poteſt in cauſa quæ coram eo vt Capitaneus Generalis agitur cum diſtinctione.
16 In notorijs quemadmodum nec appellatio, ita recuſatio non admititur.
17 Capitaneus generalis recuſari poteſt ſi exercitus ſit in commeatu ſecus in actu militiæ.
18 Regium reſcriptum tribuens iuriſdictionem Vicerregi del Piru in cauſis militaribus, & eius forma.
19 Pontifex Max. non poteſt recuſari.
20 Nec iudices ſupræmi non recognoſcētes ſuperiorem.
21 Concilium Generale recuſari non poteſt cum declaratione.
22 Gubernatore ſuſpecto recuſari poſſunt omnes Auditores, & capite ſeu Præſide ſuſpecto totum parlamentum.
23 In Regno Caſtellæ, & Legionis prædicta non procedent. & in cæteris Regalibus Auditoris ex ſententia Autoris ratioq; conſiderata adducitur.
24 Inquiſitores non poſſunt recuſari.
25 Regularis vel Epiſcopus viſitans an recuſetur. (aſſeſſor n. 29.
26 Officialis ſeu Vicarius Generalis, &
27 Quando ſuſpicio procedit ex perſona Epiſcopi cōtra ſuum officialem tūc recuſatio non eſt coram Epiſcopo ſed coram arbitris proponenda, & probanda ex notabili Oldraldi doctrina, quam ponderat, & adducit Auctor.
28 Quando Epiſcopus longe diſtat recuſatio ſui officialis, ſeu Prouiſoris debet eſſe coram arbitris probanda.
29 Arbiter, & arbitrator exquibus poſſint recuſari.
30 Executor teſtatamentarius poteſt, & recuſari, & remoueri ex iuxta cauſa per iudicem, & ſi habet ſocium ei acreſcit officium.
31 Doctor ſuſpect⁹ pro examine ſubeūdo poteſt recuſari, quod qualiter quæſit intelligendum acurate, & diligēter explanatur
32 Arbitri nominati ad recuſationem recuſari poſſunt.
33 Agrimenſores architeti vulgo, los alarifes recuſantur coram iudice ordinario, & forma ſeruanda refertur.
34 Calculatores recuſantur, & recuſati in totum remouentur contra Ayoram.
35 Cōſtituitur regula vniuerſalis omnes recuſatos recuſatione legitima ſubſiſtente in totū remouendos, iudice ordinario, & delegato ſæculari excepto, & tabellione numerario, & Relatore cauſæ, & quid de Procuratore remiſſiue.
36 Tabellio in cauſa propia remouetur nec ei datur adiunctus, vel ſi eſt inimicus capitalis partis, quæ litigat.
37 Doctr. Ioānis de Platea tenentis tabellionē recuſatū in totū eſſe remouendū poſſit practicare iudices ſuperiores, vel ordinarij cum eis æquum viſſum fuerit.

38 Extende quæ dicta ſunt præcedenti numero ad Relactorem cauſæ.

39 Refertur lex 7. tit. 25. lib. 4. Recopilationis.

40 Quid ſit ſeruandum in recuſatione Notarij Eccleſiaſtici.

41 Et quid de tabellionibus quos vulgus dicit ſcriuanos Reales cũ pro aliqua cõmiſſione proficiſcuntur ſi recuſentur in ea declaratur.

42 Merus vel mixtus executores an recuſari poſſunt remiſſiue.

43 Procurator Regius fiſcalis an poſſit recuſari qualiter. & in quibus caſibus late & accurate declaratur nouiſſimeque vltra omnes.

44 Facti ſpecies, & caſus in quo fiſcalis, quidam fuit excluſus.

45 Cauſa fiſci eſt publica.

46 Regi Auditores poſſunt ſi adſit cauſa quæ repugnet vtilitati fiſci eius fiſcali inter dicere ne ſe interponat, & adhoc iuramenti vinculo aſtringuntur.

47 Nemo poteſt eſſe iudex in propia cauſa ſiue ſit ciuilis vel criminalis.

48 Explicatur late. l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omn. iudicum.

49 Etiam parte non opponente nemo poteſt iudicare propiam cauſam, vel vxores, & aliorum quos in poteſtate habet.

50 Traduntur limitationes prædictæ regulæ quando pars aduerſa conuenit quando eſt cauſa eius, quando eſt illata iniuria iudici, quando non eſt copia alterius iudicis.

51 In caſu dictæ regulæ negatiuæ non ſufficit aſſumere adiunctum.

52 Refertur bona remiſſio Gregorij Lopez pro recuſationibus.

53 Aduocatus vel qui conſilium præſtitit parti in aliqua cauſa prohibitus eſt eſſe iudicem in ea.

54 Nec ſi fuerit Auditor Regius relationi ad eſſe.

55 Sententia lata in cauſa propia eſt nulla, etiam parte non opponente.

56 Iudice ordinario non datur adiunctus, quando parti non eſt prouiſſum.

57 Inimicus capitalis á iudicando remouetur.

58 Cauſæ inimicitiæ capitalis, & eius interuentus iuſta leges Partitarum, & opiniones Doctorum.

59 Omnis cauſa quæ ſufficit ad alegandum ſuſpectum teſtem multomagis ad allegandum ſuſpectum iudicem.

60 Minor ſuſpicio ſufficit in indice quam in teſte.

61 Ex cauſis propter quas omnino excluditur teſtis à teſtificando ex eiſdem iudex à iudicando.

62 In inimico capitali nõ operatur arbitriũ quoad eius teſtimoniũ, & depoſitionem.

63 Examinari non debet inimicus capitalis & quomodo circa hoc ſit iudicandum praxis refertur vtilis.

64 Capitalis inimicitia remouet iudicem à iudicando, ſi à parte opponatur.

65 Ratio differentiæ quare capitalis inimicitia debeat opponi, etſi cauſa ſit propia iudicis non eſt neceſſarium.

66 Declaratio legis in priuatis remiſſiue.

67 Conſilium autoris quãdo ſuperuenit auditori Regio neceſſitas iudicandi in cauſa propia, quæ talis non eſtimatur ſed aliena.

68 Iudex ratione multæ vel partis pœne aut decimæ, quam vt iudex habiturus eſt, non poteſt recuſari ampliatur n. 226.

69 Si opponatur perſonæ defectus aduerſus iudicem non debet ipſe de eo cognoſcere.

70 Oppoſita nullitate defectus etatis viginti & ſex annorum iudex aduerſus quem opponitur de ea iudicare nõ poteſt ſed ad ſuperiorem remitere idem de nullitate eo quod iudex fuerit excommunicatus.

71 Iudex quilibet in omnibus cauſis prædictis exceptis non debet ſe abſtinere à iudicando niſe recuſetur.

72 Recuſatione interpoſita iudex, ea etiam nõ probata ſe abſtinere poteſt à iudicãdo.

73 Limita in iudice ordinario ſæculari, quia adhuc manet iudex debetq; aſſumere adiunctum.

74 Iudex poteſt iudicare cauſas conſanguineorũ, & etiã fratris propij ſi nõ recuſetur.

75 Quod

75 *Quod declara ſi eos non habeat intra domum ſuam.*

76 *Reprobatur error tenentium legem, qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omniũ iudicum extendi ad conſanguineos, vſque ad decimum gradum.*

77 *Limitatur ſi ſit intra familiam.*

78 *Officialis Epiſcopi ſi non recuſetur poterit cognoſcere de cauſis familiarũ Epi.*

79 *Princeps poteſt iudicare cauſam propiã*

80 *Limitatur in Principe non recognoſcẽte ſuperiorem vel inter priuatum, & Principem non ſuperiorem priuato.*

81 *Papa cognoſcit de cauſa inter eum, & Imperatorem.*

82 *Dñi Reges Hiſpaniæ de cauſa ſua inter ſubditos, & non ſubditos poſſũt iudicare*

83 *Per ſui conſilij proceres, & Senatores Rex Hiſpaniæ ſuas cauſas iudicat eius fiſcalis audito.*

84 *Quod de honeſtate ſit.*

85 *Exemplaria duo grauiſſimorum caſum noſtri temporis.*

86 *Rex Philip. II. prudẽs cognominatus iudicauit ad ſe pertinere ſucceſſionẽ Regni Portugaliæ.*

87 *Clemens VIII. P. M. Feliciſſime recordationis iudicauit ad Eccleſiam Romanã pertinere Ducatum Ferrariæ.*

88 *Refiereſe el diſcurſo, q̃ para adjudicar a la Igleſia eſte Ducado y Eſtado de Ferrara, ſe tuuo: y en el muchas coſas notables en Derecho.*

89 *Refertur ſententia Luduuici Romani, & aliorum, qui conſulunt, vt Papa ſuam cauſam deleget ne ſuſpectus habeatur.*

90 *Cauendum eſt á Romano in eo quod conſtanter aſſerit appellari poſſe á Papa ad Concilium.*

91 *Laudatur Cardinalis Belarminius.*

## Cauſæ legitimæ recuſationis.

92 *Doctores de cauſis recuſationum agentes referuntur.*

93 *Moderni aliqui exteri noſtri temporis ab alijs dicta tranſcribunt, & raro aliquid noui adducunt.*

94 *Cauſæ plures ex his quas adducit Maranta ſunt friuolæ ad recuſationem.*

95 *Diferentia quoad recuſationes interius Canonicum & ciuile.*

96 *Amicicia nimia cum parte litigante, eſt legitima cauſa primaque recuſandi iudicem.*

97 *Nec procedit niſi opponatur, & probetur, que ay intima y eſtrecha amiſtad.*

98 *Quæ ſit iudicis arbitrio relinquitur.*

99 *Affinis Iudex partis recuſari poteſt.*

100 *Triplex affinitatis genus erat antiquitus cuius relatio fit.*

101 *Vt recuſatio ex cauſa affinitatis, locum habeat, debet eſſe intra quartũ gradum, ad quem eſt reducta affinitas.*

102 *El Oydor puede ſer recuſado en la cauſa del que es caſado con hermana de ſu muger, aunque propiamente no es cuñado ſuyo, ni ay afinidad con el.*

103 *Lo miſmo procede en el pleyto del que eſtuuo caſado cõ prima hermana, ò prima ſegunda de la muger del Oydor.*

104 *Lo dicho no procede en el pleyteante, que tuuieſſe pariente caſado con hermana de la muger del Oydor, ò en los que fueſſen parientes de otros parientes.*

105 *Aduocatus, qui fuit in cauſa in ea remouetur à iudicando ipſo iure.*

106 *Vtilis, & noua quæſtio apud nos an ſenator Regius poſſit eſſe iudex in cauſa ſui aduocati, vel procuratoris, qui pro eo patrocinium præſtiterunt reſoluitur affirmatiue vide infra nu. 287.*

107 *Hodie Procuratores, & aduocati inuicti regulariter cõpellentur ſuum⁹ exercere.*

108 *Senator Regius poteſt iudex eſſe in cauſa eius, qui aduerſus eum procurator vel aduocatus extitit.*

109 *Quod venit declarandum niſi cauſa fuit ardua, & qualitatis ſic relatæ, & recuſatione interpoſita.*

110 *Amans mulierem partis aduerſæ ſi iudex ſit recuſari poteſt quomodo circa hoc cauendum ex reſulione autoris.*

111 *Iudex conſanguineus partis aduerſe recuſari poteſt.*

112 *Conſanguinitas quoad recuſationem*

an

an extendatur vſque ad decimum gradũ adhibetur.

113 Conſanguinitas quod recuſationem cõſideratur etiam in natis, ex damnato coitu.

114 Reſolutio Autoris quoad computationem prædictam.

115 Papa non recuſatur prætextu quod ſit conſanguineus partis.

116 Neq; conſanguineus coæqualis partis.

117 Iudex cui eſt pars commenſalis nimis recuſatur.

118 Declara in commenſalitate voluntaria ſecus in neceſſaria.

119 Item recuſatur concanonicus in cauſa ſui concanonici, & dignitatis ſeu portionarius.

120 Item conſultor litis.

121 Et compatriota in parte extranea.

122 Quod fallit in Indiarũ Regnis ex ratione Autoris, & eius diſtinctione.

123 Item compater partis aduerſæ recuſari poteſt præ textu dictæ cauſæ.

124 Extende ad quatuor perſonas hic à numeratas.

125 Amicitiam cõtrahens cũ inimico, vel parentelam iuſte recuſatur.

126 Confederatus cum inimico partis recuſatur.

127 Item iudex corruptus à parte aduerſa declara ſi munus eſt ſufficiens ad eius animum præuertendum.

128 Itẽ vbi adeſt iniuria illata quæ ſubeſt, omnibus iniuriam paſſis, & quibus competit querelæ actio. (hic

129 Extẽditur in alio notabili caſu relato

130 Cauſa ſimilis expreſſis à iure, vel maior ſuficit ad recuſandum.

131 Caute in his procedendũ autor cõſulit

132 Cauſæ plures coaceruatæ quando quælibet nõ ſufficit ad recuſãdũ ſufficiẽt plures.

133 Indicia plura ad torturã coniungũtur

134 Coniecturæ plures cõiunguntur ad probandũ debiti liberationẽ, & ſolutionẽ, & præſumptiones ad plenam probationem.

135 Declara ſi plures cauſæ propoſitæ recuſationis ſint friuolæ non eſſe admitendas quod arbitrio relinquitur.

136 Doctor vel Magiſter partis aduerſæ recuſatur declara vt hic.

137 Iudex dicens verba iniurioſa parti recuſatur.

138 Declara notabiliter quando iudex ex cauſa verecũdiam infert litiganti, & attende ad exempla hic poſita.

139 Adducitur alia notabilis declaratio in caſibus quotidianis.

140 Iudex poteſt vociferantes, & immoderate loquentes punire.

141 Iudex poteſt repellere, & ex ſuo officio non admitere teſtes inhabiles.

142 Nec hoc prætextu recuſatur ſi dicat cauſas inhabilitatis.

143 Exempla notabilia, & quotidiana referuntur.

244 Iudex dilacerans libellum ineptum vel male & iniurioſe conceptum non hoc prætextu recuſari poteſt.

145 Lex 16. tit. 9. p. 7. notabilis, & celebris pro iudicibus, et accuſandis, qui adhibere mandant torturam.

146 Infamia nulla incurritur à reo ex adhibitione torturæ ex d. l.

147 Recuſari non poteſt iudex, qui inſolẽtem vel importune à gentem increpat.

148 Ad officium iudicis expectat eius autoritatem tueri, & conſeruare.

149 Quando aliquid fit coram iudice cauſa cognita ceſſat fraus.

150 Iudices debent prohibere vim fieri iniuſtitias remouere præſumptiones abſcondere laborãtibus ſuccurrere, oprobris locũ non præbere, & ei qui calũniam, vel oprobium patitur adiutorium ferre.

151 Rigide in eos, qui iniquæ ſe habent exercida eſt iudicialis autoritas.

152 Pœna ſapientẽ facit quem culpa oſtendit inſipientem.

153 Permitidole es al Iuez, reprehender a los litigãtes, y en q̃ manera deue eſto ſer, y no por eſſo a lugar ſer recuſado.

154 Iudex ſi detur ad pe[illegible]ẽ partis recuſari poteſt. (a[illegible]o, & iudex neget.

195 Idem ſi dicat pars ſe exemptum eſſe

156 Idem ſi excedat iudex fines iuriſdictionis, & executionis.

157 Iudex

157 *Iudex, qui fuit famulus partis, vel ſi pars fuit famulus iudicis recuſatur.*

158 *Recuſatur iudex familiaris partis ſi magna ſit familiaritas.*

159 *Recuſatur iudex cui aduerſa pars fideiuſor extitit.*

160 *Iudex pater vel filius aduocati recuſatum*

161 *Recuſari poteſt Iudex faciens nimis parti & recuſatio eſt quotidiana*

162 *Si Iudex reducit factum ad memoriam partis non recuſatur.*

163 *Quando dicatur nimis fauere iudicātium arbitrio relinquitur & refertur quādo nimis faciet.*

164 *In principio litis iudex debet fauere magis actori quam reo, in medio vtrique, & in fine reo nec hoc pretextu recuſari poteſt.*

165 *Nec propter hoc inſindicatu tenetur.*

166 *Iudex debet declinare in partem quæ fauet potiora iura nec propter hoc poteſt recuſari ex ſententia autoris.*

167 *Iudex non debet eſſe facilis quando eſt contradictor in iuditio.*

168 *Et licet non habeat teſtes debet ſe ex multiplici cauſa informare.*

169 *Debetque eſſe iuſtus, & equalem.*

170 *Declarat iudex pacta obſcura.*

171 *Nec ex prædictis recuſari poteſt, quia dicitur iuſtitiam inquirire, & inueſtigare.*

172 *Quod maxime anotandum aduertit autor ſi pars ſit abſens.*

173 *Abſentia partis per diei præſentiam eſt ſuplenda.*

174 *Taxatur, & declaratur Eſtephani Auferrij dictum.*

175 *Iudex proponens dubia litium aduocatis ex hoc recuſari non poteſt, quia ei licet ex ſententia Gregori Lopez, qui hoc faciebat.*

176 *Iudex mitens librum ad cæteros coniudices pro animaduerſione iuſtitiæ recuſari non poteſt ex hac cauſa.*

177 *Facti notabilis, & vſque adhuc non declarati ſpecies.*

178 *Iuezes, muchos ſe ſeñalan para las cauſas, para que vnos ayuden, y alumbren a los otros.*

179 *Veritas per plures homines perfectiſſima reuelatur.*

180 *Muchos Iuezes de vna cauſa hazen vn juzgado, y juyzio, y ſe reputan por vna perſona.*

181 *De dōde ſe ſaca que como no ſe podria arguyr ſoſpecha que vn Iuez para ſi eſtudiaſe, y hizieſſe apuntamientos en fauor de la vna parte por la miſma orden: aunque auiendolos hecho los dieſſe al cōpañero.*

182 *Puede aduertir al coniudice, de la juſticia del pleyto. que ambos an de votar.*

193 *A el Abogado llama la ley de Partida (que aqui ſe cita) Bocero, porque con vozes y palabras vſa ſu oficio.*

184 *Non dicitur, quis aduocare, qui iudice cedulam mittit.*

185 *En la boca y deſpacho de los ſupremos Iuezes, ſe dexò la vltima juſticia.*

186 *De qualquier Iuez ſe preſume, no querrà enmēdar ſu parecer, lo qual ceſſa.*

187 *Declaratur l. vnica. C. vt quæ de ſunt aduocatis.*

188 *Iudex in cauſa coram eo vertente poteſt allegare plenius iura pro vtraque parte fatientia quam fecerunt aduocati.*

189 *Et ſuplere in allegationibus præſentibus partibus.*

190 *Arreſtum regalis ſenatus Limenſis in prædicto caſu.*

191 *Lex ſecunda hoc titulo notabilis quatenus pœnæ remiſſionem in recuſationibus ex iuxta cauſa permitit.*

192 *Iudex poteſt vociferantem vel immoderate, & iniurioſe coram eo loquentem in carcerem detrudere nec hoc ſufficit ad recuſandum eum.*

193 *Iudex recuſatur ſi habeat cauſam ſuā coram aduerſario partis recuſantis.*

194 *Iudex, qui fuit in eadem cauſa poſtea recuſari poterit in eadem, quod declarat hic.*

195 *Procedet ſi abeo appellatur à ſentētia diffinitiua, vel interlocutoria, quia nec coniudex eſſe poteſt in articulo. vel*

*ſententia*

ſententia appellata, ſecus vero in caſu quem hic declarat.

196 Secus etiam in executore, qui & ſi antea iudex fuerit non recuſatur quoad executionem poſt confirmationem vel reuocationem ſententiæ à ſe latæ.

197 Iudex auſcultans ſecreto partem ad aures, quis & qualiter recuſari poßit.

198 Supleus in facto vltra caſus à iure expreſſos recuſatur declara vt dictum ex præcedentibus numeris.

199 Inimicus iudex recuſatur quæ quotidiana eſt recuſationis cauſa.

200 Inimicitia capitalis reddit iuditium nullum, & qualiter hoc procedat adducitur praxis.

201 Et ſi notoria ſic capitalis inimicitia iudices coniudicem ex officio reppellere poſſunt licet ſit ſecuri vt ſit ad petitionẽ ſecurius partis.

202 Inimicus non capitalis à iudicando excluditur ex vi recuſationis.

203 Inimicitiæ cauſa quando recuſatio interponitur de iure noſtro regio exprimenda eſt, & declaranda.

204 Quod procedit etiam ſi inimicitia ex culpa recuſantis procedat.

205 Inimicitia dolo partis recuſantis procurata ad recuſationem non ſufficit exẽpla traduntur.

206 Ad recuſandum regium ſenatorem, vel Eccleſiaſticum iudicem ſobrium, & virtute prædictum non ſufficit dixiſſe ſe non diligere partem, qui eum recuſat.

207 Reprobantur Maſcardus Tuſchus, & quos referunt contrarium opinantes.

208 Inimicitiæ capitalis cauſæ remiſsiue.

209 Prima cauſa inimicitiæ non capitalis colligitur ex lite pẽdente, & quid de iam finita traditur autoris congrua diſtinctio.

210 Inimicus præſumitur, qui frequenter cum inimico habitat.

211 Siquis dum poſſet noceret inimicus eſt.

212 Qui non loquitur nec ſalutat eum id ſolet vt inimicus recuſatur.

213 Qui facit parentelam, vel confederationem cum inimico recuſari poteſt niſi fuerit coacte confederatio.

214 Expulſus de domo recuſatur.

215 Inimicus fratris mei recuſatur, ſed eã non ſentit veram cauſam autor niſi odiũ probetur.

216 Seminans malam famam vel denegans actum humanitatis inimicus eſt.

217 Et qui non paret prælato.

218 Inimicitiæ cauſæ ad legati reuocationem tacitam quæ requirantur.

219 Verba altercatoria non attenduntur ad inimicitiam formandam.

220 Inimicitiæ teſtium quæ remiſiue.

212 Verba altercatoria inurioſa inimicitiam inducunt.

222 Inimici teſtis examen quomodo impediatur remiſsiue,

223 Locus non tutus præbet recuſationis cauſam.

224 Nota vel infamia oppoſita aperte iudici eſt cauſa eum recuſandi quod qualiter procedat declaratur.

225 Prælatus in cauſa ſuæ Eccleſiæ recuſari non poſſe, comprobat autor nouis rationibus.

226 Iudex qua ratione habendo partem à lege atributam in intereſſe cauſæ non recuſatur ex hac cauſa.

227 Tradditur prouincialem ſeu Abbatẽ in cauſa ſui monaſterij vbi contra illud agitur non poſſe hoc prætextu recuſari.

228 Extenditur vbi canonicus eſt iudex, & agitur de cauſa ſuæ Eccleſiæ, & exempla aducuntur.

229 Nec iudex ordinarius ſecularis etiam ſolo iuramento ex eo quod multæ vel pœnæ partem habeat recuſari poteſt tametſi recuſatio valeat.

230 Iudice ordinario recucuſato poteſt cauſam ſupeuiori iudice remitere ſiſit Eccleſiaſticus index.

231 Procurator cauſæ iudex eſſe non poteſt, & iuſte recuſatur.

233 Inuehetiua quando coniunctæ perſonæ ſunt aduocati contrarij.

234 Poßidens bona litigioſa partis aduerſæ recuſatur.

235 Item

235 *Item iudex prohibens ſolita fieri quod declaratur.*

236 *Et procurans cauſam ſibi comiti.*

237 *Et priuignus in cauſa vitrici.*

238 *Et procedens extra iuditialiter iniuſte, & poſtea volens iudicialiter procedere.*

239 *Iudex, qui voluit ſubditam in vxorem ab ea recuſatur, & ab eius familia.*

240 *Item recuſatur inimicus reconciliatus, & pari modo teſtis.*

241 *Et cui exceptio opponitur reſcriptũ eſſe falſum.*

242 *Et ſocius ſiue vniuerſalis ſiue particularis, & ſocius domus durante ſocietate.*

243 *Item ſubditus iudex eius, qui litigat, quod declaratur.*

244 *Sinodales indices non recuſantur, in cauſis ſui Epiſcopi.*

245 *Item recuſatur iudex, qui ſolicitator cauſæ ſit.*

246 *Solicitator nõ ſalariatus teſtis eſſe poteſt ſecus in ſalariato.*

247 *Procurator teſtis eſſe nõ poteſt in cauſa quam procurat.*

248 *Nõ eſt ſolicitator iudex, qui parti dicit vt litem à ſe propoſitã proſequatur, aut moueat, aut quid ſimile. Secus ſi ſuam ſententiam declarat.*

249 *Si el Iuez encamina a la parte al Letrado, que le ayude, ò embia recaudo el eſcriuano que le deſpache, no ſe dize ſer ſolicitador, ni puede ſer por eſſo recuſado.*

250 *Socer ſi eius gener eſt aduocatus recuſatur.*

151 *Non debet permiti vt aduocati ſint comenſales vel ſumis domeſtici cum iudicibus.*

252 *Iudex habens conſimilem cauſam iuſte recuſatur.*

253 *Ex facto iuſoritur, & ex varietate facti variatur ius.*

254 *Dominus Antonius de Padilla Preſes Indiarum dicere ſolebat, que jamas veya pleyto, que tuuieſſe la cara como otro.*

255 *Iudex ſubditus inimici partis quæ litigat recuſatur.*

256 *Et confederatus cum inimico partis.*

257 *Et faciens quo adunationem cũ inimicis partis.*

258 *Et partialis vbi ſunt partialitates vulgo vandos.*

259 *Et ille, qui læderet ſi poſſet.*

260 *Item recuſatur executor ſi excedit, in executione ſibi cõmiſſa, & de hoc remiſſiue.*

261 *Et etiam recuſatur ſucceſſor quando eius prædeceſſor fuit recuſatus ob aliquã cauſam quæ eius dignitatem tangeret, & etiam ſucceſſoris.*

262 *Recuſatur iudex, qui eſt groſſi ingenij quod diſtingue, & declara vt hic.*

263 *Iniurioſum eſt dicere non litteratum iudicem, & eum propter hoc recuſare cũ quem rex elegit.*

264 *Item recuſatur ſuſpectus, qui non ſub delegabit in totum ſed in partem.*

265 *Extenſio notabilis doctrinæ Ioannis Andreæ quod quãdo delegatus eſt abſens in lõginquis recuſatio ſubdelegati debeat fieri coram arbitris.*

266 *Recuſatis duobus vel tribus ſenatoribus, qui ſoli ſint in ſenatu, vel regali audientia, quid ſit aggendum.*

267 *Dubium notabile ſi non ſint aduocati in dicto caſu, vel qui ſunt recuſati an ad non litteratos, vel ad exteros eſt recurrendum reſoluitur negatiue.*

268 *Conſilium autoris.*

269 *Aduocatus iudex impetratus poſtquã ſciuerit ſecreta cauſæ recuſatur, & an aduocatus propius recuſetur aparte remiſſiue.*

270 *Tertius oppoſitor comparens pro ſuo intereſſe poteſt iudices ſuſpectos eiuſdẽ cauſæ recuſare.*

271 *Item recuſatur iudex, qui ſuam ſubditam voluit (ea retinente) in vxorem ducere nam iuſtò ab ipſa recuſatur.*

272 *Extende ex opinione autoris idem in filia vel ſorore, & alijs caſibus hic relatis notabiliter nunc nec antea declaratis.*

273 *Recuſationis cauſæ arbitrariæ.*

274 *In Indiarum regnis auditores Regij in*

*diſtrictu*

diſtinctu ſuæ Chancellariæ non poſſant ducere vxores non nec filios vel filias in matrimonium collocare.

275 Declaratio Regij reſcripti hoc prohibentis.

276 Ex omni ſuſpitione per quam remouetur procurator remouetur à iudicãdo per recuſationem iudex.

277 Et ſi opponatur quod cauſa eſt alteri commiſſa.

278 Item recuſatur imo excluditur à iudicando, qui fuit teſtis in cauſa.

279 Refertur regia ordinatio audientiæ regalis Limenſis.

280 Item recuſatur iudex ad quem aliquo modo tangit cauſa quæ tractatur coram eo.

281 Item Vicarius in cauſa ſui Epiſcopi, vel ſui familiaris.

282 Item vaſſallus in cauſa ſui Domini.

283 Et vbi adeſt veriſimilitudo lædendi partem.

284 Et vicarius quando eius Epiſcopus recuſatur.

285 Et vitricus vel priuignus.

286 Item ſi iudex fecit aliquam iniuriam parti puta dedit alapam poteſt recuſari declaratur notabiliter ad praxim.

287 Si aliquis fuit aduocatus contra regiũ ſenatorem eum recuſare poteſt.

288 Iudex qui eſt amaſius alicuius mulieris an recuſari poſit in cauſa eiuſdem amaſiæ late traditur.

289 Item habens contentionem amores, & certamen ſeu contẽtionem amandi aliquã mulierem.

290 Recuſatur Vicarius Epiſcopi in cauſa famuli Epiſcopi.

291 Item aſſeſſor qui fuit cauſæ, quia amplius in ea poteſt eſſe iudex.

292 Item ſi opponatur iudici delegato, quod eius litteræ ſint reuocatæ iuſte recuſatur.

293 Quando eſt declinatoria de vn Iuez a otro, y ſi ſe duda, quien de los dos Iuezes deua conocer, ſe à de recurrir al ſuperior, que lo declare.

294 Si iudex poſitionibus ſibi poſitis propter recuſationẽ aſpere, & ſeuere nimis reſpondet, eſt noua cauſa recuſationis ex noua interpretatione autoris; lo qual ſe declara vtilmente para la pratica.

295 El Iuez recuſado, no tiene obligacion a poſiciones criminoſas, que ſe le ponen, y ſi en eſto replicare, no ſe haze ſoſpechoſo por razon de la replica.

296 Hoſpitium voluntarium lite pendente præbet iuſtam recuſandi cauſam quod notabiliter declaratur.

297 Collega in cauſa ſui cõcollegæ, & eiuſdem collegij an recuſarij poſſit, plane, & nouiſſime diſputatur, & diſtinguitur ab autore.

298 Mutuas pecunias iudex recepies recuſatur in caſu huius numeri.

299 Expoſitus ad domum auditoris ſi aliquis fuerit litemque habeat ex hoc auditor, qui illum recepit recuſatur.

300 Patrinus iudex nuptiarum recuſatur, vel ſi pars eius patrinus fuit.

301 Secus in vxore auditoris, auiendo ſido madrina de velacion.

302 Senator Regius iuſte recuſatur ſi in cõuiuio nuptiarum interfuit.

303 Inuectiue contra Senatores, qui in talibus conuiuijs interſunt.

304 Declaratur non procedere inter coniunctos, & qualiter.

305 Inimicus recocõcilatus iuſte recuſatur.

306 Declara procedere ſi præcedens inimicitia fuerit capitalis ſeu grauis, ſecus ſi leues.

307 Item quando opponitur de totali fundamento iuriſdictionis, & propietatis ipſius iudex iuſte recuſatur quod declara, & diſtingue.

308 Iudex, qui aliquã donationem a parte Recepit iuſte recuſatur.

309 Idem ſi donatio facta fuerit vxori iudicis, vel filijs ſeu filiabus.

310 Quid autem erit de donatione coniuncto facta traditur.

311 Iudex, qui eſt in manibus aduerſarij hoc eſt, ſi habet iudicare cauſam iudicis, vel ex alijs rationibus damnum inferre

poteſt

poteſt iuſte recuſari, & de cauſis friuolis recuſationis quæue admiti non debent.

312 Friuola, & friuoliſſima cauſa eirt allegare in alia cauſa diuerſa à iudice eſſe appellatum nam hac ratione non recuſatur in cauſa coram eo vertnete.

313 Declaratur non procedere in iudicibus impertinentibus & ignauis qui ſe ſolent perturbare cum abeis appellatur.

314 Ex eo quod Epiſcopus eſt iudex ſuorũ Clericorum contra non ſubditos recuſari non poteſt, & in alio quocumque iudice.

315 Si pars ad aurem iudicem aloquatur recuſari non poteſt. Etiam ſi non reſpondeat, nec dicat publicæ quod ei ſit dictum

316 Et etiam ſi non reſpondeat ſalutatus, quod diſtingue.

317 Iudex, qui aduocatum partis non audit de iure ſub hoc prætextu non poteſt recuſari.

318 Declaraſe, y daſe conſejo por el Autor de lo que acerca deſo dicho conuiene hagã los Iuezes..

319 Iudex, qui habet partem condenationis hoc prætẽxtu non recuſatur. Late ſupra num. 68.

320 Si diſputatur de priuilegio Papæ non recuſatur iudex coram quo hic articulus pendet.

321 Conuiuium in monaſterio non præſtat iuſtã recuſationis cauſam maxime ſi ſiat occaſſione officij.

322 Inimicitia leuiſſima non ſufficit ad recuſandum.

323 Nec iudex, qui libellum male conceptũ vel iniurioſum dilacerauit ſeu non admiſit recuſari poteſt.

324 Si iudex luſerit cum aliqua ex partibus recuſari non poteſt tradduntur rationes.

325 Si iudex litependentè aliquid iuſto pretio ſuo vſui neceſſarium emerit non poteſt recuſari.

326 Declaratur non procedere ſi vili pretio emerit rem magni valoris.

327 Idẽ eſt ſi vẽdat litependẽte litigãti aliquam rem parui valoris pro magno pretio.

328 Iudex à cuius iuriſdictione eſt declinatum hoc prætextu non poteſt recuſari.

329 Iudex cui opponitur ſolutã vel cõiugatam mulierem cognouiſſe, carnaliter an poſſit recuſari arbitrio relinquitur.

330 Autoris reſolutio circa ab eo dicta in hac cauſarum recuſationis materia de effectibus recuſationis.

331 Iudex non poteſt ſe abſtinere à iudicando niſi recuſetur.

332 Quod intelligetur ante recuſationem ſecus vero ea propoſita nec dum probata, quia ſe libere abſtinet, & ſupra n. 71. & 230.

333 Declaratur non procedere quando colluſio præceſſit, & exempla adducuntur.

334 Magna ex culpa Regij ſenatoris recuſationem affectantis.

335 Etiam ſi aduerſa pars non recuſans cõſentiat recuſationi iudex recuſatus non excluditur.

336 Poſt ſubſcriptam ſententiam ab ordinario, vel delegato iudice recuſari poteſt ante pronuntiationem ſecus in iudicibus ſenatoribus.

337 Acta, & actitata recuſatione pendente ſunt nulla.

338 Reſoluitur, & diſtinguitur an valeat recuſatio omnium aduocatorum.

339 Et an omnes decuriones ciuitatis.

340 Princeps poteſt tollere recuſationem, quod intelligitur cõmuniter de friuola.

341 Secus ſi dicat omni recuſationi ſublata quia non ſolum friuola ſed valida tollitur ex ſententia Cephali.

342 Parte aduerſa affectante vel procurante, vt recuſatio propoſita non admitatur ſuperuenit noua ſuſpitionis cauſa.

343 Vtilis & noua reſolutio poſſe iudicem recuſatum inſtare pro ſuo iure vt recuſatio non valida non admitatur contra ſe, quod declarant hic tradditur.

344 Iudex pro recuſatione interrogatus debet reſpondere dum tamen criminoſæ non ſint poſſeſſiones.

345 Ad recuſationem adiuncti coniudicis iudici ordinario non eſt neceſſaria expreſſio nec cauſæ probatio ſed ſufficit forma quæ ſeruatur in ordinario iudice.

246 *Recuſationi tacitæ, & expreſſæ renunciatur.*
347 *Non debet, quis facile ad recuſationem prorrumpere, & traduntur damnorum ex hoc exempla.*
348 *Conſilia ſeruanda à recuſante.*
349 *Per recuſationem implurimum ſit iniuria iudici.*
350 *Admonitio, & autoris exortatio vtilis ad animæ ſalutem, in hac recuſationū, materia quæ ſemper eſt memoria tenēda, quando caſus ocurrat.*

---

# CAPVT NONVM.

## Et vtilis tractatus ad rubricam, & legem finalem tit. 10. lib. 2. Recopilationis de recuſationibus iudicum Regalis Conſilij vel Chancellariæ.

1 DE RECVſationibus tractarurus in primis premito ſæpiſsime ab vtriuſq; iuris Doctoribus, nec non noſtris regnicolis hāc materiā agi ſparſim tamē, & ſine congrua collectione, & diſtinctione omiſſa, itaq; definitione, & vnde recuſatio originem trahat, & in quibus apari, cum appellatione procedat alijſq; ordinarijs, & triuialibus huius rei quæſtionibus pro reſolutione caſuum, qui frequentiſsime cōringunt, & vt ab omnibus collecti inueniantur maxime quoad regios Auditores, & iudices Eccleſiaſticos de quibus noſtrum principale eſt inſtitutum, & nonnulla de ordinarijs ſecularibus imprimis ſciendum eſt, qui iudices recuſari poſſunt.

2 Secundo quando iudex ſiue ſuperior ſiue inferior ipſo iure remoueatur in aliquibus cauſis, etiam non extante recuſatione à munere iudicandi, & quid de principe non recognocente ſuperiorem an poſsit iudicare in cauſa propia.

Tertio de cauſis recuſationis legitimis quæve admiti debent.

Quarto de cauſis friuolis, & quæ reiiciendæ.

Quinto de recuſationum effectu in quibuscumq; iudicibus.

3 Ad primum regula eſt certiſsima omnes, & quoſcumque iudices recuſari poſſe, quando ſub eſt legitima cauſa ſuſpitionis tenet Abbas per textum ibi in cap. nouit de appellationibus Hoſtienſis Antonius, & alij in capite ad petitionem de accuſ. Felinus in capite cum inter columna ſexta in principio de excep. Abbas, & alij in cap. 1. de iudicis

dicis neque prædictis oberit quantumuis ſit magna integritas probitas, & aliæ qualitates iudicis recuſati reſoluit bene Petrus Gregorius lib. 49. ſingramatum capit. tertio numero vigeſimo ſecundo, dicens, quia omnibus conueniunt rationes propter quas recuſatio indulgetur recu-
4 ſantibus, ex quo deducitur legatis Romani Pontificis, etſi ſint de latere, & Cardinales poſſe recuſari, & etiam Concilium Prouinciale reſoluit Cardinalis Pariſius conſ. 31. numero 97. lib. primo, & eum ſequtus Rolandus à Valle conſ. decimo nono, volumine 3. nu. 17. vbi agit de concilio.

5 Quod fit apud nos in Indiarum Regnis Vicerreges poſſe recuſari cum pro conſulibus equiparentur, nec maiorem autoritatem habeant, quam legati de latere Romani Pontificis.

6 Declara hoc quod diximus de recuſatione Vicerregis vt nõ remoueatur in totum ſed vt ei detur adiunctus, quia eſt iudex ordinarius ſupremus in Regno hoc probat mihi lex. octaua titu-
7 lo decimo octauo partit. quarta. ibi. *Proconſul, quiere tanto dezir, como Iuez General de la Corte del Emperador, ó del Rey, que es eſcogido è embiado, para mantener en fuero, è*
8 *en derecho alguna Prouincia*, & ex reſolutione Ioannijs Oroſcijs in leg. prima in fine. ff. de officio pro Conſulis Vicerrex equiparatur pro Conſulibus idem etiam concludit in leg. prima numero nono. ff. de officio pro Conſulis,
9 quo fit per ingreſſum Vicerregis in Prouinciam omnem poteſtatem ei competere probat hoc mihi textus expreſſus in leg. obſeruare quarta. §. finali. ff. de officio pro Conſulis ibi, nec enim prius ei competit, quam in eam Prouinciam venerit. Ex quo etiam ſequitur nulla eſſe acta, & actitata ſeu prouiſſa à Vicerrege prædeceſſore, poſtquam
10 Prouinciam mandatam ſucceſſor ingreſſus eſt, ex defectu iuriſdictionis, & poteſtatis, quia nec vis partitur nec Dominus Rex vult, vt ſint duo Vicerreges equaliter, & vno tempore gubernantes, nec requiritur à iure aliqua alia receptio niſi Prouinciæ ingreſſus, vt iam ex dicto §. finali vides igitur nullitas eiuſdem eſt niſi facta per ſucceſſorem Vicerregem approbentur, & de nouo concedantur, vel ex eius voluntate expreſſa
11 vel tacita prædeceſſor gubernet, quia quemadmodum Proconſul ingreſſus Prouinciam mandare iuriſdictionem legato ſuo poteſt ex dicto. §. finali, ita etiam permitere, vt prædeceſſor eam exerceat, quod ſi non fecerit acta erunt nulla, nec quidquam oberit ſi dicas in hoc Regno del Piru conſuetudine hoc

eſſe admiſſum, nam negamus talem conſuetudinem, ſed ſo-lum eſt prudens, & vrbana permiſsio, & tollerantia quam ſi excludere Vicerrex ſucceſſor volue rit libere poterit, maxime in acti bus, qui dilationem recipere poſ ſunt. *Como es, en proueer Corregimiẽtos, y preſentar en en dotrinas, à Clerigos, y mucho mas ſerá nulo el dar renta de Indios, auiendo entrado el Virrey ſucceſſor en las Prouincias del Piru: porque el encomendar, no es anexo a la poteſtad del Virrey, ſino por poder eſpecial, cuyo efeto ceſſa, dandole*
12 *el miſmo poder ſu Mageſtad, al ſucceſſor en el Virreynado, y auiendo entrado en el Reyno.* Et ſic ſine dubio certiſsimum cenſeo nullas eſſe tales commendas ex defectu mãdati cum reuocatio eius probe-
13 tur, ex conſtitutione alterius pro curatoris ſiue ad iuditia, ſiue ad negotia, ex l. ſiquis. §. vltimo. ff. de procur. & ibi Bartolus, & Baldus, Maſcardus concluſ. 2016. num. 19. nec eſt contra l. meminiſſe. ff. eodem titulo, quia aduentus debet intelligi in Prouincia, comprobantur, quæ ſic reſoluimus, ex ratione expreſſa textus in l. 1. ff. de officio prefecti auguſtalis, per locum ad ſpeciali vt adnotat ibi mirabiliter Baldus, & poſt eum illoque non relacto tenet in terminis Oroſcius in dicta lege vnica, in Vicerregibus Valentiæ, Cataloniæ, & Neapolis, loquutus, quod extende ad Vicerreges del Piru, y Nueua Eſpaña, cum ſubſit eadem ratio nec ferendus eſt Vicencius de Franquis, qui contra expreſſa iu-
14 ra loqutus contrarium reſponſum fuiſſe ait, deciſione 398. itaque in iudicando, & conſulendo eſt tenendum, quod diximus, nec iuramentum in hoc caſu reſpicit formam: quia in titulo non præfigitur, nec ſubſtantiam ſed ſolemnitatem reſpicit, limita, & declara quæ diximus, vt non procedant in Præſidentia Regalis Audientiæ Limenſis, quam habet Vicerrex del Piru, quia ea fungi poteſt donec ſucceſſor recipiatur, & inſignis Vicerregis licet non poteſtate poſtquam fuit Regnum ingreſſus eius ſucceſſor, niſi in his quæ diferri non poſsint, vt prædiximus, quod procedit propter publicam vtilitatem, & ne gubernatio eorum, quæ diferri non poſſunt in ſuſpenſo ſit extende, quæ de recuſatione ſuperius diximus, & recuſari Vicerregem etiam ſi ſit in cauſa quæ coram eo tractatur, vt
15 Capitaneus Generalis Regni, vel vt magiſter militum del Piru, & nouæ Hiſpaniæ in pro Rege illius Regni, etiam habui de facto in quadam ardua cauſa; quantumuis refragante Vicerrege recuſato, & ratio eſt quia magiſter militum habet ordinariam ſuperioremque iuriſdictionem

iuriſdictionem, in cauſis militaribus, ex textu, & toto titulo. C. de officio magiſtri militum, at vero magiſtralis militum dignitas eſt ſicut Quæſtoris ergo ſubiacet regulæ generali affirmatiuæ recuſationis, & quod ſit vt Quæſtor quoad dignitatem tenet Azor in dicto tit. in ſumma quod venit declarandum vt non procedant in notorijs criminibus quando eſt in actu militiæ, & in ea degit exercitus, quia tunc res dilationem non recepit, & exemplo opus eſt, & quemadmodum quilibet iudex ordinarius non ob-
16 ſtante appellatione vel recuſatione procedit ad punitionem criminis notorij quando eſt certa pœna ſtatuta, vt probat text. in cap. propoſuit de appellat. vbi Doctores, & poſt Franciſcum Burſatum conſ. 21. reſoluit Morla 1. part. fol. 96. num. 214. afortiori hoc debet procedere in magiſtro militum hoc eſt. *El Capitan General, ô ſu Teniente, ô cabo de algun exercito, ô armada, eſtando en acto de guerra*, ſecus vero quando ſunt in cõmeatu hoc eſt, *en aloxa-*
17 *miento, ô en puerto detenidos, ô acabada la ocaſion de la guerra, ô armada, que fue el caſo* de quo mentionem feci, & de facto habui pro defenſione quorundam Capitaneorum quatuor nauium, contra quos fuit proceſſus factus, nam dictus caſus comprehẽditur ſub regula generali, & affimatiua, vt omnes iudex cuiuſcumq; ſit qualitatis recuſari poſsit, & ex reſcripto regio huic regio emmiſſo ãno præterito milleſimo ſexcenteſimo decimo, præcipitur vt Vicerrex procedat in cauſis militiæ cũ interuentione regalis Audien-
18 tiæ eo adhito, *que con parecer de Letrado en primera y ſegunda inſtancia, determine las dichas cauſas*, Igitur ſi recuſatus fuerit, debet aſſumere adiunctum, nec eſt credendim hoc eſſe innouatum, circa remedium recuſationis, cui ſubiacent omnes iudices ordinarij, & delegati, vt tradit Morla in præmiſsis de iuriſd. nu. 190. & ſupra retulimus.

Superiorem tamen concluſionem limita. 1. in Pontifice Maxi-
19 mo, & Imperatore, & Rege vel alio non recognoſcente ſuperio-
20 rem, quia recuſari non poſſunt ita conſtituit Paulus Pariſius d. conſ. 31. num. 97. quod niſi ſint iudices ſupremi, & non recognoſcentes ſuperiorem omnes recuſari poſſunt. Rolandus à Valle d. conſ. 19. num. 17. & Morla 1. par. ſub titulo de iuriſditione omni iud. in præludis num. 188. & 189. Pariſio, & Rolando ommiſsis alios citans, & an iudicare poſsint in propia cauſa videbimus infra num. & de Papæ recuſatione, non admitenda eiuſque maxima omnium autoritate plura nouiſſime refert, & bene adducit Iacobus Laurentius, in tractatu de iudice

dice ſuſpecto ex cap.2. ex n. 5. & pluribus ſequentibus, & de Cardinalibus, & Legatis ex n.20.

21 Limita 1.etiam dictã concluſioné in Concilio generali, legitime congregato Sedis Apoſtolicæ. Romanæ autoritate, ita Abbas in cap.1.de iudicijs col.5.vbi cócludit ſecus eſſe in prouinciali ſi legitima adſit cauſa cap.quod ſuſpecti.3.q.5.ex Abbate. vbiſupra, & Roládo d.conſ.19 n.17.Ioſephus Ludouicus, deciſi.108.n.6. limitat hanc reſolutionem Beneuentanus in tractatu de iudice ſuſpecto cap.3. nu. 6. vt non procedat quando Concilium congregatũ fuit ſine autoritate Papæ, quod potius debet dici conciliabulum & ſecundo quando Pontifex appellationem admiſsit poſt Menochium de arbitrarijs caſu 458. n. 61.& 62.

22 An autem gubernatore ſuſpecto poſsint recuſari omnes Audictores, & miniſtri, videndus eſt idem Ioſephus Ludouicus deciſ. præ d. 108. vbi reſoluit poſt Rolãdum vbiſupra n.12.quod quando ſubeſt dicta ſuſpitio habet locum in Audictoribus, & miniſtris poſt Marãtam, & alios quos citat ex l.1.C. ſi quacumq; prædictus poteſtate, & Præſide ſuſpecto, & remiſsiue ſine reſolutione loquens Acebedo citans Boctiũ deciſ.258.& Marãt.4.p.d.5. n.40 in l.1.n.16.hoc tit.10.& quod capite vel præſide ſuſpecto recuſari poſsi, notum parlamentum, vel tota ſinodus, aut vniuerſitas, reſoluit Andræas Gail obſeruatione 33.lib.1.n.4. ex Felino in cap. 1.n.6.de iud. & in cap. cauſamq; n.1.de officio delegati.& videndus eſt. Menoch. de arbitrar caſu 458. vbi late, & poſt eum non citato Andræas Gail, Beneuentanus de iudice ſuſpecto cap. 3. ex n.15.ſed ſunt redducéda omnia, vt ſtatim dicam.

23 In Regnis Caſtellæ, & Indiarũ del Peru, & nouæ Hiſpaniæ, hæc reſolutio non procedit, cum legibus eiuſdem regni, caueatur qualiter ſit procedendum, in recuſatiodibus Præſidum Conſilij Regalis, & Chancellariæ, & Hiſpalenſis Audientiæ, Gallecijq; ſenatus, ex ſuis ordinationibus, & cõſtituitur pœna ei, qui recuſauit Præſidem, & non probauit vt ſit ſexaginta millemora perinotum ex l.4. hoc tit.10.lib.1.verb.*Pero en caſo*, & ſic alij Conſiliarij, vel Audictores ſunt iudices cauſæ recuſationis Præſidis, & in hoc ſuperiores ei nam poſſunt declarare locum eſſe recuſationi ſui Præſidis, & cum hæc poteſtates, & iuriſdictio ſua ſit, ſequitur exinde non poſſe recuſari propter ſuſpitionem etiam propoſitam, contra Præſidem: itaque ceſſat prædicta opinio, cum legibus noſtris cautum ſit, quid in dicto caſu ſuſpitionis, & recuſationis obſeruandum ſit, & eſt vniuerſam

uerſam iuriſdictionem Chancellariæ Regie tollere ſi ei locus fuiſſet. Forma itaque prædictarum legum eſt ſeruanda, Præſide ſuſpecto, & ſuſpitionis cauſis coram Audictoribus propoſitis, nec ad eos recuſatio Præſidis, & eius ſuſpitio extendenda, quo ad nota, ne cum caſus occurrat, te decipiat dicta reſolutio, & Caluacani deciſsio. 108. & remiſsio quam facit Acebedo faciunt pro his quæ concludimus quæ adducit Antonius Faber. lib. 2. c. 3. ſui Codicis tit. quarto diffinictione ſecunda, quem vide. limita etiam tertio prædictam regulam affirmatiuam, vt quicumque iudex recuſari poſsit, vt non procedat in Inquiſitore hæreticæ prauita-
24 tis, quo ad caſus fidei, Ripa de Peſte 3. part. num. 140. Menochius de arbit. q. 37. num. 40. Rojas ſingulari 100. adducit Beneuentanus de iudice ſuſpecto cap. 2. id limitans in inimicitia capitali, quæ oritur ex cauſis, quas refert ex conſpirationes ſcilicet in reos vel emulatione magna limita. 4. in regularibus Prælatis corrigen-
25 tibus ſuos ſubditos, niſi in correctione excedant, vel iudicialiter non proceſſerint quo caſu recuſſatio & appellatio locum haberet Beneuentanus d. n. limita quinto in Epiſcopo viſitante, quod qualiter ſit intelligendum videbis, ex declarat Cardinal. ad c. 10. ſeſs. 24 Concil. Trid.

De recuſationibus iudicum ordinariorũ agit Acebedo in l. 1. hoc titu. & de eius adiuncto ex num. 27. & 26. an ſuſpecto Vicario poſsit etiã recuſari Epiſcopus ſuſpecto Epiſcopo eius Vicarius, femiſsiue ad Ripam tu vero re-
26 ſolue, quod Epiſcopo ſuſpecto recuſatur eius officialis ſeu Prouiſſor, ex Oldraldo, & ab eo ad-
27 ductis conſ. 301. num. 3. mirauiliter aduertens, quod quando cauſa recuſationis in officiali procedit ex perſona eius cuius eſt officialis non eſt probanda, nec proponenda coram Epiſcopo ſed coram arbitris quemadmodum quando Epiſcopus longe diſtat, quia tunc ad arbitros, & non ad Epiſcopum eſt recur-
28 rendum pro recuſatione ſeu Vicarij, quem vulgo Prouiſſor dicimus, quod colligo ex his quæ adducit Ioannes Andræ. in c. 51. cõtra vnũ de officio delegati lib. 6. vbi dicit, quod nimis videretur iniquũ ad Epiſcopum recurrere ſi longe diſtaret.

Et quod diximus de Vicario Epiſcopi ſuſpecto ſeu alia prædicta poteſtate eſt etiã intelligẽdũ de aſſeſſore, ſuo vt reſoluit Cardinalis Tuſc. 7. to. ſub lit. S. conclu. 908. n. 2. & dicemus infra de arbitrio, & arbitratore, nõ eſt dubiũ recuſari poſſe, quod ex exteris late agit Benauẽtanus ca. 6. ex n. 113 apud nos eſt reſoluendũ ommiſſis multiloquis ex cauſis ſuper venienti-

venientibus, vel antea exiſtenti-
29 bus, & ignoratis declaratis in l. 31 tit. 4. p. 3. recuſari poſſe arbitros, & arbitratores, ad quam l. cum caſus ſe offerat eſt recurrendum, & tūc in totum debet remoueri, vt probat dicta l. 31. quam voluit allegare Morla vbi ſupra nu. 193. & allegauit l. 3. eiuſdem tituli quæ non probat, quo dicit, & eſt corrupte allegata, de executore teſtamentario tradit num. 197. recuſari poſſe circa quod conſti-
30 tue, quod ſi adſit legitima cauſa, recuſandi executorem dictum remouetur ex officio iudicis, etiam vt tutor, & ſi habet ſocium ei acreſcit officium ita Beneuētanus de iudice ſuſpecto cap. 8. n. 25. & de Doctore ſuſpecto pro examine ſubeundo, quod iuſte proba-
31 ta cauſa recuſari poſsit, vt ab examine excludatur Abbas in cap. cauſam quæ el. 2. de iudicijs Petrus Gregorius ſingtamatum lib. 49. 3. p. cap. 3. num. 23. poſt Corſetum, quem citat, & an prædicta cauſa ſit iudicanda à rectore, & condoctoribus, tene quod ſic dūmodo aliter per vniuerſitatis ſtatuta non caueatur, apud nos in hac Limenſi Vniuerſitate, non eſt diſpoſitum, & ſic obſerua quod dixit caute tamen, & non niſi vrgentiſsima, & notoria inimicitiæ grauiſsimæ cauſa ſubſiſtē te, talis recuſatio non eſt admitēda ne, examina ſubeunda fraudētur, & de facili circumueniantur, vel coluſiones fiant nec eſt aperienda hæc via niſi prædicta euidentiſsima cauſa, arbitri etiam
32 electi à partibus ad recuſationē declarandam recuſari poſſunt, ex eiſdem cauſis, quibus iudices ordinarij, & delegati Aufrerius vbi ſupra num. 47. Caualcanus deciſ. 28. 2. p. num. 107. pluribus relactis quæ cauſæ proponendæ ſunt coram originario iudice recuſato,
33 & coram eo probandæ, de Agrimenſoribus, & Architetis vulgo, los Alarifes de publico deputatis idem eſt dicēdum recuſari poſſe, coram iudice ordinario, ex cauſa quia in totum remouentur, ea propoſita, & ſi opꝰ fuerit cum aliquali cognitione cauſæ probata, quod cum à iure ita non ſit expræſſum, iudicis arbitrio relinquemdum eſt, ex generali regula lis primæ ff. de iure deliberandi de calculatore ibi tradit quid agē-
34 dum ſit, cum diſtintione Ayora de partitionibus cap. 4. num. 15. & poſteum Muñoz de Eſcouar de ratiocinijs cap. 9. ex n. 13. vſq; ad 20. & etiam ſi ſint arbitrij, & arbitratores poſſunt recuſari, recuſati autem remouentur in totum, quidquid dicat Aiora vbi ſupra, quod cepta cauſa ſolet aſig-
35 nari adiunctus, eſt itaq; reſolutio certiſsima excepto ſæculari iudice ordinario, qui habet ordinariam iuriſdictionem, & delegato ſæculari omnes in quibus recuſatio cadit, per recuſationem remo

ueri

ueri in totum, quæ comprobatur ex ſupra dictis, excepto tabellione numerario, & publico, & relatore cauſæ, qui ſi recuſetur datur adiunctus, vt reſoluit praxi receptum in tabellione Gregorius Lopez in l.22. tit.4.p.3.glo. magna ad medium Auiles cap.35. Prætorum gloſ. verbo remita num.4. Bobadilla lib.2.cap.21.num.159. & ad hanc recuſationem ſufficit iuramentum, quod etiam, ſufficit in Relatore de Procuratorib⁹. recuſatione ſeu melius reuocatione, eſt videndus Beneuentanus de iudice ſuſpecto cap.6. ex n.8. & 9. quæ cum ſit reuocatio mandati, & impropiè dicatur recuſatio non immoramur, circa eam circa quam late agit dictus autor & Didacus Perez 1.p. ordinamenti colum.557. & de alijs recuſationibus adductis reſolutionibus triuialibus, & ordinarij quas non repeto.

Declara prædicta procedere,
36 quando non eſt cauſa propia tabellionis, vel inimicus partis capitalis ſit, nam hac cauſa, quæ de iudice diximus ordinario ſeculari repetenda ſunt in tabellionibus, vt in totum remoueantur, & hoc caſu ſeruanda eſt doctrina Ioan. de Platea in l. nulli. C. de muneribus, & actuaris lib. 12. vbi reſoluit tabellionem ſeu Notarium
37 recuſatum in totum remoueri, per recuſationem, & etiam ſeruare eandem doctrinam iudex ordinarius vel ſuperiores poterunt, quando eis equum videatur
38 vt tabellio ſeu Notarius vel etiã relactor cauſæ, dimitat omnino proceſſum, & alteri præſtetur vt ſuſpitio eiuſdem, & damna euitentur, quæ non ſemper reparari ſolent dato adiuncto, quod arbitrio, & prudente iudicio iudicatis relinquitur: ſatiſq; erit non habere legem repugnantem, & pro iſta reſolutione doctrinam Ioannis de Platea in d. l. nulli, & rationem textus in l. 1. ff. de iure deliber. vidi enim plures cauſas ex quibus proceſſus debet quandoque extrahi, à taballione originario. Declara ſecundo in totum remouendum in caſu legis 7. tit. 25. lib. 4. Recopil. quando actor
39 eſt frater vel conſanguineus in ſecundo gradu tabellionis, hoc eſt primo hermano idem comprobat lex 19. tit. 5. li. 2. quod reſtringe ex eadem lege. 7. vbi adeſt tabellionum copia, ſecus vero ſi nõ ſit extende, quæ dicta ſunt de tabellione remouendo cum æquũ fuerit in totum ad Relactorem cauſæ regalis ſenatus, qui remoueri poteſt ex iuxta ratione in totũ ſi alias congrue non ſatis fit. Nec oberit lex 18. hoc titulo, quia intelligitur quando dato adiuncto Relactori recuſato, parti ſatisfit: ſecus vero ſi interueniat iuſta, & legitima cauſa eum prohibendi ne relationem faciat vt ſi cũ parte rixatus ignominioſe fuerit, vel

vel concurrant alia quæ quoad iudices remouendos adduximus, & pro omnibusque de tabelione diximus vide Boerium deciſi. 258 num. 7.

Quod attinet ad Notarios Eccleſiaſticos, idem credo eſſe ſeruandum, quod in iudicibus or-
40 dinarijs vel delegatis, qui iuriſdictionem Eccleſiaſticam exercét, vt ſcilicet probata cauſa, recuſationis, in totum remoueantur, ea vero non probata, & iurata ex arbitrio iudicis Eccleſiaſtici pendet, cum iure non ſit diffinitum, vel remouere, vel adiunctum dare, ſed conſultuis eſt ſi calumnioſe recuſatio non proponatur, & legitima cauſa appareat alium nominare quod abſq; recuſatione Prælatus ſui iudex ordinarius, (quem vulgo Prouiſſorem dicimus) facere poterit cum ampliſſima ſit poteſtas Eccleſiaſtica ad nominandos notarios illoſq; etiã ſi autoritate Apoſtolica Imperiali, vel Regia creati fuerint nõ idoneis repertis priuare ex Concilio Tridentino. §. 22. cap. 10. eos vero quos ipſe nominat ad libitum poteſt remouere, argumento textus in l. iudicum ſoluitur. ff. de iudicijs, & ita praxi quotidie videmus admiſſum, vbi vero hæc officia venduntur à Rege, vel ab alijs ex priuilegio, vel conſuetudine ſeruanda ſunt, quæ de tabellionibus numerarijs iam diximus, ad hæc quæ diximus ſunt reducenda, & declaranda quæ de tabellionis, & notarij recuſatione retulit poſt alios Beneuentanus de iudice ſuſpecto cap. 6. ex n. 1. & pluribus ſequentibus.

41 Eadem & iam in his qui à Rege creãtur (vulgo eſcriuanos Reales) quod ſi iudex delegatus ad aliquam commiſsionem ipſemet elegerit remore eos poteſt, quod intellige ſi iuſta cauſa adſit; & ex hoc damnum non patiantur itineris, vel expenſarum in quibus ſaluum ius contra iudicem, qui eos remouerit manet ſine culpa vel legitima cauſa eos impedierit, quod iam praticatum vidi ſi vero ſit nominatus, à Rege, vel Præſide ſuprami Conſili, vel Regali Audictorio, ſeu Præſide tunc ſine legitima cauſa non excluditur tabellio probata in contradictorio iuditio ſi vero recuſatur datur adiunctus, vt de tabellione numerario diximus.

42 Idem eſt ſeruandum de actuaris certis (vulgo receptores) & de mero executore an & quando recuſari valeat plura ex acte, & late adducit Iacobus Laurentius Beneuentanus de iudice ſuſpecto cap. 8. ex num. 1. & ſequentibus, vbi quit ſit executoris officium, & quando excedat, vel grauetur, & quemadmodum ab eo appelletur, & ita dictis caſibus recuſatio valeat, & num. 5. de miſto executore, & eius officio plura bene narrat ad eum itaque circa

hoc

hoc eſt recurrendum: eſt tamen aduertendum quod eaque dicit de ſuperueniente cauſa ad recuſationem iudicis, coram quo inſtrumenti executio petitur, apud nos non eſſe attendenda, ſi ordinarius ſecularis ſit, quia iuramẽto recuſatur ſine alia inueſtigatione, & debet aſſumere adiunctum ſiue in via executiua, vel ordinaria, & circa cauſas recuſationis meri executoris vide Innoc. in capite nouit. 43. de appellationibus quæ eſt melior remiſsio de mundo.

Procurator Regius Fiſcalis recuſari poreſt vt adnotat, & reſoluit Dominus Franciſcus Alfaro

43 Regius Senator Limenſis, in tractatu de officio Fiſcalis gloſ. 17. n. 40. cum pœna qua ſolent recuſari Audictores, de quo dubito, & contrarium ſentio, cum iure, & legibus noſtris non inueniamus expreſſum, & ſic contrarium crederem, etiam praxi vidi ſeruatum in duobus, vel tribus caſibus, nec deuenctum eſt ad pœnam, & depoſitum, pro explicatione huius articuli conſidero limitatos tantum caſus eſſe in quibus fiſcalis Regius recuſari valeat primus ſi ſua interſit, ſuumq; particulare intereſſe vel ſi eorum verſetur in pro ſequenda cauſa fiſcali intelli ge, ſi repugnent inuicem cauſa propia, & fiſcalis non vero ſi cõcordent ad eudem finem negotium propium, & fiſcale, quia tunc remouendus non eſt idem dicerem, ſi propinquorum hoc eſt vxoris vel aliorum, qui in familia habet, intereſſe contra Regem prætendatur, & oppugnet ius fiſcale iuri propio, & propiũ interſſe, quia eſt repugnãtia propter quam iuſte excluditur à mũnere procurãdi, fiſcalem cauſam, ne detur occaſsio colludendi contra fiſcum, & deniq; in omnibus caſibus relactis in l. poſt litem 17. vſq; ad legem quæ omnia 25. ff. de procuratoribus iuncta l. 24. tit. 5. p. 3. lite cepta vel re integra, & hoc procedit ſiue ad petitionem partis aduerſæ vel ex officio iudicum ſuperiorum, qui hoc providere poſſunt, propter fiſci factorem, ſecus vero ſi reincidat in commodum fiſcalis vel ſuorũ, vel alicuius amici prætenſio, quã in fauorem fiſci prætendit, quia ex hoc recuſari non poteſt fiſcalis, quemadmodum nec iudex, ex eo quod partem pœnæ vt iudex habiturus ſit, vt iam probauimus ſupra & ſatis conſtat ex parſitate ſeu maioritate rationis? alia cauſa erit in procuratore fiſcali inter quem, & partem litigantem inimicitia capitalis obuenerit nam aduerſus eum agere criminaliter non eſt admitendus, & propter capitalem inimicitiã, vel grauem nimis, iuſte remouetur. Argumento textus cum materia in cap. repellantũr de acuſationibus, quod non procedet in ciuili, & ardua cauſa

cauſa, & ex facti qualitate dominus *Præſes*, & Auditores iudicabunt, & ad hæc quæ nos præ cæteris retulimus reduces, adducta in diſtincte per Nicolaum Boerium deciſ. 258. num. 8. & ex inferius dicendis: quæ quidem notabilia ſunt, & a nemine vſq; adhuc dicta, & ſemel vidi, in cauſa criminalo excluſum fiſcalem procuratorem, ex eo quod accuſator dicebat eſſe coniunctum, & maximopere amicum rei accuſati, & cauſa erat cuiuſdam grauiſsime
44 falſitatis, tocante a haziẽda Real en que por Cedula de ſu Mageſtad, procedio, ſiẽdo Virrey deſtos Reynos, el ſeñor Marques de Salinas: y porque el que hazia oficio de Fiſcal, era amigo intimo, y deudo del reo, pidiendo el delator, y acuſador, ſe encomendò la cauſa a otro Abogado de la Audiencia, que fue fiſcal en ella: lo qual, quando conuinieſſe, podiá como eſta dicho, proueer, los Señores Preſidente y Oydores del Conſejo, y Audiencias, a donde ſu Mageſtad eſtuuieſſe auſente, como es en eſtos Reynos, ne cauſa fiſci læſa, & indefenſa maneat pro qua quilibet de populo admititur vt reſoluit Peregrinus de
45 iure fiſci lib. 7. tit. 2. num. 17. poſt alios Alfaro, gloſ. 9 num. 12. de officio fiſcalis; quod ſi interſit Regiæ autoritati, vel vtilitati, & in cauſa euidenti damnoſa fiſco, vt procurator fiſcalis petat vel de-
46 fendat, poſſunt ex officio Auditores Regij (etiam nemine recuſante) prohibere, ad quod iuramento aſtringuntur, ex ratione textus in l. 6. tit. 5. lib. 2. Recopilationis. ibi. *Otro ſi, que deſuiaremos vueſtro daño*, & quando caſus ocurrat cum de ſuſpenſione mandati agatur in aliqua cauſa conſulo, que ſe prouea Auto por el Acuerdo, expreſſando las razones que concurren, y que ſe notifique al fiſcal, y ſe execute, que no ſe interponga en el pleyto ò negocio que ſe le prohibe, y ſe embie teſtimonio al Conſejo Real, ſiendo eſto acà en las Indias. Digo en cauſa, que por ſer intereſſado el fiſcal, venga daño al fiſco, en que pida, ò defienda; pero no en otra alguna, ſi el quiſieſſe pedir: porque en ſola la dicha ſiento, que à lugar probeer de oficio, no ſe entremeta. Deueniamus ad ſecundum punctum, & articulum huius vtilis tractatus.

Quando abſq; recuſatione iu-
47 dex excludatur à iudicando: adeſt magna conſtituta nobis æquitas, ex diſpoſitione tituli in rubrò, & nigro. C. nequis in ſua cauſa iudicet, vel ius ſibi dicat, cuius rei cauſa extat prohibitio de qua in d. l. qui iuriſdictioni vbi conſultos ſic ait; *Qui iuriſdictioni præeſt, nec ſibi ius dicere debet, nec vxori, vel liberis, nec libertis, vel cæteris, quos ſecum habet l. Iulianus* 17. ff. de iudicijs cõcors eſt l. 9. & 10. tit. 4.

par.3.generaliter itaque dicendũ eſt quæcumque ſit cauſa, ſiue criminalis, ſiue ciuilis, à iure inhibitam eſſe poteſtatem iudicandi in caſibus prædictæ legis, qui iuriſdictioni etiam ſi aperte non opponatur, vt comprobat dicta lex 9.tit.4.par.3. vbi gloſſa 3. licet Gregorius Lopez. ibi. *In ciuilibus parte non opponente relinquat cogitandum,* ſed verij ius eſt in vtroque genere, cauſarum, ſiue ciuilium, ſiue criminalium addicta lege partitæ inter dictam eſſe facultatem, & poteſtatem iudicandi in caſibus, ab ea relatis, & etiá ſi pars non opponat, & cauſa ciuilis ſit, nullam ſententiam à iudice latam, quod etiam procedit,
49 ſiquis iudicat cauſam ſui fratris, vel domeſtici, cuiuslibet ſecum habitantis, vt bene ex noſtratibus reſoluit videndus Gomez de Leon in Centuria cap.66.vbi reſpondet ad l. in priuatis. ff. de iudicijs cum l. 9. tit.4,part.3. quod idem nouiſsime tenet Villadiego in Politica, fol. 122. numer.6. cap.5.§.3. vbi declarat non procedere, ſi pars aduerſa conueniat
50 filium, vel domeſticum iudicis, coram eo, vel de conſenſu partium, vel in leuibus, & iniuria iudici illata, vel quando non adeſt copia alterius iudicis, & ſi ſit iudex ordinarius ſecularis: Como es Corregidor, Teniente, ò Alcalde, ò otro que recuſado deua acompañarſe in caſibus dictæ legis, qui iuriſdictioni, & legis nonæ titulo quarto part. tertia, non ſufficiet ſocium aſſumere, & coniudicem, adiuctum,
51 quia tunc non eſt ſatis conſultum parti recuſanti, quia ſuſpicio, & à iure facta inhibitio durat, vt ex Eſpeculatore in titulo de recuſ.§.ſecundo, & Bartolo in leg.ſecunda in ſecunda lectu. ff. ſiquis in ius vocatus non ierit reſoluit Morla in præludio ad titulum de iuriſdictione iud.num. 206.& ante eum adnotat Grego.
52 Lopez in leg.32.titu.quarto,par. tertia, gloſſa finali, columna ſecunda, & hæc remiſsio Gregorij Lopez eſt optima, ad plura in hac materia recuſationis, & cum eo Morla id extendens in cauſa in
53 quaquis aduocatus fuit, vel conſilium præſtitit ex leg. decima, dicto titulo quarto, parte tertia, ibi *Otro ſi deximos que ningun ome, deue oyr ni juzgar pleyto, de que ante el miſmo oueſſe ſido abogado, o conſejero*. Et ſi fuerit regius auditor nec etiam relationi litis adeſſe debet ſed ad aliam aulam tran-
54 ſire dum relatio ſit eius litis in qua fuit aduocatus, ita diſponitur in leg. decima octaua titulo quinto, libro ſecundo Recopil. iuſtiſsimè quidem itaque in prædictis caſibus ſent. erit nulla
55 etiam parte non opponente, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus reſoluit Gomez de Leon, vbi ſupra nnmer.5.& tunc Princeps eſt

X conſulen-

conſulendus, vt probat dicta lex nona in fine, ſiue eius conſilium, vel Chancellaria, quæ illum repræſentat, quoad lites, & cauſas, quod attinet adiudicem ordinarium; nam in Auditoribus, eſt prouiſſum per dictam legem ſi fuit aduocatus, & alias noſtri tituli de recuſationibus, extende etiam quod adducit Morla vt
56 non detur ad iunctus iudici ordinario quando parti non eſt prouiſſum, & etiam in iudice Eccleſiaſtico, vel Regio Auditore, vt in totum remoueatur à iudicandi poteſtate, vt non ſolum procedat in caſu dictæ legis qui iuriſdictioni, & legum nona,
57 & decima, titulo quarto, part. tertia, ſed etiam in inimico capitali in caſibus expreſsis in leg. vigeſima ſecunda titulo decimo ſexto, part. tertia, ibi. *E por ende defendemos, que ningun home que ſea homiciado con otro de gran enemiſtad, que no pueda ſer teſtigo contra el en ningun pleyto*: ponit exempla: *Si la enemiſtad fuere de pariente, que le aya muerto, ò que ſe aya trabajado de lo matar al miſmo, ò ſi lo ouieſſe acuſado, ò infamado ſobre tal coſa, que ſi le fuere prouado, ouiera de recebir muerte por ello, ò perdimiento de miembro, ò echamiento de tierra, ò perdimiento de la mayor parte de ſus bienes, que por qualquier deſtas maneras que aya enemiſtad entre los homes, no deuen teſtiguar los vnos contra los otros, de mientras la enemiſtad durare.* Et legē ſexta titulo trige-
58 ſimo tertio part. ſeptima, ſic declaratur. *Otro ſi, por eſta palabra: Enemigo, ſe entiende aquel que le mató el padre, ò la madre, ò otro pariente, haſta en el quarto grado, ò que le mouio pleyto de ſeruidumbre, ò que le acuſò de tal yerro, que ſi le fueſſe prouado, que le matarian por ello, ò que perderia miembro, ò que le deſterrarian, ò tomarian toda ſu hazienda*, ſic traduco, ne diſſonet, *ò la mayor partida, ò ſi lo tiene deſafiado, ò es ſu enemigo, ſegun fuero de Eſpaña, è por qualquier deſtas razones, que home ſea ſu enemigo de otro, è teſtimoniare contra el, puedeſe deſechar ſu teſtimonio, mas los otros que ſon ſu mal querientes por alguna otra razon no los podria aſsi deſechar.* Et vltra traddita hac lege, ex quibus, quis inimicus capitalis probetur, traddit Maſcardus concluſione 899. numero ſexto, & ſeptimo, vbi etiam refert alias inimicitiæ cauſas, de quibus infra dicemus, ad eum itaque eſt recurrendum, & generaliter dicendum eſt, quæcumque ſit cauſa reiciendi iudicis multoque etiam in iudice iuſtiores, quam in teſte videri debere, propterea quod à iudice periculum maius certiuſq; immineat, quam à teſte propter iudicis de re controuerſa poteſtatem, ſic Hugo Donelus de iure ciuili
59 quarta parte lib. 17. numero trigeſimo, & quod omnis cauſa quæ

quæ ſufficiat ad allegandum ſuſpectum teſtem multo magis ſufficit ad allegandum ſuſpectum iudicem, quia facilius repellitur iudex à iudicando, quam teſtes à teſtificando tenet Calderinus conſ. 213. in fine, verb. item prædicta causa quem ſequitur Cardinalis Tuſcus. lib. ſeptimo ſub littera S. concluſione 908. numero vndecimo concludit Andræas Gail libro primo obſer-
60 uationum cap. 33. numero decimo vbi dicit quod minor ſuſpicio ſufficit in iudice quam in teſte.

Itaque ex dicta paritate ſeu maioritate vtiliter, & notabiliter colligo, ex prædictis legibus & paritate, quod quemadmodum ex cauſis in eiſdem legibus relatis teſtis omnino exclu-
61 ditur à teſtificando, vel receptus & examinatus nullam fidem facit, nec in capitali inimico operatur arbitrium, quia ius, & iura
62 reddunt depoſitionem teſtis inimici capitalis nullam traddit Menochius de arbitrarijs caſu 239. numero octauo, vbi reſoluit, quod ſi aliquis prætenda-
63 tur, eſſe inimicum capitalem non eſſe in teſtem recipiendum, citat Bartolum in authentica ſi quis teſtis. C. de teſtibus, & quod ante examem inimici capitalis opponi poteſt vt non depouat, nec in teſtem recipiatur reſolnit Baiardus ad Iulium Clarum quæſtione 24. numero 25. qui dicit ſumatim de inimicitia cognoſcere, & ſuper ea pronuntiare iudex quia non reſeruatur tempore publicationis. Menochius de arbitrarijs caſu 239. numero 7. & 8. Baiardus vbi ſupra ad quod attende, quia eſt optima remiſſio, quæ dabit tibi honorem. Ita etiam eodemmodo iudex ordinarius ſecularis non poteſt iudicare, etiam cum adiuncto, quo caſu inimicus capitalis eſt, & ab Auditore Regio, & Eccleſiaſtico iudice, in totum remouetur iudicandi poteſtas, ſi inimici ca-
64 pitales ſint partis quæ litigat coram eis quod intellige ſi à parte opponatur, & allegetur contra ordinarium vel alios iudices, vt de teſte inimico capitali, ſuppoſita dicta paritate, probat dicta lex 6. titu. 33. ibi. *Puedeſe deſechar ſu teſtimonio*. Itaque quemadmodum repulſa capitalis inimicitiæ contra teſtem eſt allegenda, & probanda parimodo contra iudicem ordinarium vt remoueatur à iudicando, nec adiunctum aſſumat, ſed Regem conſulat ex dicta l. 9. tit. 4. p. 3. ibi. *Mas quando alguna deſtas cauſas acaecieren, deuelo el Iuez hazer ſaber al Rey, è pedirle por merced, que mande a algun home bueno, que oyga aquel pleyto, è q̃lo libre, è el Rey deuelo hazer*. Quod diuerſum eſt in cauſa propia, vel
65 domeſticorum vt iam habuiſti, eſt d. l. iuriſdictioni cũ ſimilibus,

 ratio

ratio autem differentiæ, quare in capituli inimico requiritur cauſæ expreſsio, & allegatio in eo vero, qui iudicat in propia ſua cauſa, vel ſuorum in caſu dictæ legis, qui iuriſdictioni, cum concordantibus, non requiritur allegatio colligitur ex eiſdem legibus, quia in his in totum aufertur poteſtas, & iuriſdictio à lege in inimico, aufertur ſi hoc allegetur id eſt ipſo iure oppoſita tamen exceptione nec in caſibus dictæ legis, qui iuriſdictioni requiritur allegatio, ſed ſufficit in rei veritate ſub eſſe cauſam propiam, quod attinet ad liberorum cauſas, iam diximus idem procedere, & obſtantiam quam facit lex in priuatis.

66 ff. de iudicijs declara vt per Barboſam ibi Morlam vbi ſupra numero 208. ex quibus infero. eum qui audaciam habet iudicandi, in cauſa propia vel liberorum, vel eorum, quos in poteſtate habet, vel eo caſu quo fuit aduocatus, vel conſultor, etiam ſi aperte non ſit ei oppoſitum peccare mortaliter, cum in caſu graui, & cum præiudicio par-

67 tis litigantis vſurpet iuriſdictionem, à legibus ſublatam, ſi autem hoc ſecretum ſit prout aliquando accidere ſolet, & periculum adſit dico iudicantem habere intereſſe, in caſu, qui litigatur, tunc prudenter ſe excuſare debet, vel ſi ab ominbus Auditoribus viſa tunc ſit ſecreto conſilio hoc eſt (en el Acuerdo) cedere vocem, & votum ſuo coniudici cuius rectam ſatiſfationem habeat nō ſe declarando, vel inclinando vt alter ſibi ſufragetur, quia idem in conueniens inde proueniet ac ſi propiam ſententiam diceret in cauſa propia, quæquidem ſic cenſeo eſſe vera, & ſecura, vt cum caſus tibi occurrat, propter animæ periculum caueas iudicium enim duriſsimum, in his qui præſunt fiet Eccleſiaſtici capit. decimo octauo, nec hæc quæ quotidiana forſam allibi ita inuenies diſcuſſa.

Limita, & declara omnia quæ

68 prædiximus de cauſa propia, vt procedant quando vt priuatus iudex habet intereſſe in cauſa, non vero vt iudex: *Como es en la tercia parte de pena, ò otras aplicadas*, quia tunc non ſolum poteſt de ea iudicare, verum etiam recuſari ex hoc ſolo non poterit, vt declarando Gloſſam in l. de iure verbo Prouinciæ. ff. ad municipales aduertit, & reſoluit Morla vbi ſupra in promiſis ad titulum. ff. de iuriſdict. numero 202. & melius Auendan. prima parte capit. decimo octauo num. 2. quod etiam intelligo in iudice ſeculari ordinario: nā ex eo quod decimā in cauſa executiua habeat vel tertiam partem condenationis in cauſa denuntiata ſuſpectus dici

dici non poteſt, & iuramentum abſq; pœnato propter hoc ſolum interponi non pôterit, licet recuſari valeat extende, vt de cauſa propia iudex non poſsit cognoſcere quando aduerſus eum opponitur perſonæ defectus vel
69 vti infamiæ, vel quod ſit ſeruus, quia tunc cognoſcere non poteſt ſiue ordinarius ſit, vel delegatus, reſoluit Beneuentanus cap. 14. n. 27 & ſequentibus, ad quem recurre, vel ſi opponatur, quod ſit demens vel fatuus ex adductis ibi, ſed caue à cautelis iniuſtis pro trahendarum litium cauſa propoſitis, & odio iniuſto, quod ſi aliqua ex his malitioſe opponantur ſe vere ſunt punienda, admite hanc extenſionem, & amplia, vt procedat in caſu legis 2. tit 9. lib. 3. Recopi. quando contra aliquẽ iudicem, vel iuditium à ſe latum opponitur, quod eſt minor viginti, & ſex annis, & quod per decẽ
70 annos non ſtuduerit iniure, & legibus regni nam non poterit ipſe de hac nullitate cognoſcere, quia eſt cauſa propia ſed ad ſuperiorem remitere hoc caſu, & alijs relatis à Beneuentano dicto cap. 14. n. 27. ex ratione textus in dicta l 9. tit. 4. p. 3. quam adhoc põdero idem erit, quando opponitur aduerſus iudicem quod fuerit excommunicatus, & ex hoc non poterit, ex adductis à Vancio de nullitate ex defectu iuriſdictione delegatæ num. 61. quia vt ibi inquit infamis eſt ex ca. infames 6. q. 1. quod relinquo cogitandũ, an cognoſcere poſsit de hac nullitate vel nõ, in cæteris vero cauſis prædictis in hoc. §. declaratis
71 exceptis iudex quilibet ſiue inferior, ſiue ſuperior, ſiue Eccleſiaſticus, ſiue ſæcularis, abſtinere non debet, ab ordinatione, & deciſsione litis, etiam ſi aduerſus eum opponi poſsit legitima ſuſpitionis cauſa, niſi cum efectu fuerit recuſatus, hæc eſt doctrina Rebufi in diſtinte loquentis 3. tomo ad leges Gallicas in tractatu de recuſatione gloſ. 1. num. 9. nam vt ipſe inquit ſi forte pars confidit de probitate, & ſanctitate conſiliarij vel iudicis, & ob id nolit eum recuſare, iudicare poterit nam quid ad rem ſi partes ſint concordes, & cum non recuſent argum. text. in l. 1. § in deff. de noui operi nũtiacione ſic Rebufo nõ relato licet alios referat reſoluit Iacobus Laurentius Beneuentanus de iudice ſuſpecto cap. 1. nu. 7. & n. 14 limitat non procedere propoſi-
72 tas exceptiones recuſationis, quia hunc licitè abſtinere poteſt tu vero declara, & ſublimita id non eſſe intelligendum in iudice ordinario ſeculari, quia ab eo iura noſtra non auferunt iuriſdictionem, ſed cumulatiue ei competit
73 electo adiuncto, qui parem iuriſdictionem habet, in ciuilibus, & in criminalibus prout eſt ſtabilitum in l. 1. & 2. tit. 16. lib. 4. Reco-

pilationis, quod iterum declara, & limita vt non procedat in cauſa propia iudicis, vel alias pertinente ad liberos vxorem vel alios quos refer dicta lex qui iuriſdictioni. ff. de iuriſdict. omnium iud. iuncta gloſ. ibi. Nec dictum Rebuſi ſimpliciter, & generaliter eſt verum, ſed cum declaratione, quam ſic conſtitue ne erres vt teneatur abſtinere in rebus, & cauſis propijs, etiam ſi non recuſetur, & diſtinctionem adhibeas caſus vero in quibus ordinarius iudex omnino remouetur, nec ei datur adiunctus adducit Gregor. Lopez in l.32. tit 4. p.3. qui vt iã diximus ſunt reducendi ad inimicitiam capitalem, & quando eſt cauſa propia iudicis vt priuati, vel eorum, quos adnotauimus in alijs omnibus datur adiunctus iudici ordinario ſeculari recuſato, & ſic pro regula obſeruandum.

Declaranda ſunt omnia præcedentia, & lex, qui iuriſdictioni iam pluries citata quoad cauſam propiam iudicis, vel vxoris ſeu eorũ, quos in poteſtate habet vt limitetur, & reſtringatur eius deciſsio ad caſus in ea expreſſos, &
74 apud nos in l.9 tit.4.p.3. nõ vero ad alios conſanguineos, in quorũ cauſis etiã ſi ſint propij fratris iudex non inhibetur à iure ne iudicet, ſed opus eſt recuſatione, & ſic eſt tenendum, quidquid perperam dixerit Beneuentanus, & quos citat de iudice ſuſpecto cap 11. n.3. aſeuerare intendens d. l. qui iuriſdictioni extendendam in conſanguineis vſq; ad decimũ ſucceſsionis gradum. Quia ſi eos habet in poteſtate iudex hoc eſt. *Si ſon ſus criados, y cõtinuos en ſu caſa*
75 *y lleuan ſu racion, y comẽ continuamẽte a ſu meſſa, ò a ſu coſta.* Tũc procedet d. lex ibi, vel cæteris, quos ſecum habet, y eſto aunque no ſean ſus parientes, ſiendo Iuez ſuperior, ò ordinario Eccleſiaſtico, ò ſeglar, eſta inhibido por derecho de juzgar ſus cauſas, pero ſiendo parientes, y no concurriendo lo dicho, no eſta inhibido, ſed recuſatione opus eſt tam ex reſtrictione prædictæ legis, & noſtræ legis nonæ tit.4.p 3. & etiam ex hac l. finali. ibi. *Otro ſi, ordenamos, que el que recuſare alguno de los dichos Iuezes, por cauſa de parenteſco, ò afinidad ſea obligado a declarar el grado de tal parenteſco, ò afinidad, ò el medio, ò cauſa de donde viene: y que no haziendo la dicha declaracion, no ſea admitida la tal recuſacion.* Ecce qualiter neceſſaria eſt recuſatio, vt conſanguineus à iudicando arceatur eſtq; error contra iura communia, di-
76 xiſſe extendendam dictam legem ad conſanguineos vſque ad decimum gradum, & apud nos in diſtincte ſunt ſeruandæ dictæ leges, & optima reſolutio Rebuſi quam ſupra adnotabimus, vt recuſatione non interpoſita iudex non teneatur abſtinere, niſi

in

in cauſis propijs, & declaratis à dictis legibus, qui iuriſdictioni, & 9. tit. 4. p. 3. citatis, quod ſic explico, quia articulus eſt quotidianiſsimus, & vt Caueas à reſolutione Benauentani dicto cap. vndecimo numero tertio, & à Iaſone quem citat in dicta l. numero ſexto Aufrerio, & Chancerano quos citat deciſsion. 15. & ad ea quæ dixi reducenda eſt, & declaranda gloſſa ſexta Gregorius Lopez in dicta l. 9. tit. 4. part. 3. ſi licet, quod ſi conſangui
77 neus vſque ad decimum gradum ſit in familia iudicis eius familiaris, vel qui cum eo viuat remoueatur a iudicando, ſin vero dicta ceſſent non remoueantur, niſi recuſſatione interpoſita adiunctumque aſſumat ſi ordinarius ſit in cauſis ſuorum conſanguineorum, in iudice Eccleſiaſtico ordinario ſi ſit Epiſcopus Con-
78 ſilium erit vt cauſas priuatas ſuorum familiarum deleget, vel ad ſuperiorem remitat, & nihilominus credo quod ſi recuſatio non interponatur, poterit de his cognoſcere, & eas deffinire eius Prouiſſor ſeu Vicarius generalis, quia dictæ leges inhibeates afficiunt, perſonam iudicantis, & vbi non concurrit dicta qualitas prout in officiali ſeu Prouiſſore ceſſat prohibitio, & licet ſit eadem iuriſdictio eſt diuerſa perſona iudicantis, & ſic legalis inhibitio in eo ceſſat.

Diximus quidem neminem
79 poſſe cauſam propiam iudicare, & in ea iudex exiſtere, quod fallit in Principe non recognoſcente ſuperiorem, quando lis tractatur inter Principem, & ſubdictos quo caſu Princeps eſt iudex competens. l. & hoc Tiberius. ff. de herædibus inſtituẽdis. l. proxime. ff. de his quæ in teſtamento dellentur cap. Guiliſarius 23. q. 4. ſiue ſit Princeps actor ſiue reus, veluti pleniſsimæ ſcripſerunt Aretinus, & Decius in cap. 1. n. 8. de probarionibus, qui textus mihi in punctis obtigit pro ſecreto examine ſubeundo dum licentiæ gradum in iure Canonicum Complutenſi Academia obtinui, anno 1591. & tunc hanc quæſtionem exacte approbantibus magnoopere iudicibus examinis diſputaui idem reſoluit Abbas, & Felinus in cap. cum veniſſent de iudicis Alexander, & Iaſſo in leg. eſt receptum. ff. de iuriſdict. omnium iudicum Maranta in pract. titulo de appel. num. 34. reſoluit Peregrinus de iure fiſci, lib. 1. tit. 2. num. 32. quod non procedit in
80 ter Principes nõ recognoſcentes ſuperiorẽ in tẽporalibus, vel inter priuatũ, & Principẽ nõ ſibi ſuperiorẽ, vt plene ſcripſerũt Abb. & Feli. in d. c. cũ veniſſent, & Pereg. n. 33. citato inter Imperatorẽ & Principẽ nõ recognoſcentẽ ſuperiorẽ Papa erit iudex cõpetens Menochius conſ. 2. n. 138. imo de

aliquo dubio inter Papam, & Im
81 peratorem cognoſcit Papa clem. Romani. §. cæterum de iureiurando, & ſic Pontifices ſtatuerunt, & Canoniſtæ ſequuti ſunt in fauorem dignitatis Pontificis gloſ. & Doctores in cap. cum veniſſent de iudicijs Alciat. conſ. 2. nu. 22. lib. 3. decuius in dicto c. 1. de probationibus, & ſic eſt reſoluendũ, quidquid in contrarium de honeſtate aſeuerare contendat Beneuentanus de iudice ſuſpecto, cap. 2. n. 11. nam & eius opinio, & eorum, quos refert non eſt tenenda eamq; vt ſtatim referam vidi iam improbatam in facti contingencia del eſtado de Ferrara, & in cauſis arduis, & valde grauibus occurrentibus inter Imperatorẽ, & ſubditos Papam immediate adire poſſe, ita Peregrinus dicto tit. 2. num. 34. Sed quidquid di
82 cat Peregrinus, & ante eum omnes quos citat veriſsimum in diſtincte eſt regem noſtrum Hiſpaniæ de cauſa ſua inter ſubditos, & etiam non ſubditos poſſe iudicare, & iudicaſſe : nam ſemper pro iudicando adhibet conſilia doctiſsimorum virorum, qui litteris, & virtute legumq;, & experientia litum, & cauſarum antiqua ſeriæ prædicti hic enim (hoc eſt cuiuſcumq; regni conſilium)
83 cauſas, quæ ad eumdem regnum attinẽt examinãt prouident, & iudicant inter eumdem met dominum noſtrũ Regem audito eius Fiſcali Procuratore, & inter priuatos vel alios Reges, & poteſtates vnde quod de honeſtate conſulit, gloſ. in cap. cum dilecti de confirmatione vtili, vel inutili, & in cap. cum dilecta de iudicis quod quando eſt aliqua cauſa, quæ pertinet ad Pontificem Maximum, illam debet delegare iudicibus nõ ſuſpectis ne ipſe cum iudicat de cauſa ſua ſuſpectus videatur in Regno Hiſpaniæ, ſtabilitum eſt, vt quæcumq; cauſa, & lis ad Regem eiuſq; fiſcum pertineat per ſua procerum, & grauiſſimorum virorum iudicia, & ſententiam à Conſiliarijs ſuis terminetur, in conſilio eius vel in Re-
84 gia Chancellaria, & idem ſeruatur in Indiarum Regnis, quod intelligo de honeſtate, & æqua iudicandi ratione nam de rigore Princeps ipſe, & Rex dominus noſter per ſe ipſum abſq; recuſatione, vt iam prædiximus num. 74. cauſas ſuas iudicare poteſt. Quod & in ipſo, & in Romano Pontifice duo adſunt noſtri temporis exemplaria primum eſt de ſucceſ-
85 ſione Regni Portugaliæ in Rege Philippo Secundo iuſto cognomine vocatus prudens alterum in Clementi Octauo Pontifice Maximo, quo ad extenſionem feudi Ducatus de Ferrara, & eius acquiſitionem ſacroſanctæ Apoſtolicæ Romanæ Sedi, quæ quidẽ fideliter, & eleganter retulit Doctor Ludouicus de Bauia. 4. p. hiſtoria

ſtoriæ Pontificalis folio 346. his verbis agens de congretionis Cardinalium voto, & conſilio ſuper dicta vnione, & incorporatione dominij vtilis cum directo dicti feudi Ducatus de Ferrara; & an eſſet prædicta cauſa iudicanda per arbitros, in quo ſacra Cardinalium congregatio reſoluit non eſſe per arbitros determinádum, quod poſtulabat Don Ceſſar de Eſte, vltimus poſſeſſor, ſed per ipſum Papam. Et hæc notabila fidelis Hiſtoriographus refert verba in Congregatione, & Cardenalium Conſiſtorio prolataque referre libuit.

Sobre eſtos dos puntos, ſe diſcurrio largamente con graues y eficaciſsimas razones, agit de Ducatu Ferrariæ. Dezian al primero que de ninguna manera podia ſu Santidad remitir eſte negocio à arbitros: porque no pudiendo, como no podia enagenar, ni tornar a dar en feudo eſtos bienes, tampoco podia comprometer la diferencia, que ſobre ello vuieſſe por ſer eſpecie de enagenacion, y auer confirmado la Bula de Pio Quinto, y juradola al principio de ſu Pontificado, en la qual ſe comprehendia el compromiſſo, ni tampoco deuia dexar de ſer Iuez: pues ſiendo como era, ſeñor del directo dominio del feudo, conforme a derecho auia de juzgar qualquiera diferencia, y controuerſia, que ſobre el vuieſſe, y que no ſeria juſto, que auiendole Dios encargado ſu Igleſia, cõſintieſſe que otro ninguno fueſe juez de ſus cauſas: pues demas deſto, era Principe que no conocia ſuperior en la tierra, en lo eſpiritual, y temporal, y que le tocaua el conocimiento deſta cauſa, por derecho (& infra) alegauá con eſto el exemplo del Rey Catolico, don Felipe Segundo, quá-
86 do heredò el Reyno de Portugal que pidiendole el Papa Gregorio Decimo tercio, que ſuſpendieſſe las armas, haſta que el declaraſſe a quien pertenecia de derecho, aquel Reyno, no lo hizo, antes el ſolo juzgò, que era ſuyo, y ſin aguardar agena reſolucion entrando antes ſu exercito tomò la poſſeſsion del.

A lo ſegundo, dezian, q̃ ſi bien conforme a reglas vulgares de derecho, ninguno puede ſer juez en ſu propia cauſa: mas que eſto no ſe entẽdia con los Principes, que no reconocen ſuperior, qual lo es el Pontifice: y en cauſas tocantes a hazienda propia, y no de la Igleſia. Y que ſiendo cierto, que tienen los Obiſpos el conocimiento de las que tocan a las ſuyas particulares, con mas juſta razon deuia el Pontifice conocer deſta, ſiendo coſa tocante a la Sede Apoſtolica Romana: y aũque afirmauan auer opiniones de graues Doctores, que parece ſe inclinan, a que ſemejãtes negocios

es

es bien ſe remitan a arbitros, ò que el conocimiento dellos ſe delegue en particulares Iues, mas que era cierto, que ſe entendià en coſas perſonales, tocantes à la perſona del Principe, como ya eſta dicho, y de equidad y gracia, no de neceſsidad, y juſticia.

E referido eſtas palabras, que en ſi ſon graues, y de fiel Autor: por las quales conſta la determinacion, y fundamentos que vuo, para dos caſos tan arduos, como la ſuceſsion del Reyno de Portugal, en el Rey Don Felipe Segundo: y la incorporacion, y conſolidacion del vtil dominio, y ſu extenſion al directo, que la Sede Apoſtolica tenia del eſtado del Ducado de Ferrara: con lo qual, como eſta hiſtoria refiere la Santidad de Clemente Octauo, de

87 felice recordacion, fue Iuez en la dicha cauſa. Eſta determinacion de la Sede Apoſtolica, y acuerdo de los Cardenales, en que aſsiſtio el Pontifice, es la mas autorizada deciſsion, que puede alegarſe: en que es tambien de mucha conſi deracion, vuo concordie de to-

88 dos los votos, como el hiſtoriador dicho refiere, ſiendo vno dellos, el Cardenal Don Fernando Niño de Gueuara, de tanta autoridad, y letras, y experiencia de juzgar, como doctiſsimo Iuriſta, que fue muy conocido por tal en la Real Audiencia de Granada, à donde fue Preſidente, & in terminis quòd Papa, vt diximus, ne ſuſpectus habeatur, circa fa-

89 ctum propium, alteri cauſam delegat quamuis ipſe omnia poſsit iudicare, reſoluit poſt alios Ludouicus Romanus, conſ. 521. num. 8 poſt gloſ. in d. cap. cum dilecta de confirmatione, vtili vel inutili ca. cum veniſſent de judicijs, poſt adducta, à Doctoribus in d. cap. cum veniſſent Tuſchius ſub littera S. conconcluſione 910. num. 3. Maranta tit. de appellatione nu. 34. ſed cauendum eſt, à Romano in eo quod conſtanter aſſerit dicto conſilio appellari poſſe, à ſententia Papæ, ad Concilium generale: nam excommunicatus eſt virtute Bullæ in Cœna Domini

90 cap. 2. qui hoc fecerit vt refert idem capitulum, & tradit Nauar. in Manuali cap. 27. num. 58. Candelabrum aureum hoc fundans, & declarans 2. p. in explanatione Bullæ Cœnæ Domini num. 14. vnde cauendum eſt à contraria opinione eorum, quos refert: nam hodie falſa, & periculoſa eſt, aſſerere appellari poſſe à Papa, & eius ſententia ad cõſilium. Videndus eſt Viualdus in dicto candelabro qui breuiter, & compendioſe hunc articulum explicat, quod comprobat maioris autoritatis, vir doctiſsimus hæreticorum propugnator, Cardinalis Belar-

91 minius lib. 2. de autoritate Conciliorum cap. 17. vbi reſpondet autoritati Concilij Conſtantienſis

ſis, ſeſ.4. dicens, ex eo non probari contrarium, & fuiſſe illud tempus ſchiſmatis, cum quis vere Papa eſſet ignoraretur, idem adducit, & bene explicat Ioannes Martha de iuriſdict. 3. p. cap. 17. vbi plura de autoritate Papæ circa concilia, & eorum confirmationem ſeu derogationem refert.

## DE CAVSIS recuſationis, & quæ legitimæ, & validæ iudicari debeant.

PRO Articulo, & ad inquirendum, an cauſæ re-
92 cuſationis legitimæ ſint, & tales iudicari debeant, ſi proponantur contra Regios Auditores, vel Eccleſiaſticos iudices (de quibus nunc loquimur) communis recurſus eſt, ad Ioannem Andræam in cap. legitima de appellationibus, lib. 6. Philippum Francum in cap. poſtremo de appellationibus, Rebuſum in tractatu de recuſatione 3. tomo ad leges Gallicas, Stephanum Aufrerium, & Lanfrancum de Oriano in tract. de recuſatione, Marantam in practica tit. de appellationibus ex num. 17. vſque ad 75. quibus adde Caualcanum 2. p. deciſionum deciſione 28. Menochium de arbitrariis, caſu 151. &c. Petrũ Gregoriũ lib. 49. ſynthamatum cap. 3. vbi eleganter more ſuo, pauca ad hanc materiam attinentia explicat, & compendioſe Cardinalem Tuſchũ ſub littera S. 7 tomo concluſione 907. & 908. 909. & 1000. ex noſtratibus, ad Præſidẽ Couarr. in praticis cap. 26. Paz, in praxi ſecundo tomo cap. 6. n. 5. Matien. in Dialogo Relatoris cap. 38. num. 10. & Curiam Philippicam 1. parte. §. 7. & nouiſsime Villadiego in ſua Politica, cap. 5. §. 3. & cap. 1. num. 59. 60. fol. 16. pluresque optimos caſus refert, & reſoluit Antonius Faber lib. 3. ſui codicis, ſub titulo nequis in ſua cauſa iudicet, vel ius ſibi dicat, per ſex vel octo diffinitiones pulchre Hugo Donelus, quamuis ipſe impius ſit, de iure ciuili lib. 17. cap. 25. & ab Auguſtino Morla, in principio tituli 2. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, ex num. 172. vſq; ad numerũ 215. Andræa Gail lib. 1. practicarũ, obſeruationũ obſer. 33. vbi breuiter, & cum bona reſolutione plures caſus quotidianos, enumerat ad recuſationis praxim, poſt quos omnes eſt integer, & non paruus tractatus Iacobi Laurentij Benauentani, de iudice ſuſpecto, cuius dicta potius ad alias tritas, & vulgares reſolutiones, & ab omnibus adductas, quam ad hanc materiã
93 aplicari poſſunt, ea enim eſt conſuetudo, moſque quorundam ex terorum, vt vnus qui ſcribit alie-

na

na ſemper dicta tranſcribat, & ra ro aliquid noui dicunt.

94 Et his vero, quia Doctoribus enumerantur, quam plures addu cit Maranta vbi ſupra, & cauſas recuſandi enumerat aliquas, quæ in efectu friuolæ ſunt ad effectũ remouendæ iuriſdictionis, vt infra dicemus: non vero ad id. vt iudex ſæcularis ordinarius recuſari poſsit, vt ei detur adiunctus, iuxta textum in authentica ſi vero contigerit. C. de iudicijs, & gloſſam in l. apertiſsimi in verbo iudices. C. eod. tit. vbi Bartolus num. 1 & Iaſſ. num. 4. vbi communem dicit, & eſt lex 1. & 2. tit. 16. lib. 4. Recopilat. infra. Secus autem eſt de iure Canonico, quia
95 non ſolus delegatus ſed ordinarius, recuſatur vt remoueatur à iu dicando, quando adeſt iuſta cauſa allegata cum iuramẽto, & pro bata, etiam ſi Epiſcopus eſſet, iuxta textum ordinarium in cap. ſiquis contra Clericum de foro competẽti, Soci. ibidẽ n. 5. textus in cap ſuſpitionis de officio deleg. cap. cum ſpeciali de appellationibus vbi gloſſa verbo de recuſationis Philippus Francus nu. 46. communiter Doctores, & ibi Iaſſo in dicta l. apertiſsimi Andræas Gail dicta obſeruatione 33 lib. 1. ad recuſationem vero Regij Auditoris, & Eccleſiaſtici iudicis, ſeu Præſides Audientiæ Regalis.

Conſtituemus caſus plures recuſationis legitimæ, & inter aliquos, quos refert Borgninus Caualcanus, eligam eas cauſas, quæ concludenter ſunt admitendæ, exploſis cæteris ab eodem relatis tamquam friuolis, de quibus poſtea dicemus, & ex adductis à Caualcano ordine Alphabetico, omittens iudices ordinarios ſæculares, & de Auditoribus Regijs & Eccleſiaſticis agens.

96 Prima eſt cauſa recuſationis ſiquis ſit amicus nimis partis, quod intellige, ſi ſit amicitia intima, quia ſuſpectus allegari poteſt & recuſari, Calderinus, conſ. 213 in principio, Tuſch. ſub littera S. concluſ. 908. num. 8. quod declara, vt procedat tantum, quando eſt, intima y eſtrecha amiſtad, nec ſufficit amicitia ordinaria cum altera partium, vt recuſari poſsit, quod collige, ex doctrina
97 Abbatis in cap. accedens, el 2. vt lite non conteſt num. 8. & poſtea repetemus in excluſione cauſarum, quæ friuolæ iudicari debẽt, itaq; licet recuſari poſsit iudex, propter familiaritatem, & amicitiam intimam, quam cum aduerſario recuſantis habet, ex cap. acuſatores 3. q. 5. cap. cum R. de offi. delegati Ioanne Andræa Geminiano, & Philippo Franco in cap. legitima de appel. lib. 6. Menochio de arbitra. caſu 152. num. decimo idem comprobat Maranta ſexta parte de recuſatione numero 43. ex lex finali hoc titulo.

El

*El que propuſiere recuſacion por cauſa de amiſtad, ò enemiſtad, eſtè obligado a expreſſarla en particular : y de otra manera no ſe admite la recuſaciō*
98 & hoc iure vtimur.

Quæ autem dicatur intima amicitia, & familiaritas, quæ cauſam recuſandi præſtet iudicis arbitrio relinquitur Nauar. in cap. cum contingat pagina. 132. de reſcriptis, quem citat, & ſequitur Menochius dicto caſu 152. n. 12. in quo conſulo, vt prudenter, & magna cum conſideratione vt in re periculoſa iudicetur, nec enim leues amicitiæ cauſæ veniunt in conſideratione, ſed tantummodo in rebus, & negocijs grauibus quæ vt iudicem affectum, & ſubnixum habeant ſuſpitionemq; legitimam conſtituant, nam de cæteris non eſt curandum vt infra latius dicemus, & explicauimus.

99 Secunda cauſa eſt affinitas cū parte, ita Caualcanus vbi ſupra dicta deciſ. 28. 2. p. nu. 114. quod intellige, & reſtringe in propia, & vera affinitate intra quartum gradū, iuxta textū in c. nō debet de cōſanguinitate, & affinitate, & nō vltra licet de iure antiquo, ad ſeptimū gradū extendebatur conſtat ex cap. nullum cap. æqualiter. 35. q. 3.

100 Quod iterū cū ſit caſus frequens & quotidianus circa recuſationē attendendū eſt, quod antiquitus triplex erat affinitatis genus primum inter perſonam copula licita, vel illicita cognitam, ac eius cōſanguineos, & è cōtra inter eā perſonā cognitū, & conſanguineos cognoſcentis, vt cōſtat ex toto titulo de eo, qui cognouit conſanguineā vxoris ſuæ; ſecundū erat inter verū affinē, & maritū ſeu vxorē ſui affinis, vt quando Petrus eſt affinis vxoris fratris ſui, ſi mortuo fratre Maria nubat alicui, cū hoc viro habebat Petrus affinitatem ſecūdi generis.

Tertiū erat cū marito vel vxore illius cōiuncti ſecundo affinitatis genere, vt in exemplo prædicto, ſi vir ille poſterior, factus viduis aliam, hoc eſt, coniunctā Petro, tertio affinitatis genere, ducere vxorem veluti habentur hæc duo genera in cap. de propinquis. 35. q. 3. & ita ex affinitate oriebatur affinitas, ſic Thom. Sāchez de matrim. lib. 7. de impedimētis 2. tom. diſputatione 67. n. 1. vbi progreditur dicens, num. ſecundo hodie ſolum primum affinitatis genus vim habere: nempe inter habentem, carnalem copulam, ſiue licitam, ſiui illicitam, & conſanguineos mulieris cognitæ, & è contra inter mulierem cognitatam, & cognoſcentis conſanguineos, nec ex affinitate oritur iam affinitas; ex capite non debet, de conſanguinitate, & affinit. iam citato.

Itaq;, vt recuſatio locum ha-
101 beat, ex capite affinitatis, debet eſſe intra quartum gradum, ad quem eſt reducta affinitas licita, decreto Eccleſiæ, de illicita. §. ſequenti agemus, & non eſt ſufficiens, vltra dictum quartum gradum, nec quãdo allegaretur affinitas affinitatis, vulgo deudos de deudos, ò cuñados de cuñados: quia à iure non attenditur. Quod limitarem, en la cauſa
102 que fueſſe, y pertenecieſſe al que es caſado con hermana de la muger del Oydor, a quiẽ ſe recuſa, que comunmente ſe llaman cuñados, ſin ſerlo: porque es tan conjunto el trato, y comunicacion en eſte caſo, que quando, no por parenteſco, ò cuñadazgo, por familiaridad, è intimo, y eſtrecho trato à lugar. Cum recuſationis cauſæ ſunt regulariter arbitrariæ, & non expreſſe à iure, vt poſt Menochium de arbitr. dicto caſu 152. n. 12. & 13. tenet Paz 2. tomo. 1. p. c. 6. n. 6. & reſoluit Tuſchus ſub littera S. dicta cõcluſ. 908. n. 15. & n. 14. vbi inquit, affinitatis cauſam eſſe legitimam, ad recuſandum; puta, in viro, vxore, & eorum liberis, & quod in alijs affinibus, non reperitur iure cautum, niſi ex moribus, vt propter nimiã conuerſationem Baldus conſ. 472. num. 6. ver. & propterea eſſet lib. 1. Bartolus in tract. de iudice ſuſpecto in principio.

Et per hanc rationem nimiæ
103 conuerſationis, idem intelligo, & extendo, que en el pleyto, de que eſtà aquel, ò eſtuuo caſado con prima hermana, ó prima ſegunda de la muger del Oydor juſtamente puede ſer recuſado, mayormente en las Indias, à donde ſe conſiderá mucho eſta amiſtad, y comunicacion, que ſe ſigue, ya q̃ no de afinidad, ni afinidad de afinidad, q̃ no la ay, reſulta de pendencia, de caſamiento, que es arbitraria, y conſiderable, para poder ſer recuſado el Oydor, en los exemplos propueſtos. Ex adductis à Menochio, & Paz, vbi ſupra, cum alijs reſoluẽtibus, cauſas eſſe arbitrarias: y no ſerà aſsi en los pleytos, que ſe tuuieſſe del litigante, teniendo otro pariente, el que litiga, caſa-
104 do cõ hermana de la muger del Oydor, de cuya recuſacion ſe trata, ò primahermana ſuya, que ès lo que ſe ſuele dezir, ſer deudo de deudos, de otros deudos del juez: porque eſſet proceſſus in infinitũ, y de ninguna manera eſſo deue cõſiderarſe, verdad es q̃ ſi vuieſſe otras cauſas, eſta cõ ellas ayudaria a las demas: pero q̃ por ſi ſola, es depẽdẽcia remota, y no conſiderable. Et hæc, vt cõperta ſint de affinitate licita ſufficiãt, quæ nõ inuenies alibi explicata, in recuſationibus, & quotidiana eſſe poſſunt, & vidi, aliquãdo, in dubitationem veniſſe.

Tertia

105 Tertia cauſa de aduocato, in cauſa ſuper qua litis cõtentio eſt iam diximus, omnino, eſſe remotum à iure, à iudicandi munere n.53.ſupra.

106 Sed vtilis quæſtio eſt, an Senator Regius, poſsit eſſe iudex in cauſa aduocati, vel Procuratoris ſui, vel eius, quẽ aduerſarius habet aduocatũ, vel Procuratorẽ, contra Senatorẽ. Anton.Fab.deffinitũ à Senatu Sabaudienſi teſtatur, poſſe eſſe iudicem, ſub tit.C. nequis in ſua cauſa iudicet, diffinitio.1. nec admiti recuſatione, ea potiſsimum ratione, quia inuictis aduocatis, & procuratoribus, poſtulandi, procurãdiq; neceſsitas in iungi poteſt, niſi iuſtã habeãt excuſationẽ, tametſi antiquitus contrariũ obſeruabatur,
107 quiã nullus fiebat inuictus procurator, ſiue ad lites, ſiue ad negotia.l.filius familias.8.§.inuitus.ff de procuratoribus, hodie vero cõtrarium praxi eſt receptũ, & ſic extante neceſsitate officij, idẽ di
108 cendũ eſt in eo, qui aduerſus Senatorem aduocatus, vel procurator, extitit, quia nõ ex hoc Senator impeditur, eius cauſam iudicare, verũ, inquit Ant.Fab.aliter properſonarũ cauſarũq; adq; aliter varietatib⁹.Hac de re Senatũ decernere ſolet, quoties ab alte-
109 ro colligantiũ, Senator quis piã ex huiuſmodi cauſis ſuſpectus dicitur. Quid enim, ſi lis fuit criminalis, & de re, quæ vel dignitatẽ, vel vitam laceſſebat? quid, ſi aduocatus ille Senatorẽ calũnijs vel tergi verſationibus offenderit? ſunt iſta omnia ab officij publici neceſsitate aliena, ideoq;, nimirũ, Senator tanquã inimicus in eius cauſa, ab honore iudicandi ſe abſtinere debet, ita gloſ. dictæ diffinitionis n.6.intelligo, ſi recuſetur, nemine enim ſuſpictionẽ obijciente nihil eſt, propter quod ipſo iure, facto v l ſuſpect⁹, ipſe Senator videri debeat Ita Fabrianus, & iã tradidimus ex Rebuſo, in tractatu d̃ recuſ.gloſ. 1.n.9.30.tom. ad leges Gallicas, niſi in cauſis propijs, vt iam diximus, in quibus à iudicando, ipſo iure remouetur, quæ expræſſæ ſunt, in l.qui iuriſdi.ff.de iuriſd: omnium iudicum explicata.

110 Aliam conſtituit recuſationis quartam cauſam, Caualcanus in amante, Senatore Regio mulierẽ partis aduerſæ eſt pericoloſa, & peior, ſi proponatur, tametſi, cõtigibilis, ideo vt nihil õmiſſum ſit, ne obſtet diſpoſitum in hac noſtra lege 55. antepenultimo, dum inquit: *Item ordenamos, que las cauſas de recuſacion, ſe pongan honeſtamente, como eſta diſpueſto: y el q̃ de otra manera los propuſiere, demas de la pena de la ley, ſea caſtigado, al aluedrio de los Iuezes, cõforme a la calidad de ſu exceſo y culpa*, & adeſt in hoc caſu propoſitio adulterij, viuo marito, partis aduerſæ, & contra eius voluntatem, itaque

tum ex repugnantia, quam faciunt leges Regni, & ius, quod marito eſt reſeruatum priuatiue circa eius iniuriam, & ex prohibitione noſtræ legis, *acerca de que las cauſas ſe pongan honeſtamente*, non crederem hanc eſſe admitendam, imo puniendum recuſantem. Et tunc prudens Præſes Regalis Conſilij, vel Chancellariæ, Audienciæ ve Regalis, poterit vt maiora damna euitentur, ſi ei conſtet, ex aliquibus circunſtancijs, verum eſſe quod recuſans proponit, ne eius ius offendatur, Senatorem recuſatum, eo quod ſit amans vxoris aduerſæ partis, prohibere, ne iudicet in illa cauſa, vel expectare tempus, in quo, eo abſente à conſenatoribus videatur, eiuſque relatio fiat. Si vero calumnioſe, ei conſtiterit propoſitam, excludere eam debet, & in carcere detentum habere recuſantem, cum prudentia, pro qualitate cauſæ, procedere. Ita tamen vt nulli iniuria, nullique ius ſuæ defenſionis ſubtrahatur, itaque propter periculum imminens plurimum operari debet, arbitrum, recti & circunſpecti Præſidis ad cuius manus primo loco debet venire recuſatio quælibet, & eam ipſe ſolus legere, antequam à cæteris conſenatoribus audiatur, & hoc prædicto caſu, crederem eã debere retinere, vt quæ conſulo fiant.

111 Alia eſt recuſationis cauſa certa, & indubitata, quæ oritur ex conſanguinitate, intra quartum gradum tantum, & erit in ordine noſtro quarta, & licet ſuccedatur conſanguineis abinteſtato, vſque ad decimum gradum. §. finali inſtit. de legi agnatorũ ſucceſsione, & in auth. de hæredibus abinteſtato venientibus. §. nullam, iuncta l. 9. tit. 13. p. 6. & diximus late ſupra cap. n. 44.

Tamen quod effectum recuſationis, an extendatur vſque ad decimum gradum diſtinguit Aufrerius, in tract. de recuſationibus num. 4. ver. ſed nihilominus

112 vbi ex doctrina Ioannis Andreæ in cap. poſtremo de appellationibus, dicit eſſe conſiderandum, an ſint conſanguineis, de eadem domo ſeu ſtirpe maſculina, vt ſecũdum hoc iudicetur ſuſpectus, vel ne cõſiderata regionis cõſuetudine, nã in aliquibus locis, affectio cõſanguinitatis extenditur, quaſi in infinitũ, como es, apud Caſtellæ Regna, adõde ay vãdos y caſas de vn linage y apellido, como en Eſtremadura, en Truxillo Chaues, y Vargas, y en Caceres Ouandos, y Carauajales: y en Xerez de la Frõtera Auilas, y Villauicẽcios: y lo miſmo en otras partes. Et in aliquib⁹ vſq; ad certum gradum. Cum ergo conſanguineus, ratione affectionis tantũ recuſetur cõſiderare debemus anduret affectio, ceſſante vero conſue-

conſuetudine,reſoluit Aufrerius ſibi placere gloſſam in cap poſtremo de appellationibus,vt ex cognatis, ſit vſq; ad ſeptimum gradum,in linea vero maſculina vſq; ad decimum. Extende etiá,
113 in natis,ex damnato coitu,y aun que aya baſtardia,nam ſecúdum Ioannem Andræam in arbore affinitatis, & Baldú in l.fratres. C. de inoffi. teſt. tales veniunt appellationeconſanguineoru m idem tenet Aufrerius vbi ſupra, regulariter, ipſe crederem, que dóde ay el miſmo nombre, y apellido, y naturaleza ſe eſten dera a los dichos grados, ſeptimo, y decimo en varonia. Pero adonde lo dicho ceſſaſe, ſolo al quarto grado: porque cóforme a la comun reputació, ſolo haſta eſte ſe reconoce el parenteſco, y ſangre.Ex lege noſtra prouiſum eſt,his verbis: *Otro ſi, ordenamos, que el que recuſare a alguno de los dichos Iuezes,por cauſa de parenteſco, ò afinidad, ſea obligado a declarar en particular, el grado del tal parenteſco, ò afinidad, y el medio, y cauſa de donde viene: y que no haziendo la tal declaracion, no ſea admitida la tal recuſacion*. Eſto es, para que mejor pueda arbitrarſe,ſi ay juſta razon de admitir la recuſació por razon de parenteſco, paſſando del quarto grado,en la afinidad con diuerſa afeccion, y cauſa:y aſsi no paſſa del quarto grado, vt concluſimus ſupra nu.

114 ab hac tamé recuſatione,ob cauſam conſanguinitatis excipitur Romanus Pontifex,vt limitat cú communi Doctorum Aufrerius vbi ſupra num.101. 2.limitat, cú
115 cómuni Doctorum Aufrerius, in eo æquali cóſanguineo vtriuſ
116 que partis n.7.

Quinta eſt cauſa recuſationis quando pars eſt commenſalis
117 nimis,iudicis,ita Caualcanus, intellige Nimis, quia ſi ſemel, vel bis,vel pluries, in vna menſa comederit, lite non durante, pars aduerſa cum iudice, non poterit recuſari,ſi autem,lite pendente, ex cauſa voluntaria commenſalis ſit,recuſari poterit. Secus, ſi
118 ex cauſa neceſſaria,vt in colegio capitulo, vel iter faciendo, & hæc attinet potius ad iudices Eccleſiaſticos, quam ad Senatores, qui in menſa aliena comedere non ſolens, & in propia habent domeſticos conſanguineos, quorum iudices eſſe inhibentur, vt iam ſupra reſoluimus n.49.

119 Sexta cauſa in concanonico eiuſdem Eccleſiæ idé indignitate vel portionaria. 7. in cóſulto
120 re litis.8.in compatriota,in parte extranea,vel contraForenſem
121 in ſua,quod quidem, in Indiarú Regnis,nonfacile eſt admitendú cum plures à longinquis partibus adueniant forenſes,maxime in Regis Senatoribus,ſolam cauſam patriæ non iudicarem legi-
122 timam, ad recuſandum Senatorem,

rem, imo Friuolam, vt poſtea cō- ſtituam, & contra iudicem Eccleſiaſticum facilius eam admiterē 9. in compatre, ſub dubio tamen
3 diſputat *Aufrerius*, vbi *ſupra n.* 25. & tandem, ex opinione Andreæ ſiculi, relinquit arbitrio iudicis. Et quod iudex arbitretur, ſecundum morem regionis: nam inquibuſdam locis, hæc cognatio ſpiritualis cauſat *maximam* amicitiam, in aliquibus vero nō tantam. Apud nos, in his Indiarum Regnis, *hanc* iudico legitimam cauſam recuſationis, ex more regionis: quia cauſat compaternitas magnam *amicitiam*. Idē in ciuitate Hiſpalenſi, in alijs vero cognita, & ſicut impedimētū per decretum Concilij Trident. ſeſsio. 24. cap. 2. eſt inter leuan-
124 tem, & leuatum, & ipſius patrem & Matrem, ex *ſucceſsione in ſacro* Baptiſmatis fonte, ita erit, quoad has quatuor perſonas, legitima recuſationis cauſa, & in leuāte, & leuato, & patre leuati, ſi aliquis eorum iudex ſit, vel litigans, & ſi mater leuati litiget, quam ſine dubio, in hoc Regno del Piru iudico legitimam cauſam, in alijs vero ſubdubio, vt aduertit Caualcanus decima cauſa
125 eſt in contrahente amicitiam, vel parentelam cum inimico partis, vt ex Aufrerio, Maranta, & alijs traddit Caualcanus, Tuſchus dicta concluſione 908. ſub littera S. numero 27. poſt
126 Bartolum in tractatu de iudice ſuſpecto, ſi ſit magna amicitia, ſecus ſi non magna.

Vndecima in confœderato, cum inimico partis.

Duodecima in corrupto iudice à parte aduerſa, quando recepit munus ſufficiens ad peruertendum animum eius, iuxta notata in cap. & ſi quæſtiones de ſimonia Aufrer. vbi ſupra num. 39.

Decima tertia cauſa, iniuriæ
127 illatæ, & omnes, quibus cōpetit actio quærelæ poſſunt iudicē recuſare extēde, & iam vidi, & ob
128 tinui, ſi filius *Senatoris, iniuriam* grauem inferat, vel homicidium comitat, vel aduerſus eum comitatur. Barto. in tractatu de iuce ſuſpecto, in principio Tuſchus vbi ſupra num. 26. idem dicerem de fratre.

Decima quarta cauſa notabilis, & quam ſemper memoria teneas, conſtituitur à Caualcano dicta deciſ. 28. 2. p. dicens, cauſa
129 ſimilis ei, quæ à iure eſt expreſſa vel maior: idem poſt Philippum Francum in cap. poſtremo de appellationibus, reſoluit Tuſch. vbi ſupra n. 33. dicens, quod om
256 Sexageſima ſecunda in confœderato cum inimico meo Aufrerius vbi ſupra, ex doctrina Baldi in l. 2. C. de ſeruitutibus, & aqua loquente de Principe deſidato, quod tunc videntur deſidati confœderati cum eo.

257 Ex quo deduco ſexageſimam tertiam recuſationis cauſam in iudice, qui coadunationem, vel confœderationem fecit cum inimicis partis recuſantis: quia tũc recuſari merito poteſt, & hæc eſt cauſa magis generalis quam præcedens, licet vna eademque videatur, quemadmodum, eſt in efectu.

258 Sexageſima quarta, in iudice partiali ponit exemplum Aufrerius numero 32. ſi iudex eſt Guelphus, & pars Gibelina. Ad hoc exemplar reducendi ſunt caſus huius recuſationis cum ocurrerint, vbi ſunt partialitates notæ, & inuicem contrariæ, quas vulgus vandos dicit, nec ſufficit, ſer de otro vando del linage, ad recuſationem, niſi ſimul probetur, auer enemiſtad, y odio, ò diferencias, que lo cauſen, quemadmodum de inimico diximus.

259 Sexageſima quinta, ſi eſt præſumptio; quod iudex lederet partem, ſi poſſet, vt poſt Speculatorem, & Baldum reſoluit Aufrerius numero 33. diximus de præſumptione inimicitiæ ſupra numero 1211. ex hoc cauſari nunc de ipſa recuſatione etiam in non inimico, qui lederet ſi poſſet.

260 Sexageſima ſexta, in executore, ſi excedit, in executione ſibi commiſſa vide Caualcanum vbi ſupra numero 64. & Card. Thuſcum diſtinguentem ſub littera S. concluſione 1007. numero 7. an recuſari poſſit executor & quando.

261 Sexageſima ſeptima, in ſucceſſore, quando eius prædeceſſor fuit etiam recuſatus, propter aliquam cauſam, quæ tangit eius dignitatem, quæ etiam tangit dignitatem ſucceſſoris Aufrer. vbi ſupra num. 34. poſt Baldum in cap. de cauſis de officio delegati Caualcanus vbi ſupra: quia continuatur eadem cauſa ſuſpicionis.

262 Sexageſima octaua, ſi iudex eſt Groſi, vt aiunt Doctores, ingenij: quia in cauſa ſubtili, & puncti iuris poteſt poſt Baldum Cinum, & Ioannem Andræam, Dominicum, & præpoſitũ reſoluit Aufrer. vbi ſupra ver. quinquageſima quarta cauſa Maranta ver. & quandoq; appellatur n. 40.

Sed licet vera, & iuridica ſit iſta cauſa, vix eam ad praxim reduces: nam eo ipſo, quod quis ſit Bacalaurius in iure canonico, vel ciuili, habilis æſtimatur, & pro eo eſt præſumptio, quæ magis ſolet excreſcere in idiotis iniuſte quidem.

Quod Eccleſiaſticos iudices, qui recuſandi ſunt coram arbitris, vel coram Epiſcopo, ſi ſint eorum officiales forſan obtinere poteris, quod autem atinet ad Regios Auditores nullatenus eſſet admitenda, imo exploden-
263 da, & pars recuſans propter ſpretam autoritatem, hoc eſt, por el deſacato, veniret puniendus iuxta legem noſtram finalem ad finem, & eſſet iniuriosum vocare inhabilem, vel parum litterarum quem rex iudicem fecit, & conſtituit.

Sexageſima nona, ſi iudex ſuſ-
264 pectus ſubdelegauit non in totum ſed in partem: nam tūc ſubdelegatus recuſari poterit cap. iudex ab Apoſtolica de officio delegati lib. 6. hoc tamen caſu,
265 & quando delegatus eſt abſens in longinquis partibus recuſatio ſubdelegati coram arbitris fieri debet, ſumpto argumento à doctrina Ioannis Andreæ, quam ſupra numero 28. propoſuimus de recuſatione iudicis ordinari, quæ non coram Epiſcopo ſed ab arbitris eſt iudicanda, quando Epiſcopus eſt in remouitis, quam extenſionem de ſubdelegato iam habui de facto, & eam nota: quia non inuenies alibi forſan, quid autem ſi vnus, vel duo tantum Auditores ſint in Regio Senatu, ſi recuſatio proponatur contra omnes, quid ſit agendum prouidet. l. 4. hoc titulo col. 2.

Sed dubitari poſſet, pro eius interpretatione ſi forſan non fuerint aduocati, vel illi, qui ſunt in Chancellaria recuſentur, quod accidere poteſt ex iuſta cauſa, anſit recurrendum ad alios, qui non ſunt aduocati, vt vel cauſam principalem, vel recuſationem iudicent, & dicendum eſt, quod non, ſed datis talibus impedimentis eſt recurrendum ad proximiorem Regiam Chancellariam, ad quam remititur cauſa, ò en diſcordia, ſi la ay; ò por falta de Iuezes, por eſtar impedidos, ò recuſados los del Audiencia originaria, y los Letrados graduados recuſados, ò impedidos. Et ſic vidi iam in aliquibus cauſis practicatum in hac Limenſi Chancellaria, y entonces ſe vè el pleyto, y ſe embian ſecretos los votos cerrados, forſan ex aliqua inſtructione, vel capitulo Epiſtolæ Regi adhoc emiſſo, quod ſi adſit ſeruandum eſt, ſi vero non ſit aliquod de hoc agens, eſt optima, & conueniens praxis, quam ſemper conſulo amplectendam

ctendam, tunc maxime, quando creditur non eſſe ſatis idoneos, vel ſuſpectos aduocatos; ad quos remiſsio eſſet facienda, quod plerumque euenire poteſt, & tunc ſecurius eſt, vt re-
268 miſsio ad aliam Regalem Chan cellariam fiat, maxime in cauſis, & negotijs arduis.

269 Sexageſima octaua cauſa erit, in aduocato alicuius partis, ſi poſtea quam ſciuerit ſecreta eius impetretur iudex, vel ei committatur cauſa decidenda, vel eligatur aſſeſſor: quia iuſte recuſatur, probata dicta cauſa, ſi iudex Eccleſiaſticus ſit, vel ſi ſæcularis ordinarius, vel delegatus cum de iuſto iuramento, vt ei detur adiunctus, & ſi aſſeſſor ſit in totum remouetur, hæc, cum his, quæ addita ſunt per nos colliges ex adductis ab Aufrerio vbi ſupra numero trigeſimo octauo, & an aduocatum, quem ego nominaui, & eſt aduocatus meus, poſsim recuſare ex iuſta cauſa, dic quod ſic, ex adductis à Didaco Perez prima parte ordinamenti co lumna 597. verb. quæro. 8. vbi idẽ dicit de procuratore, & alias adducit ordinarias huius matheriæ quæſtiones.

270 Sexageſima nona, vbi comparet tertius oppiſitor in cauſa, quia ſi habet iudicem ſuſpectum in totum, remouet eum à munere iudicandi in eadem cauſa, licet ab alijs partibus cui ſuſpectus non eſt, non recuſatur Aufrerius dicto numero trigeſimo octauo poſt Antonium 3. abarelam Andræam Siculum, & Imolam, quos citat, & ne inſurgat aliquis, intellige in iudice ſuperiori Regalis Senatus, vel Chencellariæ, ſeu Eccleſiaſtico, quibus detrahitur per recuſationem iudicandi officium non vero in ordinario ſæculari, cui adiunctus debet dari, cauſæ 68. & 69. ſunt duplicatæ in numero tametſi di uerſæ ſint.

271 Septuageſima cauſa erit, ſi iudex ſuam ſubitam voluerit ducere in vxorem: nam tunc per ipſam, & eius familiam recuſari poteſt, matrimonio non ſecuto. l. vnica. C. ſi quacumque prædictus poteſtate ad prohibitas, ſibi, aſpirauerit nuptias Aufrerio dicto numero trigeſimo octauo, extende cum recuſationis cauſæ arbitrariæ ſunt, vt pro
272 cedat. Idem ſi filiũ filiá ve, ſororem, vel fratrem voluerit Senator, vt matrimonium contrahere, & contradixerit illi, vel illa cum quo, vel qua erat contrahendum, ſiue eius pater, mater ve, frater, ſeu patruus, vel abunculus, tutor, vel cæteri conſanguinei: quia repugnantes iuſtiſsime, matrimonio non ſeculo, iudicem, cui repugnantia, eo authorante, matrimo

nium prætenſum facta fuit recuſare poſſunt, quod plerumque
273 euenit ſupraque probauimus numero 98. & alijs cauſas recuſationis eſſe arbitrarias hæc vero iuſtum arbitrium eis præſtant, apud nos extant Regia reſcripta quibus prohibentur Auditores Regij matrimonia contrahere, in Indiarum Regnis intra diſtrictum ſui ſenatus, & Chancella-
274 riæ, quod ſi contraxerint, vel tractauerint abſque licentia Regis ſuſpenſi ſunt; idem in filijs, vel filiabus eorum, ſi vxores duxerint filij, vel filiæ nupſerint, quod quidem duriſsimum cenſeo ſi pater non conſenciat ſed ita lex ſcripta l. proſpexit. ff. qui & a quibus, & cum lex ſit, quæ in præſumptione ſe fundet admitit probationem conſenſus contrarij, vel voluntatis in patre Regio Auditore, quando eius liber matrimonium contraxerit intra Chancellariæ diſtrictum, in qua eius pater ſenator eſt, cæterum ex oppoſito obſtat per Regem
275 Dominum noſtrum ſenatoriam poteſtatem concedi ad ſuam voluntatem, quæ ceſſat in prædictis caſibus iuſtaq; videtur priuatio, & ademptio dignitatis prædictæ quando aliqua ad eſt, ex prædictis cauſis, id ſuffragantibus probis, & doctiſsimis Regij Conſilij viris proceribus, nec huic loco conuenit diſputare an, ſit iuſta cauſa, vel non, & an poſsit, quem conſtituit in dignitate Princeps, ſine cauſa priuare, & dato quod requiratur, vt omnes concludunt, ſit prædicta ſufficiens.

276 Septuageſima prima, in omni ſuſpicione, per quam remouetur procurator, de quibus in cap. 2. de procuratoribus lib. 6. l. poſt litem, cum ſequentibus l. quæ omnia. ff. de procuratoribus.

277 Septuageſima ſecunda cauſa erit, ſi eſt oppoſitum, quod cauſa ſit alteri commiſſa.

278 Septuageſima tertia, in eo, qui fuit teſtis in cauſa: nam iudex eiuſdem cauſæ eſſe non poteſt, ſic Caualcanus poſt alios, vbi ſupra Aufrerius num. 14. poſt Speculatorem, verſiculo item quod fuit teſtis titu. de recuſationibus Maranta ver. & quandoq; appellatur num. 54. apud nos extat Regia ordinatio, inter alias huius Regalis prætorij eſt 33. in
279 ordine in hæc verba. Iten ordenamos, y mandamos, que quando algun Oydor fuere preſentado por teſtigo, el Audiencia prouea juſticia, demanera, que por falta de probança, no perezca la juſticia de las partes, mandandole, que diga ſu dicho, ſaluo, ſino pareciere, que maliciosamente le preſenta, para inhibirle d Iuez, quæ notabilis eſt, & vbiq; ſeruanda propter optimá, & congruam eius rationé.

Septuage-

280 Septuageſima tertia cauſa erit, duplicata in numero ſi illa, ſuper qua litigatur tangit aliquo modo iudicem, y es intereſado en ella. Sic Caualcanus, vbi ſupra, & Aufrerius numero 39. ponit exemplum, vt quia iudex tenetur de euictione in cauſa, quæ litigatur inter emptorem, & venditorem coram eo.

281 Septuageſima quarta in Vicario in cauſa ſui Epiſcopi, & ſui familiaris.

282 Septuageſima quinta in vaſallo, in cauſa Domini.

283 Septuageſima ſexta, vbi adeſt veriſimilitudo lædendi partem.

284 Septuageſima ſeptima, in Vicario, quando eius Epiſcopus recuſatur.

285 Septuageſima octaua in vitrico, vel priuigno, ſic Caualcan. vbi ſupra.

286 Septuageſima nona erit, ſi iudex fecit aliquam iniuriam parti, puta, dedit alapam: nam tunc poteſt, recuſari ſiquis prouocatione. C. de appellationibus ſecundum vnum intellectum, Bartolus in l. vnica. ff. apud quem abeo, &c. Aufrerius numero 31. quod declara vt procedat quando iniuſte iudex iniuriam intulit, ſecus vero, ſi cometiendo deſacato, enoja, ò enfada al Iuez, que ſi irritado, y prouocado, boluiere alguna ofenſa, no ay juſta cauſa de recuſarlo, maxime, quando ay juſta ſoſpecha, de entender, que la parte ſe le deſcompuſo: para que le ofendieſſe, con animo de que no fueſſe Iuez, y recuſarle: nam tunc non releuat quemadmodum inimicitia affectata, & procurata à parte, vt iam prædiximus, alias daretur facultas, & copia partibus, iudices, improbis, & doloſis medijs à iudicando ſubtrahere, prout cuiq; libuit, quod permitendum neutiquam eſt. Ideoq; iuſta rerum qualitatem arbitrandum cenſeo.

287 Septuageſima quarta vltra Doctores ades, ex his quæ dicta ſunt ſupra numero 106. & alijs, ſi aliquis fuit aduocatus contra Regium ſenatorem, in qualibet cauſa criminali, aut in ciuili graui: nam ex eo illum recuſare poterit, diximus ex Antonio Fabro diffinitione 1. ad titulum. C ne quis in ſua cauſa iudicet, cũ diffinitione quam ex eodem cõſtituimus, quæ recuſatio generalis eſſe poteſt ad omnes cauſas, in dictis duobus caſibus.

288 Septuageſima quinta in eo iudice, qui amauis eſt alicuius mulieris: nam procus teſtificari non poteſt, merito inquiũt Doctores amaſius non debet admitti in teſtem, pro amaſia, nec è contra Tiraquel. de legibus connubialibus l. ſecunda numero ſeptimo, & in l. ſeptima numero vigeſimo ſecundo, vbi de

 effectu

effectu amoris; maxime in l.nona numero 84. cum pluribus reſoluit Maſcardus huiuſmodi teſtificationem prohiberi, conclu ſione 89. numero quarto data ergo paritate, ſeu maioritate, quam ſæpius retulimus, & argumento ſumpto de teſte ad iudicem locum habebit recuſatio, circa quod caute eſt procedendum, nec propterea, quod iudex cognouerit carnaliter aliquam mulierem ſolutam, & etiam nuptam à iudicandi munere eſt arcendus, ſi dum lis pendet eam, vt amicam propiam, non tractet, quomodo autẽ hic amor probetur recurrendum eſt ad Maſcardum concluſione præ dicta, caute etiamdomini Præſides, & coniudices attendere debent ad compoſitionem, & decentiam huiuſmodi recuſationum, quod maxime attendit lex noſtra finalis, quod ſi decen tibus, & honeſtis verbis non apponantur multari grauiterdebet recuſans.

Septuageſima ſexta in iudice
289 riuali partis, hoc vocabulo vtuntur Doctores ad ſignificandum iudicem, qui habet contemptionem amoris, & certamen de aliqua muliere, Aufrerius vbi ſupra, ad finem numero quadrageſimo ſeptimo, ad quem eſt recurrendum, qui con ſilium ponit, quomodo recuſans ſe habere debeat in hoc ſpeciali caſu.

Septuageſima ſeptima cauſa,
290 erit in Vicario, ſeu Prouiſſore Epiſcopi: *nam in cauſa famuli* Epiſcopi poterit recuſari Aufrerius vbi ſupra nnmero decimo.

291 Septuageſima octaua, in aſſeſſore cauſæ: quia in eadem poſtea non poteſt eſſe iudex, hoc eſt in ſecunda, vel alijs inſtancis Aufrerius numero decimo ſeptimo, nec etiam aſſeſſor in ſecunda, vel tertia inſtantia: quia militat eadem ratio.

Septuageſima nona, ſi oppo-
292 nitur iudici delegato, quod eius iuriſdictio ſit reuocata, & litteræ ſunt intimate alteri delegato: quia recuſari poteſt, vel ſaltem ambo iudices de articulo re uocationis debent cognoſcere, ſed ambo conuenient cap. paſto ralis de reſcriptis Aufrerius vbi ſupra numero quadrageſimo quinto, vbi autem eſt contemptio inter duos iudices ordinarios æquales, ſuperior eorum, cognoſcet cui competat iuriſdictio, vel arbitri eliguntur, ſed apud nos Regijs reſcriptis eſt prouiſum quod cognoſcat Regale auditorium, quando es declinatoria, de vn Iuez a otro, ſecus
293 vero, quando es declinatoria de la parte al Iuez: porque aquel cuya juriſdicion ſe declina, cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio iuribus vulgaribus.

294 Octuageſima cauſa erit, quam ipſe adduxit iudex recuſatus, ob hoc quod recuſatus ſit, en reſponder a las poſeciones, ò declaracion que ſe le toma, ſe moſtrare en el díſcurſo de ſu declaracion, ſentido, ò agrauiado de que le recuſen: porque facto potius quam verbis, & ex eiſdē verbis ſuſpectus redditur ex noua ſuſpicionis cauſa, & iam habui in praxi, & obtinui, poniendo el reſponder en la declaraciō aſpera, y peſadamente, y con denotacion de paſsion, y ſentimiēto, por cauſa nueua de recuſaciō, demas de las antepueſtas: entiendeſe, quando de lo que ſe declára ſe da mueſtra de indignacion, que cauſe ſoſpecha de paſsion en el Iuez, y eſta de tal ſuerte, que dè juſto motiuo de recuſarle, quod declarandum eſt (ne inſurgat aliquis) quando las
295 poſéciones no ſon criminoſas; porque ſiendolo, no eſta obligado el Preſidente, Oydor, ò Alcalde recuſado a reſponder a ellas, ex lege, hoc noſtro titulo, y entonces, ſi ſobre ſer criminoſas, replicaſſe al Acuerdo, y no reſpondieſſe derechamēte, ſino que no tenia obligacion a reſpōder por ſer criminoſas las preguntas, ò poſiciones, ex hoc non inducetur noua cauſa recuſandi: quia hoc facit ſui iuris, & defenſionis ratione, nec imputatur cū licite, lege permitente, fiat, ex dicta lege, & adductis, bene, pluribus relatis ab Aufrerio n. 46. qui plures, & plura adducit, & ad cū & quos citat eſt recurrendum, quod attinet ad reſpenſionem iudicis Eccleſiaſtici recuſati coram arbitris, quod vero attinet ad hanc cauſam, quam, & alias plures, vltra Doctores conſtituo eſt etiam recurrēdum ad legem quæ omnia 25. ff. de procuratoribus, quam, pro comprobatione dictorum pondero, & allego ibi, niſi forte purgare magis conuicium, &c.

Octuageſima prima cauſa
296 erit, in hoſpitio voluntario pendente lite: nam ſi iudex partem, aut pars iudicem hoſpitem lite pendente habuerit, ſine dubio iuſta, & legitima cauſa erit recuſationis: quia ex hoc contrahitur obligatio, & amicitiæ profeſſio conſiderabilis ad recuſandū, & quæ retulimus ſuprà in cauſa 1. n. 96. in cauſa amicitiæ hic repeti poſſunt, & de comēſali cauſa 5. n. 117. dixi volūtarie: nam ſi ex neceſsitate, vel vrbanitate, quæ neceſſaria reputetur hoc fiat non erit cauſa ſufficiens dixi etiam lite pēdente: quia ſi ante litem moram hoc eueniſſet, & per tranſitum hoſpitiū eſſet, nō præſtat cauſam recuſandi. Dixi etiā neceſſaria: quia ſi fiat hoſpitiū infirmitatis cauſa, & obvaletudinem iudicis ſæpe acidit, irſe a las guertas, ò caſas del campo, otras

ò otras partes, y lugares de fuera de la Ciudad, ò en eſtos Reynos a las Chacras, ò eſtancias, non ex hoc erit inducenda recuſatio nis cauſa.

Octuageſima ſecunda cauſa
297 notabilis, & frequens erit, ſi lis tractetur, in qua pars litigans fuerit collega, alicuius Collegijs, vel Seminarij litterarum: quia ſi iudex aliquis Senator, Regius ve Auditor fuerit, qui ſit eiuſdem Collegij iuſte recuſari poteſt, circa quod, pro reſolutione, & claritate conſtituo tres caſus primus eſt, quando ſimul cohabitant in eodem Collegio, & de hoc non eſt dubium, ſiue in cauſis Eccleſiaſticis, ſiue ſæcularibus recuſari poſſe, ex adductis ab Aufrerio ſupra numero 51. in dicto tractatu de recuſatione ſecundus caſus eſt, finito tempore Collegij, & tunc eſt diſtinguendum: quia ſi ſimul Collegæ iudex, & pars litigans, eodem tempore fuerunt valebit recuſatio: quia amor, & voluntas magna, ex his actibus procedit, quæ inducit magnam amicitiam, ex qua valida erit recuſatio, & hæc erit ſpecies vna amicitiæ magnæ, quam adduxi, & comprobaui ſuper cauſa prima, aut non eodem tempore, in Collegio extiterunt, nec commorati ſunt, vt ſæpiſsime accidit, & tunc eſt maius dubium, quod relinquo cogitandum: nam pro parte affirmatiua facit commune votum, & deſiderium coadiuuandi ſe, qui in eodem Collegio commorati ſunt ob gratitudinem fundatoris, & gratiam, & beneuolentiam reciprocam, & in aliquibus eſt obligatio iuramenti ſe inuicem fauendi, quæ omnia præſtant iuſtam ſuſpicionis cauſam, & maximopere videmus iuſtiſsimè de cauſis, & laude dignis hanc, velut inſitam amicitiam regulariter, & communiter (quam aliquando iam videmus defeciſſe) pro parte vero negatiua obſtat non eſſe credendum iudicandi munus, & iuſtitiæ exercendæ obligationem, quæ maxima eſt, eſſe ſpernendam, & propter dictam cauſam omittendam, tum maxime in viris probis, & vbicumque, vita, exemplo, litteris, & moribus condecoratis, prout ſunt domini iudices, qui Collegia ſunt adepti, & ex eis, debito honore, præmium iudicandi, & munus aſequuti.

Itaque in hoc vltimo membro diſtinctionis, eſt cogitãdum ipſe vero partem negatiuam, ſi iudicarem ſequerer, niſi vltra Collegij habitationẽ, aliqua alia circũſtantia probabilis cõcurreret, ex his quæ adnotaui ſupra cauſa decima quinta quæ ſunt hic repetenda, & attẽdenda cũ caſus, qui frequens eſſe poteſt, ocurrat.

Octuage-

298 Octuageſima tertia cauſa erit frequens etiam in Indiarum Regnis, ſi iudex aliquis, ex Hiſpania veniens, ob prouidendum ſuæ egiſtati, aliquas pecunias mutuas acceperit à mercatore aliquo, vel pro eo fidei ius reſit, quod in Hiſpalenſi ciuitate frequentiſsimum eſt: para hazer la varata, ò tomar dineros a pagar en Puertouelo, ò la Veracruz, con intereſes: quia ex hoc afectio, & amicitia non parca, aut pauca prouenit, quæ prebet iuſtam recuſandi cauſam cuius ſpecies eſt reducenda ad generalem amicitiam, quam ſupra prima, itidem, cauſa conſtitui, & licet fidei viſio ſola ſufficiat, vt dixi ſupra vigeſima tertia cauſa eandem, hic in hoc caſu ſpeciali, repeto, & mutuæ pecuniæ.

Octuageſima quarta cauſa erit, in eo, qui expoſitus fuit
299 apud domum alicuius Auditoris, ſeu eius vxoris illo exiſtente Auditore, vel antea: nam licet famulus non ſit, nec fuerit, & ſi alimenta charitatis cauſa ei ſunt præſtita iuſte recuſatur. Ab amorē, & amicitiam etiam ſi in eius domo non habitet, litis tempore de famulis iam eſt dictum ſupra cauſa vigeſima prima, ſed hæc refertur, vt ſpecies famullatus.

300 Octuageſima quinta cauſa erit, in patrinis nuptiarum: nam ſi iudex fuerit patrinus, partis cum qua lis eſt, vel è contrario, pars fuerit iudicis, iuſte recuſari poteſt: nam moribus inductum eſt in Indiarum Regnis, & etiam in Hiſpalenſi Ciuitate ex hoc magnam amicitiam, & familiaritatem contrahi, quæ prebet recuſandi cauſam, idem crederem in Valiſoletana, & Granatenſi Chancellaria, & Senatu Gallico, & Audientia Canariæ, ſiue ante, vel poſt munus iudicandi aſſumptum hoc fierit vel lite pendente, vel nō, ex ratione magnæ amicitiæ, quam cōſtituimus cauſa prima.

Contrarium eſt dicendum ſi
301 in vxore Regij Auditoris hæc concurrant: quia diuerſa ratio eſt, nec conſiderabilis, ſi maritus eius non interfuit, & hæc omnia perſonalia ſunt, & impedimenta, ex vi recuſationis contra edictum prohibitorium iudicandi tametſi arbitrium latitudinem habeat, caute, & circūſpecte eſt interponendum, vt iá ſepæ ad notaui, at nequid nimis neceſſarium ſatis.

302 Octuageſima ſexta cauſa erit ſi in conuiuio nuptiarum, interfuerit Senator Regius: nam in cauſa eorum, qui nuptias contraxerunt, quorum conuiuio interfuit iuſte recuſatur, & arbitrium ex quo, iudicandæ ſunt recuſa-
303 tionis cauſæ iuſte circa hác interponitur, vt merito à iudicando excludatur, qui ſpreta, & contempta

contempta Senatoris dignitate, alienæ menſæ, & conuiuio nuptiali ſe in miſcet contra ratioñe textus in l. nec quidquam 9. §. circa aduocatos. ff. de officio Proconſulis, ibi, ne contemptibilis videatur: ideo iuſta ſanctio ne prohibita prædicta ſũt, quod ſi contra autoritatem ſenatoriã, & decorem hunc prædicta facta ſint recuſationis legitimam cauſam præbent. Declara non procedere, quando coniunctus duxit vxorem, hoc eſt frater, vel ſoror nubit: quia inter magnifeſte coniunctos non eſt exacerbãda prohibitio. Declaraſe quando, vt locum non habeat, ſi ex permiſsione, & mandato Præſidis Regalis Audientiæ Auditor in ea, ad aliquod licitum conuiuium accedat: quia ex licentia Superioris, hoc fieri poteſt, & ideo Præclarus Marchio de Monteſclaros Dignisſimus Vicerrex huius Piruani Regni, dum eius gubernium geſsit, decreto ſanxit, ne vlus ex Auditoribus huius ciuitatis Limenſis ad conuiuia, vel ad funera, vel ad nuptias accederet, niſi ex mandato dicti Vicerregis obvitanda plura damna, & inconuenientia, quod etiam in inſtructionibus Vicerregum cautum eſt.

Octuageſima ſeptima recuſa
305 tionis cauſa eſt, in inimico recõciliato: quia adhuc recuſari poteſt, ſi recenter reconciliatus fuit vt de teſte, eſt textus in cap. 2. 3. q. 5. gloſſa in cap. per tuas verbo inimici de ſimonia Morla in emporio ad titulum. ff. de iuriſdictione in exordio n. 200. fol. 93. columna 4. poſt Marantam, vbi ſupra n. 64. quẽ non citauit Morla, intellige, ſi inimicitia, ſuper qua cecidit reconciliatio fuit ca
306 pitalis, ſeu grauis, nõ vero leuis: quia quemadmodũ ipſa inimicitia leuis, non ſufficeret minus noxia erit reconciliatio.

307 Octuageſima octaua cauſa erit, quando opponitur de totali fundamento iuriſdictionis, & propietate ipſius, vt ſi diceret aliquis aduerſus iudicem, tu non es Epiſcopus, vel non es iudex: quia præſumitur iudex habere afectionem ſuper iſto articulo, imo eſt cauſa propia, vt inquit Bartolus in l. ex ſententia propè finem. ff. de teſtamentarie tutela vbi inquit, quod ſi dico, te non eſſe iudicem competentem, poterit de hoc ipſe cognoſcere, ſecus ſi nego pœnitus te eſſe iudicem hæc eſt communis Doctorum ſentẽtia poſt Bartolum vbi ſupra ex Antonio de Butrio Abbate, & Andræaſiculo in cap. ſuper litteris de reſcriptis Baldus in l. iudices. C. de fide inſtrumentorum Aufrerius vbi ſupra, citãs prædictos num. 44.

308 Octuageſima nona recuſationis cauſa, quam ponit pro vigeſima nona Maranta, eſt ſi iudex

donationem

donationem aliquam accepit ab altera partium; extende procedere, ſiue ante litem, ſiue poſt donatio facta fuerit, cum ex ea proueniat obligatio ad antidoram quæ producit iuſtam ſuſpicionẽ animi in iudice, vt recuſari valeat. Limita ſi donatio fuit paruæ rei, circa qualitatem rei, & patriæ arg. legis ſan. ff. de integrum reſtitutione cum ſimilibus de modicitate, & exiguitate agentibus, & vt poſsit recuſari per donationem factam ante litem motam debet eſſe magna maximaq́; & in magna quantitate, alias nõ attendenda, & hæc ſunt intelligenda de donatione licita, non vero de illicita, & corruptione per munera, quæ ſemper prohibetur, & ſic, vt ſit differentia de hac cauſa ab ea, quam de corrupto iudice diximus ſic venit declaranda, & quæ diximus eſſe debere in re magni ponderis, comprobatur his quæ adduximus circa primam cauſam amicitiæ: nam ex modica re donata. modica, & moderata amicitia procedit, quæ non ſufficit ad recuſandum.

309 Nonageſima cauſa eſt, depẽdens à precedenti, ſi donatio facta fuerit vxori, vel filijs, ſiue filiabus, vel conſanguineo, vel coniũcto, ſeu cõmenſali dum circa qualitatem rei, & facti plurima enim quæ nec deci, nec excogitari ſemper poſſunt dãna ex his muneribus contingunt, & quãdoq́; neq́; ſcientibus, nec volentibus rectis, & probis iudicibus, adulatores, & doloſi homines, qui fauores fingunt ſuis fictionibus, & fallacij litigantes, ac prætenſores officiorũ miſere decipiũt, quod plerumq́;, euenit itaq́; circunſpecte attendendum, & cauendum.

310 Nonageſima prima cauſa recuſationis erit, ſi iudex eſt in manibus aduerſarij in alia ſua cauſa, puta quia aduerſarius in alia cauſa eſt iudex iſtius, vt poſt Speculatorẽ: & Ioan. Andræã, & Dominicũ in cap. legitima de appellationibus lib. 6. reſoluit Aufrer. vbi ſupra num. 23.

## DE CAVSIS FRIuolis recuſationis, quæ admitti non debent.

311 HABEMVS iam explicitas nonaginta, & vnam cauſas legitimas recuſationis exacte, & cõpendioſe, vt vix caſus ocurrere, in hac matheria poſsit, cuius declaratione careas, & ſi Stephan. Aufre. nonaginta & tres numerauerit ex his, & ex adductis à Marã. in praxi ver. & quandoq́; appellatur plures ſunt futiles friuolæ, & innanes iudicandæ, & vt tales reiiciendæ. nã anſam dant, & vehiculũ iniuſtis

recuſationibus, & quæ in dedecus iudicum, & damnum partiũ tendunt. Eſt igitur veriſsima concluſio, friuolam recuſationem reijciendã, neq; admittẽdã, illaq; non obſtante, à iudice ſit procedendum, ita Abbas, & cõmuniter omnes in ca. cum ſpeciali de appellationib. Paz in praxi 1. p. 2. tom. c. 6. n. 23. vbi plures citat Morl. in empo. fol. 96. n. 213.

312 Prima erit friuola, & friuoliſsima cauſa, ſi appelletur à iudice aliquo, quod ipſe iudex poſsit recuſari in alijs cauſis, & licet hanc referant Aufrer. n. 28. pro quadrageſima quinta cauſa, & Maranta de appellatione n. 61 nullatenus eſt conſiderãda ſed tenenda Bartoli doctrina in l. vnica. ff. apud eum a quo appellandum ſit, & in diſtincte ex eo, & cõmuni praxi reſoluendum, talem cauſam recuſationis pro friuola iudicandam cum nec lege exprimatur, nec ratione cõſiſtat, nec fiat iniuria iudici appellando. l. maioribus. C. de appellationibus, ſi autem iudex ita ignauus, & impertinens ſit, vt ſoleat perturbari cũ ab eo appelletur diſtinguebat Imola in cap. propoſuit de appellationibus iuſte in alijs cauſis ab appellante recuſari alias non, ſed ſi
313 hoc ita euenit, non tam ex capite appellationis interpoſitæ, quam ex imperitia, & ſupina ignorantia recuſaretur, ſi aliquis forſan huius cõditionis inueniatur, ſed, vt cumq; ſit, reſoluendum eſt dictam cauſam eſſe friuolam generaliter, & in diſtincte cum vt diximus iure nõ probetur, & eſſet confuſio magna, ò lazo, y enredo de pleytos de recuſacion largos, è injuſtos.

Secunda cauſa friuola erit iu-
314 dicanda, ſi Epiſcopus eſt iudex ſuorum clericorum, contra non ſubditos, nec eſt ſequenda opinio Aufrerij num. 24. & aliorum quos citat: quia ratio & iuſtitia non permitit aduenis, vel exteris nouercam eſſe, & pari lance iudicandum virgaq; omnibus æqua nec vnquam vidi prædictam cauſam ad miſſam.

315 Tertia erit friuola cauſa, ſi pars ad aurem iudicẽ alloquatur: quia quamuis Maranta vbi ſupra n. 44 & Aufreri. n. 20. hanc conſtituãt cauſam, cui addit Aufrer. præpoſito, & Antonio de Butr. rellatis, hoc nõ procedere, quãdo iudex dixerit publice, quod pars ſibi dixerit ad aurẽ, ex more, & ratione neutiquã cenſenda eſt legitima hæc cauſa, ſed friuola, etiã ſi iudex non propalauerit, quod ſibi dictũ eſt ad aurẽ, & ad hæc ſunt reducẽda quæ diximus ſupra n.

Quarta friuola arit, ſi iudex ſa-
316 lutatus non reſpondet licet hanc pro recuſationis cauſa conſtituant Doctores relati ab Aufrerio num. 28. & Maranta. num. 50 quia ob tam leuem cauſam non debet iuriſdictionis exercitium

remoueri

remoueri licet ex qualitate perſonæ diſtinguendum eſſe reſoluat Aufrerius vbi ſupra, hoc pendet ex ſua voluntate. & arbitrio.

317 Quinto reprobandus eſt Maranta dum n. 72. inquit, recuſari poſſe iudicem, qui non vult audire aduocatum in cauſa, etiam ſi ſit clara, & ex hoc inducit ſuſpicionem: quia nec de forma, nec de ſubſtantia iuſtitiæ eſt audire aduocatos, maxime quando lites ſunt claræ, nec diſtintio, nec regula conſtitui poteſt quando claræ ſint lites, vel obſcuræ, & ita potius ad dictamen conſciencia iudicum quam ad recuſationem ſunt prædicta, argumento, gloſ. celebris, & eius doctrinæ in cap. ſtatutum §. aſſeſſor in verbo relinquatur, de reſcriptis li. 6, nam quemadmodum conſcientiæ iudicis ibi relinquitur, an ſit neceſſarius ei aſſeſſor, pari modo relinqui hoc debet, an ſit neceſſaria informatio aduocati, nec de hoc, ſi denegatur, conquæri pars poteſt, volo itaque dicere que ſi el Iuez eſtà cierto, por ſi, de la Verdad de la Iuſticia en el hecho, i en el derecho, aunque no quiera ſer informado, ni oyr al abogado, no encarga ſu conſciẽcia, ni puede ſer recuſado, por no oyrle, reſpondiendo que el no tiene neceſsidad de que ſele informe. Pero ſi la cauſa es de calidad y cantidad, o que no lo ſea ſi en ſi tiene dificultad, o el Iuez no eſta enterado le corre preciſa obligacion de eſtudiar, por ſi, el punto y mandar ſe le informe: por los abogados de las partes, ſo pena de pecar, mortalmente, con obligacion de reſtituir el daño de lo mal juzgado: pero como quiera, que eſto pende de ſu animo, y arbitrio, no puede auer recuſacion, ni por dexar de oyr al letrado de la parte ſe tendra por cauſa baſtante de recuſarle: y cumple con dezir, que a el le conſta de la iuſticia de las partes, y que no es neceſſario informarle. Hæc omnia iterum cõprobo ex ratione textus in L. 34. titulo 4. lib. 2. recopilationis, ibi quiſieron ſer informados, por eſcrito, ex lege 29. titulo 5. lib. 2. ibi mandamos que no ſe den informaciones de derecho ſaluo en el pleyto que a los Iuezes paresciere ſer neceſarias, itaque ex paritate rationis idem procedit, en el informar de palabra, quæ rationes cum generales ſint, & in arduis litibus fuerint poſitæ militant, & extenduntur ad minores lites, & ad dominos auditores chancelariariũ, & cum leges prædictæ contineant rationem generalem, & deciſio particularis ſit, tunc ratio ipſa generalis lex eſt, & deciſio pro exemplo habetur Menchaca de ſucc. creatione §. 12. numero 85. Ioannis Gutierrez de Iuramento tertia parte capit. 2. numero 8. & in

practicis lib 2. cap.65.num.4. & obtinet ratio doctrinæ gloſſæ quam adduximus in d.cap. ſtatu tum. §. aſſeſſorem de officio de lege lib. 6. itaq; concludimus. Que ſi contra algun Oydor del Conſejo, ò Audiencias, ſe puſiere por cauſa de recuſacion, que no oyò al Abogado del recuſante, ſe à de dar por no baſtante, y excluyrla: porque pende de ſu arbitrio, el querer ſer informado, ó no: aunque ſiempre, que las partes lo piden al Conſejo, que ſe les oyga, los oye, y el Iuez deſimule, ſufra, y ſufre, aunque aya de condenar al que le informa: porque deſto reſulta no deſacreditarſe, ni exaſperar la juſticia, y la parte, aunque condenada, queda conſolada de auerla oydo.

319 Sexta erit cauſa friuolæ recuſationis, nec admittenda contra iudicem, qui non vt priuatus, ſed, vt iudex commodum percipit ex iuriſdictione: comprobauimus hoc late ſupra num.68. & alijs. Vnde intulimus ad iudicem, qui habet tertiam partem valoris rei denunciatæ, vel ad decimam executionis, quæ cum quotidiana ſint, nec vſq; adhuc ita explicata digito alliganda, & ad ibi dicta me remito.

320 Septima erit friuola cauſa ſi diſputetur de priuilegio Papæ, & actu ab eo confirmato. Nam licet hanc aſignet Caualcanus, non credo contra Eccleſiaſticum iudicem, ſiue ordinarium, vel delegatum talem cauſam admittendá, cum ſi opus fuerit iuribus, & legibus permitentibus, non ſolum de forma priuilegij, ſed etiam, ſi valeat contra aliud, vel contra ius, vel conſuetudinem poſſit diſputari ſi de his mentionem non fecerit per textum cum materia in capite primo de reſcriptis, & toto titulo Codice de præcibus Imperatori offerendis, atque ideo impertinens, & friuola erit dicta cauſa.

321 Octaua non erit admittenda recuſatio prætextu conuiuij in aliquo monaſterio, vel domo honeſta, tũ maxime, ſi fiat ocaſione officij potius, quá perſonæ prætextu, & ob authoritatem dignitatis vel officij: quia ex hoc non contrahitur amicitia conſiderabilis ad recuſandum, & vt diximus amicitia debet eſſe magna & nõ ſufficit leuis, prout declaratum eſt in prima cauſa ſupra numer.96. & ſequentibus, & denique quæcumque fiunt ratione officij publici, ſiue a parte, ſiue a iudice non præſtant recuſationis cauſam, como ſeria ſalir a hoſpedar vn regidor, ò otra perſona publica, a vn Oydor, o Prelado, y otros muchos caſos ſemejantes, que ſe puedan reduzir a corteſias, y obligaciones del oficio, que no dan

motiuo

motiuo, ni fundamento de recuſacion, ni aunque aya dones, ni
322 preſentes al Iuez, ſiendo por la dicha razon, nec inimitia, quæ ſit leuiſsima ſufficiet imo pro non ſufficienti cauſa eſt declaranda: quia tunc non inimicitia, ſed leuis differentia eſt iudicanda, circa quod operabitur maximopere iudicis arbitriũ ad ſciendum, & iudicandum, an inimicitiæ nomen apponi poſsit: quia ſi hoc res digna eſt, recuſationi locus erit, ſi vero ad hoc nomen tranſire non poſsit, non eſt admitenda, exempla plura poni poſſunt. Si vn Iuez rogò alguna coſa de poca importancia al litigante, y no la hizo, no por eſſo podra recuſarle: pero ſi fueſſe de mucha conſideracion, en que el ò coſas ſuyas fueſſen intereſſados en honra, ò hazienda, tunc ſine dubio valeret recuſatio.

323 Decima leuis, & non admitenda recuſationis cauſa erit, ſi iudex libelum iniuſte, vel male concepitum reſpuat, vel non recipiat: quia hoc ei licet quando iniurioſa verba proferuntur, & talia, quæ non admitti debeant: ex ſententia gloſſæ communiter receptæ in l. 1. ff. de officio aſſeſſorum verbo libelis, & idem, ſi aliqua verba corrigat, vel deleat, ita vt legi non poſsint, ſi cum iniuria fuerint ſcripta, vel iudici, ſeu parti aduerſæ opprobrium aliquod ſequatur, & quod nõ faciat ad iuſtitiã proferentis: quia iure, & lege permitente fit.

324 Vndecima friuola cauſa erit, ſi iudex luſerit, al axedrez, ò naypes, ò tablas: y aunque ſean en cãtidades vedadas, y exceſsiuas: por via de entretenimiento, ò de querer tener ganãcia del juego: nam ex hoc etiam ſi ſemel, & bis plurieſq; luſerit cum aliquo ex litigantibus, non ex inde poterit recuſari: quia non agitur de amicitia contrahenda, ſed de ludendo, & lucrando, & quod principaliter agitur attendendũ eſt. l. ſi quis ne cauſam. ff. ſi certũ petatur cum ſimilibus, & ſic non veniet in conſideratione luſiſſe, vel nõ cũ litigãte, licet litependẽte; maxime ſi grauis eſt, melius eſt abſtinere ab huiuſmodi rebus, ne forſan ſcandalum, vel ſaltem inuidioſa ſuſpicio oriatur, inter partes, quæ delicate, & cũ maximis malitijs ſolent ad iudices, & eorum motus attendere, & proſpicere.

325 Duodecima friuola recuſationis cauſa erit, ſi iudex ab aliquo ex litigantibus, lite pendente, vel non, ſiue ante eam morã, aliquid neceſſarium ſuæ domui, vel familiæ, ſeu ad eius ornatum, vt æquam, mulam, vel currum emerit ab aliquo ex litigantibus: quia ex hoc non inducitur iuſta cauſa recuſandi eum.

326 Declara non procedere, vbi rem magni valoris emerit vili precio: quia tunc implicita eſt donatio maioris valoris, & fit fraus legi prohibenti dona recipere, & procedent tradita in l. non dubium, vbi Baldus mirabiliter. C. de legibus: nam dicto caſu adeſt dolus, & fit fraus, & donatio ineſt ſub nomine venditionis, quæ quidem eſt, fraus de contractu ad contractum.

Declara *ſecundo*, non proce-
327 dere, ſi iudex aliquid vendat litiganti litependente precio excesſiuo oppoſito, in fauorem venditoris: quia vt diximus interuenit fraus tacitæ donationis, in præſenti exemplo, & ſequenti abſtineant ſe igitur iudices ſuperiores à talibus contractibus, & commercijs, etiam ſi iuſta eis dicta videantur, & neceſſaria: quia cauendum eſt ab ſcandalo puſillorum.

328 Decima tertia cauſa friuola erit, ſi iudex recuſatur, eo prætextu, quod ab eius iuriſdictione ſit declinatum ex rationibus adductis ſupra num. 327. cum adductis à Beneuentano dicto tractatu cap. 1. num. 6. vbi inquit, quod iudex, in cognoſcendo an ſit ſua iuriſdictio, ſuſpectus non redditur: declara vt ſupra num. 307.

329 Decima quarta erit friuola recuſationis cauſa ſi opponatur, iudicem ſolutam, vel coniugatá mulierem carnaliter cognouiſſe nam ex eo ſi nõ ſit frequens, & aſsidua concubina quæ litigat non poterit recuſari, circa quam cauſam; quia regula certa conſtitui non poteſt, cogitandum relinquo, vt viſis, & conſideratis circunſtancij recuſationis iudices arbitrentur.

Decima quinta erit, ſi opponatur, quod iudex habet conductam domum litigantis: nam ex eo ſolum amicitia, vel familiaritas non contrahitur.

Hæc iam habes de cauſis val-
330 lidis recuſationis, & quæ ve friuolæ ſint, & quamuis ab Stephano Aufrerio, Maranta, & alij plures ſunt relatæ, non ita, nec cum claritate diſtinctione, & reſolutione, quam conſtituimus, nec modernus Iacobus Laurentius Iureconſultus Beneuentanus, qui tractatum integrum de iudice ſuſpecto compoſuit, cum hac diſtinctione proceſsit, tametſi plures quæſtiones iam tritas, & earum quam plurimas, vulgatas, ex Menochio, & alijs modernis tranſcripſerit, & vltra Doctores omnes noſtræ Regiæ Recopilationis, & *Partitarum legibus*, prædicta omnia adaptauimus, quæ anemine ex noſtratibus ſunt ita elucidata, nec enim ſolũ ius ciuile Romanorum: non Gallicum, Anglicum, ſeu Germanicum, ſed alij Hiſpanum noſtrũ ius, qua potuimus deligẽtia, ſum-

mus

mus interpratati, quæ omnia (ſi bona) à Deo Domino noſtro, cui gratias, perpetuo agimus, qnod ſi aliquando ſine textu, & autore loquimur, erit quia caſus quos proponimus non ſunt decciſi, nec ab aliquo antea adducti ſequentes Iuliani ſententiam in l. non poſſunt. ff. de legibus cum lege ſequente.

## DE EFECTIBVS recuſationis.

331 IN PRIMIS præmittẽdum eſt, iudicem, qui publico iudicandi munere fungitur, vt perſona publica, & qui neceſſarium officium iudicandiq; munus aſſumpſit, non poſſe voluntariæ, ſe à iudicãdi exercitio abſtinere (cauſa propia, & vt priuatu, excepta, vt ſæpe diximus) Romanus conſ. 327. num. 8. & ibi Mandoſius dicit communem Vincentius de Franquis deciſsione 221. num. 3. & num. 10. 1. p. Burſatus conſ. 199. num. 8. lib. 1. illudq; ex eo conſtat: quia non eſt in eius facultate ſe ipſum ſuſpectum aſſerere, niſi aliunde de ſuſpicione conſtet, ex adductis in cap. quoniam contra de probationibus: plura adducit Graueta conſ. 171. num. 7. & 8. & iam aliqua attigimus ſupra num. 71. ita vt ad iudicandi munus aſtringi poſsit: eſt doctrina Bartoli in l. munerũ §. iudicandi num. 1. ff. de muneribus, & honoribus cumulat hæc omnia, & alia Beneuentanus in tractatu de iudice ſuſpecto cap. 1. num. 7. quo ſuppoſito.

332 Primus efectus recuſationis erit, vt ea interpoſita, iudex, abſque dicta iuris prohibitione, ſe à iudicandi officio, in cauſa in qua recuſatur ſe abſtinere poſsit, nõ expectata recuſationis probatione, ſed eius dicto aſſerentis ſe pro recuſato ipſummet excuſare vel exonerare ſe volens: ſtãdum eſt gloſſæ finali in cap. nouit de appellationibus, & in cap. cum ſpeciali num. 2. eodem tit. quas
333 allegat Beneuentanus in dicto cap. 1. num. finali, dixi ſupra nu. 71. & 230. quod declara dummodo non adſit colluſio inter iudicem, & partem recuſantem, quã ex coniecturis probari affirmat bene Menochius de præſumptionibus lib. 5. præſumptione 26. per totum, Beneuentanus dicto num. 1. finali exemplum conſtitui poteſt in iudicibus ſuperioribus: ſino ay mas de vn Iuez, ò Oydor en vna Audiencia, que lo pueda ſer de vna cauſa y colude con el reo, que ſe entiende que tiene juſticia, que le recuſe, ò otras cautelas, y maquinaciones, que la malicia humana deſcubre a los pleyteantes. Circa quæ circunſpectus præſes, vel ſenator collega debet prouide-

re. Illud prætermittendum non eſt, infamiam incurrere iudicandi onus euitare afectantem, & pœnam appoſitam in l. 2. C. de
334 legibus ex Beneuentano, & quos citat eodem loco, & eſt magna culpa ſenatoris Regij, qui recuſationem afectare intenderit, & etiam ſi aduerſa pars non recuſans cōſentiat, vt ſe abſtineat re-
335 cuſatus: non ſufficit ex noſtra l. finali in fine.

In caſu relato à Felino poſt glá. in cap. poſtoralis de officio delegati verbo onerare poteſt, iudex ſe excuſare ne iudicet ſi licet; quando eſt impeditus, & eius dicto creditur, dum contrarium
336 non probatur ex gloſſa ſupra dicta poſt ſubſcriptam ſententiam à iudice ordinario, vel delegato recuſari poteſt adducit Bobad. 2 p pag. 514. quod non obtinet in Regio ſenatore ex l. 6. hoc titu.

Secundus recuſationis efectus
337 erit, vt ſint nulla acta, & actitata pendente recuſatione coram iudice recuſato (intellige ſi friuola non ſit) videndus eſt Lancelotus in tractatu de attentatis ſecúda parte cap. 6. de attentatis poſt recuſationem iudicis, vbi plene, & bene deducit, & declarat, an, & quando proceſſus iudicis recuſati ſit nullus. Ex noſtratibus, alios citans Bobadilla in Polica 1. p. folio 1246. quæ eſt breuior allegatio, & ibi de nullitate actorum, quæ fiunt coram tabelione, vel notorio recuſato.

An valeat recuſatio omnium
338 aduocatorum ciuitatis, vel prouinciæ, & omnium ſapientium videas, ex adductis à Beneuentano dicto tractatu de iudice ſuſpecto cap. 3. vbi late, & diſtinguentem bene Villadiego in Politica cap. 1. fol. 16. & quoad recuſationem omnium Decurionũ de cócilio ciuitatis, quod valeat cap. 3. nu. 275. & obſerua, quod refert, & traddit Bobadilla 2. p.
339 fol. 268. nu. 121. eam ad miſſam vidi, en todos los Ragidores del Cabildo, en cauſas criminales, y entónces el Iuez ordinario elige dos acompañados Letredes, y a falta dellos hombres legos, que nombrá aſſeſſor Letrado, ſi puede ſer auide. Ex adductis à Villadiego dicto nu. 273. & ſi ſit cauſa leuis, quæ commode definiri poteſt non admititur recuſatio omnium aduocatorum ciuitatis ſi vero ſit grauis, ſecus in notoris, an habeat locum recuſatio, & quando: quia eſt punctus triuialiſsimus non immoror recurre ad ea quæ adducit optime Láncelotus de attentatis dicta 2. p. cap. 6. Burſatus conſ. 21. Morla in emporio ad titulum. ff. de iuriſdi. num. 214. vbi conſtituit regulam non admitti recuſationé in notoris ad requiritur quod crimen ſit notorium, & certa pœna appoſita, quod vix inuenitur, raro enim hæc duo concurrunt.

Princeps

340 Princeps per ſuum reſcriptũ poteſt tollere recuſationem, omnes intelligunt hoc procedere in friuola, ſicut in appellatione, qua ſublata intelligitur de friuola, non autem de iuſta, & valida.

Intellige, quo ad noſtrum, vt
341 procedat dicta cõmunis reſolutio, ſi Princeps dixerit, & commiſerit cauſam ſublata recuſatione ſecus ſi dixerit de omni, & eam prohibuerit: quia non ſolum friuola, ſed quælibet remouetur, hæc eſt doctrina, quam adducit, & reſoluit Cephalus conſ. 768. num. 34. nam, qui omnia dicit nihil excludit. l. Iulianus. ff. de leg. 3. & ad hæc reducenda ſunt quæ adducit Morla, vbi ſupra num. 186.

342 Si pars affectauerit recuſationem ab aduerſa parte, factam nõ admitti, & de hoc curam, & deligentiam appoſuerit exeo noua ſuſpicionis cauſa inducitur, & allegari poteſt ex ratione, eorũ quæ diximus ſupra num. nã quemadmodum per petitionem, & nominationem ſeu impetrationem certi iudicis ſuſpicio oritur, vt diximus. Ita per eandem, & fortiorem rationem, quam retulimus, quod quidem boni viri arbitrio eſt ponderandum, & conſcienciæ rectæ, & prudenti iudicanti remitendum.

Secus eſt, ſi iudex ſe non libel-
343 lis, non aſperitate ſe defenderit, vt ne recuſationi eius locus ſit: quia licet ei honorem, & propiũ officium, iudicandiq; munus defendere intellige ciuili modo collegas Senatores, vel coniudices informando, non vt ex eo aſperitas vel ſecutia exerceatur, ſed honoris tuendi cauſa: quia nec hoc prohibitum eſt, nec enim lex vlla eſt, & quæ tolat huiuſmodi prudentem, & debitam præſumptionem tamen, ſi affectauerit nimis, & minis forſam, vel iracunde procedat recuſatus ſuſpicio excerſcit aduerſus eum.

Iudex ſi interrogetur, per po-
344 ſitiones in cauſa recuſationis debet reſpondere; intellige, ſi non ſint criminoſæ, per l. 7. hoc titul. nam poſitioni criminoſæ, & per quã eius crimen detegitur, regulariter nõ tenetur reſpondere. Licet cõtra teneat Morla impræ ludis adtitulum de iuriſdictione omniũ iudicũ n. 215. dicẽs quod nec pars, nec iudex tenentur ſe ipſum procedere, intelligas quãdo poſitiones criminoſæ ſint, ſecusvero ſi crimen non detegitur ex dicta lege.

345 Vſq; adeo, vt non ſemel ſed bis, & pluries ſi opus fuerit teneatur auditor Regius recuſatus declarare prouiſum eſt, apud nos, & Indiarum Audientijs præceptum, en el libro ſegundo del Conſejo Real de Indias fol. 62.

Adiunctus iudicis ordinarij debere cum cauſa recuſari, & ea

probat.

345 probata tenet Curia Philippica 1.p. §. 7. num. 13. fol.91. allegat Gregor.Lopez in l.22.tit.4. p.3. gloſſa 9. qui ad medium ponit hanc quæſtionem, & reſpondet per aduerbium, forte, niſi probaretur cauſa ſuſpicionis contra adiunctum, ſed quidquid ſit de conſuetudine, & praxi non eſt receptum, ſed ſufficit recuſatio cum iuramento contra adiunctũ & ita obſerua, & tene in ciuilibus, & criminalibus cauſis.

Recuſationibus tacite, & expreſſe renunciatur adducit poſt plures, & plura Beneuentanus de iudice ſuſpecto cap.2.num.8. ad finem, & cap.14. qua quidem renunciatione facta in recuſante Regium Auditorem, eſt dimiditate pœne puniendus lege noſtra in fine cætera, quæ ad materiam recuſationum expediunt, ſi qua ſupplenda ſunt cum caſus occurrat ſupple ex adductis ad Curia Philippica ep.§.7. per totum, vbi breui, & notabili compendio plura ad praxim refert quæ non eſt neceſſarium tranſcribere, & ante eum Gregorius Lopez in dicta l.tit. 4. p. 3. quæ apud nos eſt optima remiſio cum declarationibus, quas conſtituimus.

346 Non debet, quis facile ad recuſationem prorrumpere conſilium Speculatoris tit. de recuſationibus.§.qualiter ver.quidam autem Legiſtæ, & Aufreri in d. tractatu num.46.ver. poſtremo: nam ſi non admiſſa fuerit recuſatio, vel non plene recuſans cauſam probauerit iudicem, quem recuſare tentauit ſentient acerbum, & durum, & inſidiatorem

347 cauſæ ſuæ, vt in l.finali.§. qnidã. C.de teſtamentaria manumiſsione, & alia iura, quæ allegat, nec recuſanti in aliqua cauſa gratificauit inquit Aufrerius, quod erit valde graue cum multa ſubijciãtur eius poteſtati, ex l. non quidquid ff. de iudices, & 2.q 4.§.notandum l.1.C.quomodo, & quãdo iudex cap. conſuluit de officio delegati.l.ediles.§.item ſciẽdum.ff.de ediletio, edict. conſulit Speculator, & Aufrerius, vbi ſupra, quod iudicem recuſatum pars blandis verbis alloquatur, & quibus modis honeſtis, tamen eum ſibi fauorabilem faciat. Nihilominus, vt inplurimnm odiũ recuſatio genare ſolet plus, vel minus ex animo recuſati, & ea potiſsimum ratione iudicat iudex coram quo lis vertitur an

348 ſua ſit iuriſdictio non vero de recuſatione ſibi opoſita: nam per recuſationem fit injuria iudici, vt inplurimum, ex quo pars fatetur de ſua iuriſdictione, ſed ab eo recedere vult. l. litigatores in principio.ff.de receptis arbitris, ſed quando opponitur contra iuriſdictionem, vt refert Aufrerius non fit ei tanta iniuria: quia non videtur diffidere de iuſtitia

ſua

ſua ſed negat ſe ſubditum, & ſic exceptio in competentiæ non ſuggillat, nec afficit perſonam iudicis, quod eſt diuerſum in recuſatione; quia de eo diffidere videtur, ideo non poteſt cognoſcere, ita Barto. in l. quidã conſulebant. ff. de re iudicata præpoſitus in cap. 2. ſecundo requiris de appellationibus, ſed hæc Speculator, & Aufrerius quæ potius ad inquietandos animos, quam ad bonas conſcientias informandas conducunt; ego autem pro complemento obſecro, & exhortor iudices, cuiuſcumq; qualitatis, ne præ textu recuſationis ſibi oppoſitæ inimitias, vel odiũ contra recuſatorem concipiant in eadem, vel alia qualibet cauſa: nam ſi pars recuſans vſa fuit iure ſuo, & iuſte recuſauit, non eſt quod ei imputetur, ſi autem non recte iudex recuſatur, animaduertere debet in cauſis omnibus, quæ coram eo vertuntur, maxime in eis quæ ſuo animo inquietudinẽ adduxerint quod eſt dictum ab Spiritu Sancto Prouerbiorum cap. 21. qui ſequitur iuſtitiam, & miſericordiam inueniet vitam iuſtitiam, & gloriam, & qua parte iudex iudicare debet faciendo iuſtitiam quod eſt ſui muneris, hæc omnia inueniet, & cap. 11. Prouerbiorũ vbi fuerit ſuperbia, ibi erit, & contumelia, vbi autem eſt humilitas, ibi, & Sapientia, & deniq; 349 qui vindicare vult à Deo inueniet vindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo noſcenti, & deprecanti tibi peccata ſoluentur Eccleſiaſtici cap. 28. atq; ideo caueat quiſpiã iudex, & abſtineat ſe à tali vindicta præ textu recuſationis interpoſitæ & quando ſolummodo hoc capitulum ſcripſerim ad hanc iuſtam monitionem libentiſime elaboraſſe in prædictis ſuſtineo, & gaudeo, vt hoc ſolum vltimum iudices percipiant, & atente obſeruent animarum ſuarum vtilitati conſulentes.

## CAP. X.

### SVMMA RERVM.

1 *Quotidianæ ſunt quæſtiones, circa aduocationis munus exercendum.*

2 *Aduocatus, quibus nuncupetur nominibus.*

3 *Aduocatorum inſcitia plerumq; auget laborem iudicantis.*

4 *Vnde ſtabilitum remedium tituli, vt quæ deſunt aduocatis partiũ iudex ſuppleat.*

5 *Aduocati, quibus verbis, quibus ve actionibus, quo vultu, & geſtu poſtulare & coram iudice exorare debeat remiſſione.*

6 *Exprimento rerum, & doctrina comperimus quod aduocati impij ſubito moriuntur.*

7 *Notabilia verba Petri Gregorij referuntur, & alia in propoſitum præcedentis*

*tis numeri, memoria tenenda.*

8 *Vtile eſſet, vt aduocatorum examen eſſet rigoroſum, & conſilium autoris circa hoc.*

9 *Aduocati boni: plures laudes remiſſiuè.*

10 *Ioannes Garcia, fiſcalis, Valiſoletani prætorij laudatur.*

11 *Aduocatus poteſt ſubſtituere, ſicut miles directo poſt pubertatem.*

12 *Aduocati priuilegia prærogatiue, & exemptiones remiſſiue, & aliqua referuntur.*

13 *Aduocatus, quis & qualis eſt debeat ex Ioanne Garcia cuius verba notabilia adducuntur.*

14 *Ars aduocatorum moleſtiſſima quæ nec ſomnum patitur nec quietem.*

15 *Plura circa aduocationis vſum remiſſiuè.*

16 *Iaſſo in l. 1. n. 8. ff. de iuſtitia & iure, reprobatur, & eius dictum temerarium eſt iudicandum & periculoſum.*

17 *Aiacis hiſtoria lugubreque ſepulchrū, & circa hoc curioſum Alciati Emblema in execrationem ſententiæ male à iudice late.*

18 *Inuectiua aduerſus iudices imperitos, & contra conſiliarios ſupremos, qui eos regi domino noſtro proponunt.*

19 *Para ſer acertado el proueymiento del Iuez ſuperior, quando menos, deuen concurrir en el, Letras, virtud, y buen ſeſo.*

20 *Odioſi iudicibus imperitis ſunt. Collegæ Literati, & Aduocati, qui literarum peritam habent.*

21 *Aduocatus qui fuit in cauſa propia poteſt petere expenſa litis, quæ alteri aduocato ſoluerentur.*

22 *Errant tenentes, aduocatum non debere eſſe ſuæ propria cauſæ.*

23 *Et quomodo in ea conueniens erit aduocare.*

24 *Hebetior eſt quiſpiam in negotio propio quam alieno, & de diuerſo aduocatorum more, in ſuis poſtulandis cauſis.*

25 *Patrocinij gratis præſtiti præſtandum eſt ſalarium, taxarique debet, & ratio conſtituitur.*

26 *Aduocati ſalarium, non ſolum pro labore, ſed ex probitate ſcientiæ & intellectus.*

27 *Idem in aſſeſſore legato, & doctore.*

28 *Salarium anuum an debeatur ſi nō ſint lites reſoluitur affirmatiue.*

29 *Habetque tacitam conditionem operarum, nec propter hoc impeditur executio contractus ſalarij aduocato præſtiti.*

30 *Quando ſalarium aſſignatur pro vna lite, nec in ea aliquid factum, nec viſſus proceſſus fuit, non debetur aduocato.*

31 *Aduocatus habens duos clientulos qui ad inuicem litigant patrocinari debet, & cauſam antiquioris adiuuare ex ſententia Ripæ.*

32 *Quid autem ſit agendum pro ſatisfatione alterius clientuli, cui non præſtat patrocinium.*

33 *Aduocatus non tenetur præſtare patrocinium contra ſe ipſum, & liberos, & vxorem alioſque hic enumeratos.*

34 *Poſtquam cauſa ceperit eſſe in damnum aduocati, poteſt in contrarium eius patrocinii, quod extraneo præſtitit, pro ſe ipſo patrocinarij, & conſtituitur noua, & elegans ratio.*

35 *Expenditur lex finalis, ff. de poſtulando.*

36 *Aduocatus non compelitur patrocinari contra conſanguineum.*

37 *Nec contra amicum, circa quod eſt arbitrandum.*

38 *Nec contra affinem affinitate ſuperueniente litem inchoare tenetur aduocatus nec ceptam proſequi.*

39 *Conſilio in ſcriptis præſtito, quando liceat aduocato in eadem met cauſa contrauenire, & aduocare, contra id, quod ſubſcripſit.*

40 *Et poſt contra partem, quam in poſſeſſione adiuuauit patrocinium præſtare in cauſa propietatis eiuſdem rei.*

41 *Poſt ſecreta cauſa reuelata, quando liceat contra partem, quam conſuluit, & reuelauit, aduocare.*

42 *Quæſtio adducitur notabilis, an lite cepta, liceat aduocato ab aduocatione cauſæ*

cauſæ

*cauſæ deſiſtere, ſi pars ſalarium debitũ non ſoluerit reſoluitur negatiue.*

43 *Conſilium autoris vtile partibus litigãtibus.*

44 *Honorarium eſt ſoluendum aduocato, iuſta conſuetudinem regionis, & ciuitatis, arbitrio boni viri.*

45 *Dequota litis quare pactum ſit prohibitum.*

46 *Aduocatus an poßit facere pactum de proſequenda lite ſuis expenſis, & tunc habere quotam aliquam eius reſoluitur negatiue.*

47 *Diuerſum erit ſi ſuper re, de qua non litigatur ſed de alia ſalarij ſoluendi pactum fiat. & adducuntur exempla.*

48 *Pactum, de quota litis, non prohibetur fieri, niſi aduocato, & procuratore; ſecus vero á ſolicitatore, cui non eſt prohibitum.*

49 *Traduntur rationis inter dictæ pactionis dequota litis, inter aduocatum, & partem & etiam inter procuratorem.*

50 *Salarium præſtari debet aduocato, illudque taxandum eſt, etiam ſi non conueniat de eo à principio litis.*

51 *Aduocati officium eſt fundare primo intentionem ſuæ partis, & poſtea reflectere contraria.*

52 *Aduocatus conſcientiam puram, & piam habeat ſcrupuloſque inutiles dimittat.*

53 *Conſilium autoris, ne deſperatas cauſas ſuſcipiat, vel prauis, per iurij, vel falſitatis medijs, abuti permitat, quia iniquißimum eſt.*

54 *Quæ deſunt de aduocationis munere repetenda ex his quæ adducuntur remiſiue.*

55 *Aduocatus an poſsit compeli, & aduerſa parte peti, vt teſtis ſit in cauſa, cuius patrocinium ſuſcepit, & alia vtilia nu. 56. & 57.*

# CAP. X.

## AD RVBRICAM &legem decimã ſeptimã titulo decimo ſexto de los Abogados, libro ſecundo Recopilationis.

1 FRequẽtes, & quotidianæ ſunt quæſtiones circa munus aduocationis exercẽdum, ideo aliqua, quæ omiſſa ſunt à noſtris regni Doctoribus, & quæ vtilia in vtroq; foro erunt libenter dicam.

2 In primis aduocatus cauſæ, Patronus, Orator, Rector cauſidicuſque dicitur, & dum excandeſcit præter modum arabie rabula dicitur qua deſiderium ſuum, vel amici agendo, vel defendendo exponit, ei, qui iuriſdictioni præ eſt, vel alterius deſiderio cõtradicit, ſic ex ratione legis primæ. ff. de poſtulando tradit Petrus Gregorius. 3. p. ſyntagmatum lib. 49. cap. 6. nu. 2. & ex noſtratibus alia bene adducit Ioannes Matienço in dialogo relatoris 2. p. cap. 1. num. 5. vbi bene vi-

dere poteris plerumq; enim cauſi diticorum *inſcitia* auget labo
3 rem ius dicentis ita Petrus Roſiuis deciſ. letuanica. 4. n. 6. quare inductum eſt remediū à iure in rubro, & nigro. C. vt quæ deſunt aduocatis partiū, iudex ſuppleat
4 lex noſtra 1. tit. 6. p. 3. inquit. Dizeſe Vozero, porque con vozes, y palabras vſa ſu oficio. Quomo
5 do, & quibus verborum actionibus illud exercere debeat eſt recurrendum ad Ioann. Matien. in dialogo relatoris. 2. p. cap. 2 n. 2. & ſequentibus, vbi erudite quidem iſta docet.

Sed antequam ad alia deueniamus memores ſint omnes hoc munus exercentes doctrinæ gloſſæ in. §. item ſurdi inſtituta, qui-
6 bus non eſt permiſſum facere teſtamentum, & Angeli. in l. ſiquis aduocatus. C. de exceptionibus tenētium, quòd experimento rerum ſæpe acidit: aduocati nanq; impij ſubito moriūtur, ſunt quidem notabilia verba eiuſdē Petri Gregorij, quæ ob proximorū vtilitatem, & euitandum aduocationis ab vſum referre liceat in-
7 quit, itaq; quā damnoſi ſunt cauſarum patroni, ſui iudici clientibus ſuis, & alijs, qui inuoluunt, fucant, concinant lites, & inſolēti eloquentia, & conuicis tutare ſatagunt, vt exitus, res ipſa, temeritas, & rerum præſcripta docēt: ſunt enim ipſi in primis fidei, & iuramenti tranſgreſores, qui iurarunt nihil, niſi quod iuſtū, & defendēdum videbitur defenſuros pro cliētibus acturos, dicturoſq; nec deſperatas, impiaſq; cauſas ſe defenſuros, eſt hoc præceptū Iſocratis, nullæ prauæ rei, nec aſſiſte, nec patrocinare: videberis enim ipſe talia, *qualia* ij, quibus ſucurris perpetrare, ſic eo modo ſibi nocent, dū in opinionem incidunt iniqui hominis, & certe vix eſt, vt qui improbas lites fouet, improbus non ſit: non enim cogitat Dei iudicium, cui rationē dictorum, factorū ve redditurus eſt, & infra, & id ipſum ſæpiꝰ vindicat Deus in morte aduocatorū, & ſubito loquendi facultatē adimit, vt per eam torqueantur linguam, qua pernitioſe abuſi peccarunt, & ita præ repto ſermone, nec animæ, nec bonis, nec liberis conſulere poſſunt, ſuccincte quidem noſter Acebedo hæc vno verbo tetigit in l. 2. hoc tit. n. 7. mihi tamen neceſſarium viſum eſt omnia ſupra dicta, & dicēda referre, cū viderim aliquos aduocatos repentina, & ſubita morte deceſiſſe, tā Hiſpaniæ, quā apud nos, & duo, qui erant adinuicem aduerſarij, & odio magno ſe perſequebantur ambo repēte defuncti ſunt, hæc dico, vt quilibet intelligat, videat, & prouideat ſibi, quomodo hoc officiū exerceat, nec quidquam impudētius vſquam videris, nihil ſtolidius, & ſuperbius, rabula in ci-

cadæ modum obſtrepen, qui ſibi diſertus non videtur niſi tumultu, & vociferatione omnia concuſerit, hactenus Petrus Gregorius, prærumpunt aliqui contra legem 7. tit. 6. p. 3. ibi. Otroſi deue hablar ante el Iuez manſamente, è en buena manera, è no a grandes vozes, ni tã baxo, que no le pueda oyr, videas Bobadi. 2. p. lib. 3. ca. 14. n. 65. & alios præcedentis; cauendum itaq; eſt, ne ſpe lucri inpræiudicium ſuæ animæ cauilloſum conſilium dent clictulis, ne eis contingat quod refert ex Angelo in l. 1. C. de falſa cauſa adiecta. Zenedo in collectanea 28. ad decretũ n. 25. quod quidam vir ſanctus retulit ſibi reuelatam fuiſſe cuiuſdã aduocati damnationẽ propterea quod cauilloſum conſilium præſtiterat ſed hæc omnia vitia ſunt perſonarum, non artis, illud autem

8 lebentiſsime vellem à Domino Rege noſtro poſtulare, & eius magno conſilio, vt examem aduocatorum fieret ab ipſo ſenatu riguroſe, vel in Chancellarijs, & eſſet minor numereis, & vtilior regno, & republicis, vel ſaltẽ vt non aduocarent, niſi qui praxim diſertam haberent, & examen ad aduocandum non leue, & facile, vt quotidie fit ſed arduum, & acuratum, & quemadmodum pro corporis humani ſalute introducta eſt, vt examem medicorum fiat aprotomedicis, ita etiam aduocatorum aſummis conſiliaris, vel ſaltem Regis Chancellariæ Auditoribus, non ſolum pro aduocatis Granatæ Valiſoletique commorantibus, ſed etiam totius præfecturæ, & dictionis addendo ad l. primam & ſecundam huius tituli, quod quidem vtiliſsimum, foret, ſi ſeruaretur, ſæpiſsime enim vidi, & expertus ſum plures lites non

9 tam ex iuſtitiæ defectu, quam ex cauſidicorum inſcitia amiſſa fuiſſe, hæc pro aduocatis perſuadendis, vt praua patrocinij præſtatione abſtineant, & caueant, in laudem autem boni aduocati, quam plurima notatu digna late ſcripſit Ioannes Matienço in dialogo rellatorijs. 1. parte, cap. 7. ex num. 2. & Zenedo dicta collectanea 28. num. 4. multa, & multos remiſsiue adducit ex noſtratibus autem videndus eſt doctiſsimus laudeque dignus Hiſpanæque iures prudentiæ non paruum decus Ioannes Garcia

10 de nobilitate gloſſa 35. ex num. 11. vbi num. 15. refert notabilem Bartoli doctrinam in l. aduocati. C. de aduocatis diuerſorum iudiciorum, poſt gloſſam in

11 l. 3. § finali. ff. de teſtibus tenentis, quod aduocatus poteſt, ſicut miles, ſubſtinere directo maiori poſt ad dictam hæreditatem, ita etiam Iaſſ. in rubrica. ff. de vulgari num. 11. & alia priuilegia, prærrogatiuas, & iuſtas

exemptiones proſequitur, & quod non poſsint torqueri comprobat num. 19. & ſequentibus ad eum itaque eſt recurrendum circa hoc, & circa exemptionem de no pechar in graduatis en Salamanca, Valladolid, y Alcala, num. 24. & circa quòd requiritur, vt actu aduocent, & de concurſu cum nobilibus, & in actibus nobilitati reſeruatis, quod de conſuetudine gaudeant præ-
12 terquam, *en el priuilegio de no pechar, que ſolo eſta concedido* a los graduados por las tres *Vniuerſidades*, y por el Colegio de Don Gil Carrillo de Albornoz, que eſta en la Vniuerſidad de Bolonia, & apud nos, ſe goza por Cedula Real de lo miſmo en los graduados por la Vniuerſidad de Lima, reſpeto deſtos Reynos del Piru.

Nec referre omitam verba eiuſdem Regij fiſcalis Ioannes
13 Garciæ cui aſſentior, inquit itaq; nos aduocatum accipimus non quemlibet circum foraneum rabulam aut valuaſorem moleſtũ, garrulum loquacem, ſed qualem iura exigunt doctum iuriſperitum, innocentem bonum virum Dei timendum, qui ſolam iuris rationem, ſectatus cauſam lucri à ſe propellat, hunc clariſsimum nobilem, laudatiſsimum, & egregium cenſemus. Si qui vero ſunt, qui lucro inhiantes ius æquumq; contemnunt, hunc indignum tanto nomine arbitramur, nec enim is eſt, cui vita hominis cum fortunis ſuis tuto committi poſsit, denique (inquit idem Ioannes) cum Cicerone aduocatum eum vere exiſtimamus, cui nihil ignorare liceat cuiuſq; domus oraculum ſit ciuitatis, ad quem ciuis velut ad Apollinem conſulturi confluant, & eius litteris, & pietate, & eruditione, & vitæ innocentia confiſi, quibus omnibus *ipſe cum dolore addendum iudico, pauci* ex his inueniuntur, quos æquus Iupiter amat, nec propterea,
14 quod hæ omnes qualitates non concurrant ſunt auferendæ exẽptiones, & prærrogatiuæ earum que vſus: quia eis præſtat cauſam, munus, & aduocationis exercitium, & autoritas publicæ que vtilitatis neceſsitas, vt colliges, ex his, quæ adducit alios, & multa referens dictus fiſcalis
15 Ioannes Garcia ex dicto num. 11 gloſſæ 35. eſt quidem aduocatorum ars moleſtiſsima, quæ non ſomnum patitur, nec quietem lapus allegare. 55. Tuſchus ſub littera A. concluſione 233. plura adducit circa vſum aduocationis Gutierrez lib. 1. practicarum q. 26. & 27. & 28.

Sed cauendum eſt à Iaſſone
16 in l. prima numero octauo. ff. de iuſtitia, & iure, qui ex Hoſtienſi in proemio, ſumæ inquit, quod recti iudices, & aduocati vten-

tes

tes legibus, prout debent meliorem vitam agunt, quam fratres prædicatores, vel alij religioſi, eſt enim illud dictum non verum, ſed temerarium ex magna differentia, & ſuperioritate, quam habet vita monaſtica, & contemplatiua in religione approbata, quæ maximopere excellentior eſt vita iudicum, & aduocatorum quantumuis probati ſint propter perfectionem ſtatus regularis, & eius obſeruantiam, quod comparatiue patet diuina Chriſti Domini autoritate, ex Euangelica lectione Mathei cap. 19. ſi vis eſſe perfectus vadet vende quæ habes, & da pauperibus atque ideo deleri præceptum; fuit hoc Iaſſonis dictum iuſſu ſanctæ Inquiſitionis, ex lib. 3. Bobadillæ cap. 14. n. 60. & ex lingua vulgari abraſum iuſtiſsime fuit.

17 Pro bonis, & ſtrenuis aduocatis, quando adhibita debita iniure, & infacto diligentia cauſas iuſtas præter ſpem amittunt, & aduerſus eorum patrocinia ſententiæ proferũtur, conſideraui ſæpe Aiacis hiſtoriam in cuius lugubrem malæ ſententiæ prædam, & iacturam Alciatus iureconſultus hoc compoſuit emblema virginis virtutis figuram repræſentans capillos ſuos ſupra ſepulchrum dilacerantis effigiem depinxit his verbis,

## Argumentum eſt in victoriam dolo partam.

*Aiacis tumultum lacrimis ego per ſuo virtus,*
*Heu, miſera albentes dilacerata comas.*
*Scilicet hoc reſtabat adhuc, vt iudice Græco*
*Vinceret: & cauſa ſtet potiore dolus.*

*A falſis itaq; iudicibus (reſoluit Alciatus) præuertitur ius, lacrimantibus fruſtra probis viris.*

18 Quodquidẽ plerumq; euenit quãdo odio, vel amore ſeu alias ignorãtia iudices errant, vel alijs ex cauſis tũ maxime ſi iuris ignaui, & ignorantes ſint circa quod graue peccatũ cõmitũt tam ipſi, qui non ſunt ſufficientes ad iuſtitiã miniſtrandã quã domini Cõſiliarij (pareant obſecro) eos in cõſultatione proponentes Regi Domino noſtro, ſi hæc õnia perfecte non examinant cũ propoſitionẽ alicuius Regi faciunt, & cũ ex hoc plurima damna ſequta viderim, & audiuerim neceſſariũ eſt obſecrare, & hortari quod a quodam dignisſimo Conſiliario ſæpe audiui, que para que ſea la elecion de los Iuezes ſuperiores, y Oydores de las Audiencias, qual conuiene deue para ſer proueydos procurarſe forçoſamẽte
19 que tengan, y concurran en ellos eſtas tres partes preciſſas, quãdo

 menos

menos, que ſon letras, virtud, y buen ſeſo, en que ſe encierra lo que cada vno en ſu pecho conſidere, ponderando, y gloſſando interior, y exteriormente eſtas tan breues, quanto compendioſas palabras, y los buenos efectos, que cada vno promete. Omito itaque plures membranas longo Calamo à Bobadilla aductas circa electionem iudicum, & ab alijs modernis maxime à Zenedo, & quos refert dicta collectanea 28. n. 3. quem transcribere, & eius remiſsiones ſuperfluum eſt ſufficit hæc nouiſsime vltra omnes noſtro idiomate aduertiſſe ſalua tamen in omnibus autoritate eorum iudicum, qui vt impliumum digni ſunt in Regalibus maxime Auditoris vt de eis intelligamus dicta eſſe à Iure conſulto aducta in l. 1. in fine. ff. de officio perfecti prætorio quorum quamplures vidi, & ſum expertus, ſunt enim iudicibus illiteratis odioſi boni aduocati, & docti illos, & coniudices doctos 20 odio ſæpe habent nam idiotis eſt magnum grauamen verſari circa doctos, qui eorum defectus agnoſcunt, & ſi iudices non ſunt virtute præditi quantumuis litterati, & nobiles prorrumpere ſolent in iniuſtitias, & ſi bono prudentiæ careant, & quiete animi plura animoſſe agrediuntur, quæ in damnum reipublicæ coincidunt itaq; omnia dicta aduotanda ſunt, quia maximopere expediunt accedamus iã ad practicas reſolutiones vtiles.

An aduocatus in cauſa pro- 21 pia poſsit petere expenſas, & ſalarium Bartolus fuit ſub obſcura diſtinctione locutus in l. ſtipulatus. 45. n. 3. ff. de fidei iuſſoribus ad eum ſe remitit Matienço in l. 7. tit. 11. lib. 5. Recopi. gloſ. 3. ſub n. 31. ſenciens ſe inclinare Bartolũ ad excludendam petitionẽ ſalarij in cauſa in qua quis ipſe aduocatus victor extitit quod alteri extraneo aduocato eſſet ſoluendũ, & Ioſeph. Luduuicus deciſ. Peruſina, reſoluit denegandum ſiue aduocato, vel procuratori eum ſequitur Zenedo dicta collect. 28. n. 11. Contrarium certiſsimum iudico, quia officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum, nec vtilius aduerſæ parti victæ ſi patrocinio alterius aduocati extranei vinceretur, quod probatur ratione, & autoritate, nam ita reſoluit Panormitanus in cap. finem litibus de dolo, & cõtumacia, quẽ ſequitur Iaſſo in l. properandũ. §. ſiue autẽ alterutra. C. de iudicis, & his rellatis Pichard⁹ in addictione deciſsionis Guido. Papæ, itaq; vbi extraneo aduocato eſſent taxãdæ expẽſæ propter condẽnationem factam de eis veniũt etiá, & debitæ ſunt patrocinanti in ſua propia cauſa Quod vltra omnes cõprobo, ex ratione, & verbis textus in l. 1. ff.

de

de poſtulādo. §. poſtulare inquit Iure cōſultus eſt deſideriū ſuum
22 vel amici ſui in iure apud eū, qui iuriſdictioni præſt exponere, vel alterius deſiderio contradicere, cum itaq; a pari imo priori loco procedat poſtulatio ſuæ cauſæ, quam alienæ in valentibus poſtulationem exercere, qua de cauſa rogo peior eſſe debet conditio propiæ litis quam alienæ. Et quē admodum cuilibet artifici non denegaretur ſui operis labor, nec etiam aduocato eſt denegandū.

Ex hac etiam lege deduco er-
23 rare eos, qui dicunt, vel perſuadent aduocatos in cauſis propijs non debere poſtulare, quia ex primeuo tempore, quo aduocationis vſus introduct⁹ à iure fuit hoc permiſſum, & ſtabilitum eſt quare ergo aliqui hoc prohibere contendunt, debet autem cū moderamine fieri, nec deſiderium propium cauſam excandeſcat adhibitoq; ſi poſsibile ſit alterius conaduocati probi conſilio, vt aduertit Bouadilla lib. 3. cap. 14. n. 62. vbi aſſerit ex Cicerone hebetiorem eſſe in plurimum quē piam in cauſa ſua nec enim ordinationes Portugaliæ Regni nos terrere debent ſunt enim contra ius cōmune contrarium decidentes contra ius commune dixi in d. l. 1. ff. de poſtulādo fato tamen euenit, vt aliqui
24 aduocati omnino hebetes ſint pro poſtulādis ſuis cauſis, nec etiā in eis libellos valet quantūuis faciles ordinare alij vero ita in ſuis negocis ſicut in alienis ſegerūt æqualiter poſtulant, & eadē cura, & diligētia vt in cæteris obtinere ſolēt de hoc vltimo numero nos fuimus diuinæ anuente gratia.

De patrocinij gratis præſtito
25 quod expēſæ debeatur reſoluit Matienç. in d. l. 7. tit. 11. glo. 3. n. 31. referens Bart. per illū text. in l. quod ſi domus. ff. locati tametſi diſtinguere velit Zenedo d. collectan. 28. n. 11. de medietate vel 3. parte tu vero reſolue integre eſſe ſoluēdū quāuis gratis ſit adhibitū, nec propter hoc meliorem eſſe conditionē partis victæ quæ ve iniuſte litigās ſiue in cauſā criminali, vel executiua expēſarū condēnationi cauſā præſtat quia eſſet abſurdū hoc dubitare.

Aduocati ſalariū nō ſolū præ
26 ſtatur pro labore ſed pro probitate ſcientiæ, & intellectus, & ideo præſtatur, & ſit labor non ſit Barto. in l. 1. §. diuus n. 5. ff. de varijs, & extraordinarijs cognitionibus nā officiū aduocationis aſſeſſoris legati, & Doctoris reſ
27 picit ne dū laborē, ſed probitatē ſcientiā: & intellectum ſequuntur Doctores in l. diē functo. ff. de officio aſſeſ. vbi præcipue Curiens iunior num. 54. Ripa de priuilegis contra cauſam peſtis n. 117. vbi vult quod potius appelatur honorariū quā ſalarium

 ita

ita Cephalus conſ. 70. num. 7.
conſ. 71. num. 2. *Petrus Surdus*
conſ. 42. lib. 1. num. 2. licet con-
trariam partem nitatur defende-
re Surdus ſed eſt in diuerſu caſu.
Quod vero ad noſtrum ati-
28 net intentum concludendum eſt
quod obligatio ſalarij, quæ com
muniter fit. Porque me ayude en
todos mis pleytos, ſeñalo en ca-
da vn año tantas mil marauedis,
& apud nos peſos de ſalario. Re-
quirit, & habet in ſe tacitam
conditionem operarum tamen,
quia reſpicit executionem con-
29 tractus non ſuſpendit actum,
quo fit habere executionem pa-
ratam, vt ex Decio in l. diem
functo num. 13. & Nata conſi-
lio 452. reſoluit Surdus dicto
conſ. 42. num. 8. lib. 1. & hoc iure
vtimur, & debetur licet lites nõ
fuerint, quia pro aduocato non
ſtetit præſtare patrocinium ta-
men ſi partes egre hoc ferant ma
xime in hoc Peruano Regno,
*vbi communiter* fiunt ſalarij
obligationes pro vno ſolo anno
& ſæpiſsime accidit vt medietas
tantum ſoluatur, & prima Solu-
tio medi ætatis ſecunda vero, vt
implurimum in certa redditur
niſi quando adſunt plures defen
dendæ, vel intentandæ lites, cum
vero nullæ fuerint conſulo, vt ſi
fieri poteſt concordia modere-
tur ſalarium, quod ſæpe exper-
tus ſum, & ſecurius in anime iu-
dicio Iudico quamuis iniuris ri-
gore procedant, quæ ſupra nu.
28. diximus, vt ſi liceт integrum
30 debeatur ſecus vero eſt, quando
el concierto ſe haze, porque le
ayude en vn pleyto, que ſi en
en el no ſe haze coſa alguna por
el Abogado, ò Procurador, ò
bien porque no ſe ſigue, ò las
partes ſe conuienen, tunc cre-
derem, que no ſe puede pedir
lo que ſe concertò, y conuino:
porque non ſolum honorarium
eſt, ſed mercedis pro operis ſo-
lutione, ſi autem operæ non ſint
certum eſt non deberi ex his
quæ adnotat Surdus dicto nu-
mero octauo, & ſeptimo, ra-
tio differentiæ eſt: porque quan
do a el Letrado ſe le aſalaria por
año, ò por años, aunque no
aya pleytos, queda prendado
a no ſer por otro contra el que
le aſalarió; y no ſerà aſsi por el
pleyto particular, pues fuera del
puede ſer Letrado contra quien
le ſalariò en todos los demas
*pleytos, fuera de aquel en que*
quedò prendado. Lo que nõ
es en ſiendo de por año, en cuyo
caſo ſe deue todo, aũque no aya
pleytos.
Quãdo aduocatus habuit duos
cliẽtulos, à quibus eſt ſalariatus
31 pro anno, qui ad inuicẽ litigant
debet adiuuare antiquiorẽ Ripa
in l. priuilegia n. 56. de priuile-
gijs creditorum ex Paulo Ca-
ſtrenſi in l Antiochenſium eodẽ
tit. quãuis hoc rennuat ſine iuſta
ratione

rationc Acebedo in l. tertia eodem titulo, vnum tamen eſt poſſe hoc abſque præuaricatione, nec dolo eius fieri: quia ſolummodo committitur, ayudando, y aconſejando a ambas a dos las partes contrarias, en vn miſmo negocio, ex l. 17. hoc titulo nec decidit lex, quid faciendum eſt, ſi duos ſalariatos pro anno habet clientulos; tunc equidem ſtandum eſt autoritati doctrinæ Ripæ, & Pauli Caſtienſis vbi ſupra.

Quod vero attinet ad ſolutionem ſalarij, eius partis, aduerſus
32 quam litigat propterea quod ſit ea, cui fauet antiquior, crederem ſic eſſe rem componendam, vt expenſis ſuis alterum aduocatũ æque idoneum præſtet, vel quantitatem ſalarij, quam pars expendit ex ſuis bonis ſatisfaciat aduocatus vel tanto minus quantum alteri aduocato præſtatur, à parte accipiat in ſolutum, hoc eſt: que lo deſcuente a la parte a quien no ayudò, y le fue fuerça buſcar otro Abogado, y deſcontado eſto podria pedir lo demas y ſino ay eſta concordia, difficile eſſet in iudicando obtinere ſalarij integram, vel medium ſolutionem, nec eam iudices præcipiunt ſoluere: quando por teſtimonio conſta auer ſido contrario de aquella parte, a quien el ſalario ſe pide.

Qui ex officij ratione tene-
33 tur aduocare nõ poteſt compelli, nec tenetur patrocinium præſtare aduerſus ſe ipſum, nec aduerſus enumeratos in l. penultima. ff. de poſtulando cuius verba ſunt notabilia: hi qui fiſci cauſas agunt ſuam, vel filiorum, vel parentum ſuorum, vel pupillorum quorum tutelas gerunt cauſam aduerſus fiſcum agere non prohibetur, quod de fiſci aduocato explicat D. Franciſcus de Alfaro de iu. fiſci, & officio fiſcalis glo. 17. n. 40. cui adde idem obſeruandum in aduocato, priuato cum eadem cauſa, imo maior, quam in fiſci aduocato ſubſit.

Contra ſe ipſum dixi non te-
34 neri patrocinari; imo poſtquam cauſa ſua, & ſui ipſius eius, qui aduocatus fuit obuenit non dubito, quin in ſui defenſionẽ, ſiue in ciuilibus, ſiue criminalibus poſſe aduocare, non quod ſit illud, quod in ſui fauorem dicit aduerſus illud, quod antea pro aduerſa parte dixerit, abſq; præuaricatione: quia lex 17. hoc tit. & ei ſimiles imponit pœnam, al q̃ ayuda, y aconſeja a ambas las partes cõtrarias en vn miſmo negocio, nec l. prohibet, nec ſe extendit pœna eius, nec procedit, ſi el que fue Abogado, y agora es dueño de la coſa ſobre que ſe litigo, eo patrocinante, ſi por herencia, ò por otra via, ſi podra ayudar por ſi contra aquello, què antes dixo en fauor de

de la parte de ſu clientulo, yo creo ſin duda, que no ſe prohibe. Pluribus rationibus: nam ordinata charitas à ſe ipſo incipit l. præſes. C. de ſeruitutibus, & aqua: & quia eſt lex prædicta pœnalis, nec extendēda vltra caſum de quo loquitur: que es entre partes, y litigantes eſtraños, mas no reſpeto del que fue Abogado que aſsi ſe defiende, ò pide contra aquel, a quien antes en la miſma cauſa ayudò, aunque ſe encuentre en las alegaciones, y las haga contrarias.

Rurſus etiam ex ratione textus, qui ſatis elegans eſt in l. finali. ff. de poſtulando dum inquit: *A principe noſtro reſcriptum eſt, non prohiberi tutorem adeſſe pupilo in negotio, in quo aduocatus contra patrem eius fuiſſet.* Sed & illud permiſſum ab eo eſt agere tutorem populi cauſam aduerſus fiſcum, in qua aduerſus patrem pupili antea aduocatus fiſci fuiſſet. Si igitur in hac eleganti lege, ſin miedo de preuaricacion, (vt in rationali cuius adnotat Antonius Fauer) ſe puede hazer judicialmente contraria alegació, en vn miſmo pleyto, contra el fiſco, de quien fue vno Abogado, por fauor del menor pupilo, mucho mas en pleytos de particulares por ſi miſmo alegar, y defender en el miſmo pleyto cótra lo q̃ antes auia dicho y firmado, ſobreuiniendo la neceſsidad de la defenſa, ò accion de ſu miſma cauſa.

35

Rurſus etiam eſt quaſi expreſſa pro hac reſolutione lex inter officium. 59. ff. de rei uendicatione inter officiũ aduocationis, & rei ſuæ defenſionem (inquit Cōſultus) multum interſt, nec propterea, quis, ſi poſtea cognouerit rem ad ſe pertinere, quod alij eã vendicanti tunc ignorans ſuam eſſe aſsiſtebat dominium ſuum admiſsit, quod vt itaq; hæc lex đ dominio extende ad quamcũq; litem, ſi noua ſuperſit cauſa rei ſuæ propiæ, vel actionis, vel quãtitatis, vel defendendæ: quod iterum confirmo: nã in defenſa nō debet eſſe cauſa aduocati, ei ſuper veniens iuſq; & iuſtitia ad eũ impediendũ, vt perſe ipſum, vel per alium exoret, & poſtulet contra in quod in fauorem extranei antea ſubſcripſerit, vel poſtulauerit: inconueniés itaq; maximũ ſub eſſet, ſi hoc impedimentum circa ius, & iuſtitiam propiam, eius, qui aduocauit obeſſet, quo minus ſuam cauſam agere, vel defendere prohibetur, hoc dicto præ textu, & artēde ad prædicta: quia non ita alibi, vt credo inuenies: quia notabilia ſunt.

Extende, vt procedát in cauſa vxoris propiæ: quia eadé perſona, cũ viro reputatur, quoad omnia, ex cōmuni diuini, & poſsitiui iuris reſolutione, idé de filijs; & filiabus ſub poteſtate, licet in his duobus caſibꝰ cōſultius eſſet alium

alium aduocatũ quærere, propter euitandum ſcãdalũ, & allegationũ ex eadem perſonæ contrarietate, quod etiam in negocio propio cõſulerẽ tametſi ex l. penultima, & finali. ff. de poſtulãdo quam allegauimus, & ex maioritate rationis à dictis legibus expræſis, earum autoritate, & fundamentis adductis nulla prohibitio eſt, & quod valeat argumentũ à dicta maioritate adducit ab Euerardo loco à maioritate, nec etiam aduocatus eſt cõpellendus præſtare patrocinium contra cõſanguineum, vt ex Hieronymo
36 Portales adducit Zenedo collectanea 28. n. 22. Nec contra amicũ, vt ibi ipſe refert, quod quidẽ vltimo hoc caſu practicatum nõ vidi inmo contrarium, & ſic eſt
37 relinquẽdum arbitrio iudicis ex ratione text. in l. 1. ff. de iu. deliber. nam tanta, & tam obligatoria amicitia poteſt eſſe, vt iuſte excuſatum iudicari debeat, ſi autem propter potentiam aduerſarij vel alia cauſa fraudulenter fiat, admittendum nõ eſt, idem quoad excuſationem extenderẽ affinitate, intra primũ, & ſecundum gradũ, ſuperueniente, quo caſu aduocatum excuſarem, non ſolũ in lite inchoãda, ſed etiã quoad iam ceptam, argumento text. in l. non diſtinguimus. §. ſacerdotio. ff. de receptis arbitris, cuius inductione licet loquatur quoad fauorẽ religionis ſatis fit, & reſpondetur generalitati tex. in l. 22. hoc tit. quæ etiã comprobat id quod diximꝰ ibi: O tuuiere otro legitimo impedimẽto. Nos vero præfatũ legitimũ iudicandũ exiſtimamus, quod eſt notandum: quia quotidianum & a nemine, quẽ viderim animaduerſum. Ad prædicta licet aliqua, quoad præuaricationẽ adduxerit non aduertit Doctor Nuñez de Auẽd. de exequendis mandatis lib. 1. c. 2. n. 24. nec ad caſum ſequentem qui quotidianus eſt.

38 Sæpe euenit vt conſilia, quæ vulgo decimus pareceres firmados, petũtur à partibus, & ea ſubſcripta ab aduocatis præſtantur, quo quidem caſu licet aduocato qui tale conſiliũ, & opinionem mutare, & patrocinium præſtare aduerſæ parti, reſoluit Burgos de Paz in l. 1. Tauri. n. 641. vbi inquit, quod licet hoc fieri poſſet ab eo tanquam ab igne cauendũ & ſibi eueniſſe in ardua cauſa, & iuſu dominorum Chancellariæ fuiſſe cõpulſum aduocare cõtra præcedens conſilium ab eo ſubſcriptum, & præſtitũ mihi etiam cõtigit, & cũ præciperetur mihi vt aduocarem reſpondi præſtitiſſe. Parecer firmado por la otra parte, y la q̃ pedia le ayudaſſe, boluio a dar peticion, que ſe me mandaſſe ſin embargo, y ſe declarò no auer lugar. Et ſic cauendum ab iſtis conſilijs ſubſcriptis, nam ſolent partes per vnam

ſubſcrip-

ſuſcriptionem malitioſe quæ-
rere impedimenta prædicta. Si
vero præſumptio ſit dictæ mali-
tiæ iuſte quidem debent iudi-
ces remedium adhibere, & præ-
cipere, & compelere, ad aduoca-
tionem non obſtante conſilio,
vel eius ſubſcriptione aduerſæ
parti præſtitæ, nec abſque præ-
cepto iudicis conſulo, vt fiat,
39 nec præuaricatio comititur, ſi
vnam ex partibus adiuuauerit in
cauſa poſſeſſoria, & alteram in
iudicio propietatis, poſtea cep-
tam eiuſdem rei cum diuerſæ
cauſæ ſint, vt colliges ex addu-
ctis à Ripa in l. naturaliter. §. ni-
hil commune. ff de acque poſſet
hoc eſt praxi receptum, de eo
qui ſecreta ſuæ cauſæ malitioſæ
aduocato oſtenderit q; rennue
40 rit iuſtum præſtare ſalariũ quod
tunc pro altera parte poſsit aduo
catus patrocinari reſoluit alios
citans Gutierrez lib. 1. pract. q.
30. quod limitat dummodo ſit
ante libellos ſubſcriptos, & præ-
ſentatos, vide per eum, idemq;
erit ſi non renuerit præſtare ſala
rium: ſino que auiendole dado
noticia do ſu pleyto, y lleuadole
las eſcripturas del a vn Abogado
le quiſieſſe prendar, declarando
le los ſecretos de ſu pleyto, y deſ
pues le dexaſſe, y fueſſe a otro
Abogado, que es muy contingẽ-
te, podra ſin embargo ayudar a
la otra parte, como no aya pre-
ſentado el que aſsi quiſo pren-
darle peticion firmada del Abo-
gado, que entonces, aunque aya
paga, ò no no puede Abogar en
contra, vt adnotat Acebedo in
l. 17. n. 5. hoc tit. poſt Auendanũ.
cap. 2. n. 25.

Et an lite cepta ſi pars ſalariũ
debitum non ſoluat poſsit aduo
41 catus ſalariatus dimitere litem,
& aduocationem denegare ſuũ-
que patrocinium non præſtare
tetigit Cenedo dicta colectanea
28 ad decretum num. 19. & non
ſolum quærit an poſsit aduoca-
tionem dimtere, ſed an poſsit
adhærere parti aduerſæ, quod
abſurdum eſt, quærere cum præ-
uaricatio notoria eſſet ad propo
ſitum principale huius numeri,
& dictæ quæſtionis an poſsit re-
linquere litem cum ei debita ex-
penſa, & ſalarium non ſoluitur
reſoluendum eſt negatiue per le
gem 22. hoc tit. 16. dum inquit.
Otro ſi mandamos, que los Abo
gados, deſpues que començaren
a ayudar en las cauſas, y las toma
ren a ſu cargo, no ſean oſados a
las dexar haſta ſer fenecidas, ſal-
uo en caſo que la cauſa fuere in-
juſta, conforme a la ley ſegunda
deſte titulo. Nec diſtinguit lex
an hoc præciſſe ſit faciendum
quando ſalarium non ſoluitur
verius itaq; eſt teneri itam ratio-
ne publicæ vtilitatis, quæ in liti-
bus finiendis conſiſtit quam offi
cio charitatis, & ſi dixeris idem
quoq; verſatur circa aduocatos
reſpondeo

reſpondeo ſuum ius ſaluum eſſe pidiendo por juſticia ſu ſalario, nec vnquam eſt admitendum, vt cauſa ſemel cepta, non iniuſtè derelinquatur, præ textu honorarij non ſoluti, verumtamen eſt plura iuriſcõmunis fundamenta aduci poſſe, contra non ſoluentes, ſi licet adæquatio cõtractus conductionis, & innominati do, vt facias, quia hæc ſubtilitatem potius quam genui, nam veritatem continent, lex enim in diſtinctè, & generaliter loquitur ſic eſt intelligenda circa vulgatiſsima iuris principia, & enim ſi illud voluiſſet cum de ſalario egerit hoc expreſsiſſet l. vnica. §. ſin autem ad deficientis. C. de caducis tolendis cum aductis à Menochio.

42 Conſulo tamen partibus, vt lites ſuas quãtum fieri poſsit, de bonis ſeu meliotibus aduocatis confidant, nec parea, ſed liberali manu eis ſoluãt hoc enim vtile eſt, ipſis met partibus animoſque aduocatorum excitat nec deſidie, vel obliuioni locus eſſe ſolet in his litibus, quarum laboris ſatisfactio condigna liberalis, & cõgrua fuerit circa regionis mores. Dixi iuſta regionis, & ciuitatis morem, quia ad hanc ſoluendi conſuetudinem, & vſum eſt reducenda iuſta honorarij, ſatisfactio vt ceſſent ſcrupuli, & taxa legum noſtrarum iam ad hoc eſt reducta, itaque circa hoc propie vnó verbo loquendo aplicare tu piè aduocate poteris nequid, nimis neceſſarium, ſatis quod ſemper cura in Regnis Hiſ-

43 paniarum Chãcellarijs, & Curia Madritenſi alijſq; ciuitatibus ſeruanda eſt conſuetudo ; & mos circa ſolutionem ſalarij aduocatorum, itaque vt prædixi iam hodie taxa, certa conſtitui non poteſt ſed boni viri, & pij aduocati arbitrio iudicandum circa ſalarium, & eſtrenas, vt animaduertit Manuel Rodriguez in ſumma 1. p. verbo Abogados leges hæc prohibentes ſciẽte, & conſenciente Domino Rege, & eius conſilijs, & Conſiliarijs ſunt cõtraria conſuetudine non receptè, & ita procedẽt, quæ diximus ſupra cap. nu. & ad hæc reduces, quæ reſoluit Acebedo in l. 21. hoc tit. n. 4. & ſequentibus ſcilicet ad morẽ, & cõſuetudinẽ ſolutionũ, & quantitatis cari, & qualitatis cauſæ ſuper qua lis, vel eſt, vel fuit boni nãq viri arbitrio relinquendum eſt.

44 Dequo talis aduocato, vel procuratore pactum fieri prohibetur, ex l. 33. hoc titulo, que eſta en el quadernillo, ex qua ceſſat opinio Guidonis Papæ decisſio. 102. nu. 6. vbi tenet, quod poteſt aduocatus facere pactum

45 de pro ſequenda lite ſuis expenſis, & ſumptibus per l. ſumptus ff de pactis quã allegat d. decisſio nã ſi hoc fit eo præ textu vt litis

Dd quotam

quotá quamlibet habeat in probatur tale pactum per legem noſtram.33.ibi. Y mandamos, que ningun Abogado, ni Procurador ſe concierten, ni hagá pacto ni cõueniencia alguna, por via directa, ni indirecta, para lleuar parte alguna del eſtipendio, ò intereſſe, q̃ los tales Abogados lleuaren, ò vuieren de lleuar por los pleytos, ò cauſas en q̃ lo fueren, ò vuieren de ſer.

46 Si autem cõmoditatis cauſa pactum ſine litis quota fiat de ſumptibus ab aduocato exhibendis pro lite proſequenda non improbatur à lege noſtra valebit, & ſi clientulus pro ipſa lite proſequenda vſq; ad finem aliquid dederit, aut promiſſerit aduocato valet talis promiſsio, ex *l. vnica. C. de ſufragio* dũmodo non ſit ex ea parte quam ex lite ſperat habere poſt cauſæ victoriam, quia *in* probatur, vt dixi, & ſic venit declaranda deciſsio prædicta, quæ tenet illud, quod promiſſum fuit ex *prædicta* cauſa poſſe ab aduocato peti ſiue cauſa finem accipiat per ſententiam, vel per amicabilem cõcordiam, quod quidem dictum eſt, reducendum, & limitãdum quo ad hanc vltimam partem de ſolutione debita facta concordia ad legem.9. hoc noſtro titulo poſtquam aſignatum fuit ſalarium pro lite tantum ſecus vero ſi de vnoquoque anno conſtituatur, quia ſiue fiat concordia, ſiue nõ integre eſt ſoluendum ratione temporis, & non cauſæ ſic declarabis dictam legem nonam, & ea quæ in eius commento adducit Acebedo.

47 Dicta lex 33. non habet locũ niſi in aduocato, & procuratore ſecus in ſolicitatore cauſæ, qui de quota poteſt paſcici eius rei cuius litigium ſit cum hoc lege non prohibeatur, nec debet extẽdi niſi ad caſus expreſſos in ea.

84 Diximus de quotalitis non poſſe paſcici ratio rationis eſt, quia tale pactum eſt contra legem, & bonos mores propter nimiam afectionẽ quam tunc procuratores haberent, & aduocati 49 ad cauſam cupientes per fas, & nefas obtinere, ita Aflict. in cõſt. regni. §. aduocatos, *nu.6. & 7.* & in 8. notabili num.14. Guido Papæ deciſ.190. Paris pe ſindicatus §. aduocati num.17. col.2. *in fine* Becius conſ.49. n.1. Caualc.2. p. dec.49. n.43. plures alios referẽs. Et pactũ de quota*litis propie* eſt quãdo de re litigioſa aliquid eſt detrahendũ vt notatur per DD. in *l. ſumptus. ff. de pactis* Speculator de aduocato, & ſalario aduocatorũ n.1. ver. illud Maſc. deci. 479.2. p. quibus in locis habetur de pœna iſtorũ quæ quidẽ vrget & ſolũ locũ habet in iudice aduocato, & p̃curatore, & quãdo fouet cauſam iuſtã, ſiue aduocatꝰ, ſiue procurator poſſe tolerari pactum

pactũ de quotalitis in foro conſcientiæ tenet Franciſcus Becius dicto conſ.49. num.4. & dicunt procedere quando pactum tale eſt factum ante litem motam ſecus ſi lite mota, & iudicio inchoato per Gloſſam in l. quis quis.§.præterea.C.de poſtulando afflictus deceſione 223.Arias Pinelus in l. 2. 2. p. C. de bonis maternis cap. 2. nũ. 33. reſoluit Caualcanus dicta deciſsione 41. num. 44. de quibus extante noſtra lege.33. iam citata magnopere dubito,& cogitandum eſt. Et eius præciſſa prohibitione, nec propter hoc ſi aliquis voluerit ſuam conſcientiam in formam prædictam doctrinam ſequendo reprobandus eſt, quod quidem nunquam conſulo vt fiat. Secusvero erit ſi extra rem litigioſam conueniret de honorario, & Victoria, quia tunc talis conuentio valeret, vt dixi tradit Bartolus in l. ſalarium per illum tex.ff.mandati Iaſſo in §. triplici de actionibus Guido Papæ dicta deciſsione 190.ſi vero aduocatus non conuenit de ſalario,& pro-

50 curator etiam poterit officio iudicis illud prætere quod venit taxãdum ex ratione textus in l.10. & ſequenti hoc titulo, & tradũt Doctores præcitati.

51 Deniq; aduocati officium eſt primo fundare intentionem ſui clientuli poſtea deflectere cõtraria ita dicit bonũ aduocatum debere facere Ioan.de Anaia conſ. 19.n.11.quem refert, & ſequitur Cardinalis Tuſch. concluſ. 232. ſub littera A. n.4.vbi etiam n. 3.

52 conſulit vt conſcientiam rectã; & puram, & piam habeat aduocatus,nec ſcrupuloſam nimis,eſt enim damnoſum nimia ſcrupuloſitate; & dubia anxietate cauſas intẽdere,vel defendere peior que eſt cõfuſsio in electione poſtulandi, ſed probe, & recte qua poterit diligentia in cauſis iuſtis vel moraliter dubijs poſtulare ſæpe enim iudices,quod aduocati pro cõperto, & facili negotio

53 habent difficile inueniunt, & è contra vbi timetur dubius euentus proſpere eueniũt illud tamẽ admoneo,vt nec deſperatas cauſas,nec vllas malis per iuriorum ſeu falſitatis cuiuslibet interpoſitione exorent, & vltra ea quæ nos aduximus aduertant proſe: eaq; refert Parladorus lib.1.rerũ

54 quotidianarum cap.2.Et præcepteris optime , & per docte in his quæ hic dificiunt eſt recurrendũ ad Burg.de Paz in procmio legũ Tauri ex n. 213. & ſequentibus

55 vbi docte, & bone loquitur aduocat⁹ quãdo teneatur, vt teſtis ab aduerſa parte præſentatus declarare vltra tradita,per Maſcar.cõcluſ.66. videndus eſt Vincẽc. de Franq.dec.222. cũ quo eſt diſtinguendũ quod ſi interrogetur in eo quod ſcitur teſtis tenetur reſpõdere,& d̃clarare quod ſciuerit

ſi vero in his quæ ei conſtat, & ſcit occaſione conſilij ab eo peti ti non tenetur declarare.

Libellum obſcurum, vel ma-
56 le conceptum poteſt iudex non recipere, & ſi aduocatus excandeſcat, & iniurioſa verba dicat, vel exceſsiua poterit à iudice reijci, & ſuſpendi à munere aduocationis, pro tẽpore, eo quo ſibi congruere videatur gloſſa in lex ea.ff.de poſtulando, & in l. 1. ff. de officio aſſeſſorum vbi Ioannes Orozcius, & nouiſsime Villadiego.2.p.ſuæ Politicæ fol.7. num.2.

Caueat aduocatus quantum
57 ei poſsibile ſit, ne partem cõtra quam patrocinium præſtat alloquatur ſuper lite: quia duo oriũtur pericula, vnum in propalatione ſecreti eiuſdem litis, alterum æmulationis ſuè doloris, & ſuſpitionis, quæ omnia concipere ſolent litigantes ſi vident ſuos aduocatos aduerſas partes alloqui, & communicare, & ideo quantum potui ab hoc abſtinui ſemper.



# CAPVT XI.

## *SVMMA RERVM.*

## Ad l.41.tit.4. lib.3. Recopilationis.

### PRIMA PARS.

1 *LEX Noſtra celebris eſt, vniuerſaliterque in Regnis Caſtellæ, & Legionis ſeruanda.*

2 *Vt inſtrumenta, & contractus habeant executionem paratam debent eſſe publica.*

3 *Nec extenditur dicta qualitas ad exẽplum inſtrumenti remiſsiue.*

4 *Signum tabellionis neceſſarium, vt ſit locus executioni inſtrumenti.*

5 *Etiam ſi non fuerit confectum protocolum ſcripturæ publicæ, dummodo interueniant aliæ diuitæ qualitates habet executionem paratam.*

6 *Lex 114.tit.18.p. 3. in finalibus verbis adducitur.*

7 *Factum refertur.*

8 *Intellectus, & reſponſio ad textum in l.13. tit. 25. lib. 5.* Recopilationis *late adducitur.*

9 *Siue in ſcriptis, vel non inſcriptis à partibus contrahatur; probat ſcripturæ publica, etiam ſi de ea non ſit factum regiſtrum.*

10 *Tabellio in prædicto caſu, quo non confecit regiſtrum eſt puniendus ex ſententia Gregori Lopez.*

11 *Quod non obtinet, & tabellio excuſabitur, ſi à partibus rogetur, vt non faciat ſcripturam in regiſtro apponi.*

12 *Quandoque expediens eſt, vt de ſcriptura publica non conficiatur regiſtrum.*

13 *Conſilium autoris pro tabellionibus.*

14 *Si ad ſit conſuetudo ciuitatis, vt fiant aliquæ ſcripturæ ſine protocolo tabellio, qui ita fecerit excuſatur à pœna.*

*Conar-*

15 *Couarrubias, & Gregorius Lopez in actu practico habent magnã autoritatẽ.*

16 *Scriptura, cui de conſuetudine publica autoritas fuerit atributa, habebit executionem paratam.*

17 *Tradduntur exempla, & explicantur notabiliter ſupra dicta.*

18 *Explicatur l.2.tit.21.lib.4.Recopil.*

19 *De iure cõmuni inſtrumenta non habẽt parantam executionem.*

20 *Omnis ſcripturæ, publica dicitur, cui de iure, vel conſuetudine creditur.*

21 *In teſtamentis inſpicitur ius, quod viget vbi ſit teſtamentum.*

22 *Talis conſuetudo eſt allegãda, & probanda, ſi notoria non ſit.*

23 *Seruanda eſt conſuetudo ciuitatum, vbi inſtrumenta priuata habita ob contumatiam pro recognitis mandantur executioni.*

24 *Licet de iure contrarium verius ſit, tamen ſeruanda cõſuetudo, ſi extat de hoc.*

25 *Inſtrumenta conditionalia non habent executionem paratam.*

26 *Extenditur etiam ad tacitam conditionem, veluti dotis ſi matrimonium noc ſequatur.*

27 *Declaratur procedere in conditione ſuſpenſiua, non autem in reſolutiua, quæ autem ſit explicatur.*

28 *Si inſtrumento promittitur certa quãtitas ea conditione, quod ſi facto calculo de minori quantitate apareat, illa tantum debeatur, an exequi poßit, ante factum calculum reſoluitur affirmatiue.*

29 *In contractibus ne dum quælibet clauſula, ſed etiam quod libet minimum verbum non debet eſſe ſine virtute aliquid operandi.*

30 *Argumentum à contrario ſenſu valet in ſtatutis, & contractibus, & vltimis voluntatibus.*

31 *Exemplum conſtituitur vtile in praxi.*

32 *Defenditur deciſio Genuenſis, vt executioni locus ſit, quando ſolum apponitur in contractu conditio reſolutiua.*

33 *Et an dicto caſu ſit præſtanda alia fidei iußio, vltra fidei vißionem legis Toleti, para mandar hazer el remate por la cantidad porque ſe obigò el deudor, con que fueſſe menos lo que pareeieſſe por la quenta.*

34 *Pro non liquidis eſt præſtanda fidei iuſſio, ex ratione textus in l. ſtatutib. qui rationem ff. de ſtatu liberis.*

35 *Reſolutio præcedentis numeri. 33. non debere fidei iußionem præſtari in dicto caſu.*

36 *Facto compromiſſo ſuper iure competit per ſcripturam publicam non tolitur ius exequendi eam, ex opinione Flaminij.*

37 *Sed contrarium apud nos tenendum eſt, per l.4.tit.21.lib.4.Recopil.*

38 *Sententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam, tollitur executio, ſi ſuper contentis in ea ſcienter fuerit compromiſſum à partibus.*

39 *Idem obſeruandum in rationibus, & in confenßione, & in cæteris, quæ habent paratam executionem, quæ ſuſpenduntur compromiſſo facto.*

40 *Facta reformatione re præſaliarum, & conceſſo decreto, quod omnes reuideãtur interim quod reuidetur ſit pro eis executio.*

41 *Quod extenditur, a los encabeçamientos, reparticiones de rauas y ſiſas.*

42 *Obligatio quam, quis facit de ſoluendis antum, vel alia qualibet quantitate, ſi appareat, ea non ſoluta, interim quod non apparet executioni mandabitur.*

43 *Idem eſt generaliter obſeruandum in qualibet conditioneq; poſt obligationem contractam verificanda eſt: quia non eſt ſuſpenſiua, ſed reſolutiua poſt liquidationem, vel probationem.*

44 *Confeßio dicentis debeo decem, plus minus ve; executioni mandatur, in eo, quod eſt certum, hoc eſt in decem.*

45 *Cõtractus emptionis, & venditionis, ſub conditione reſolutiua factus, eſt ſtatim ad implendus.*

46 *Exẽplum eſt in venditione facta pro cẽtum, & quanti plurimi poſtea repertum fuerit; nam donec inueniatur ad reſpectũ centum eſt ad implendum.*

47 Idem

47 *Idē obſeruandū de ſentētia lata ſub cō ditione reſolutiua, & exēplū adducitur ſi dicat iudex; cōdeno a Pedro en ciēto menos lo que pareciere auer pagado.*

48 *Cōfeſſio quæ ſit clara, vel executionem paratā habeat, vel non iudicis arbitrio vel relinquititur.*

49 *Notabilis Oldraldi doctrina ad diſtinguendū, quæ ſit cōfeſſio clara, vel obſcura, quæ diuidi poſſit, vel non.*

50 *Exempla quotidiana de hoc adducūtur*

51 *Reuocari poteſt confeſſio, quantumuis clara, & iudicialis, quouſq; à parte præſente aceptetur.*

52 *Reuocatio confeſſionis ſi ſtatim fiat, nō eſt neceſſarium docere errorem, & illum probare, ſicus ſi ex interualo.*

53 *Teſtis, In continenti, reuocare poteſt dictum ſuum.*

54 *Vera reſolutio, & tenenda eſt; confeſſio nem iudicialem quo vſque ab aduerſa parte aceptetur reuocari poſſe, etſi habeat paratam executionem, vt n. 56.*

55 *Idem eſt tenendum de confeſſione extra iudiciali in criminalibus. quæ ſi reuocatur: non facit indicium ad torturam.*

56 *Confeſſio iudicialis iurata, non reuocatur. niſi probato errore intra decem dies oppoſitionis.*

57 *Praxi executionis, quando inſtrumentum, vel ſententia non continent quantitatem liquidam remiſſiue.*

58 *Quid autem ſit ſeruandum quando ſententia, vel inſtrumentum continent factū non vero intereſſe tradditur notabiliter*

59 *Quando en el inſtrumento, ò ſentencia, ſe comprehende el interes no liquido, ò eſtimacion, ò valor de la coſa, por defeto de no entregarla, ſe puede liquidar, y pedir en los diez dias, y traeſe la pratica de eſta relacion.*

60 *Si en el inſtrumento, ò ſentencia no ſe cōprehende el interes, ſino que el Iuez dixeſſe: Cōdeno que haga, ò le entregue tal coſa, ò ſi en el inſtrumento ſe obligaſſe alguno, ò dar, ò hazer, ò entregar, faltādo en eſto deue ſer conuenido por via ordinaria, y no a lugar la executiua.*

61 *Inſtrumenta dotis, matrimonio ſoluto, & motui, habēt executionē paratā, quā uis non ad ſit obligatio reſtituendi expreſſa.*

62 *Iudices, vt debent taxare fructus per probationes, ita etiā debent pronuntiare ſuper valore rei ab defectū facti, vel traditionis.*

63 *Sententia manifeſte iniuſta non habet paratā executionē.*

64 *De quo nō eſt diſputandū in ſententijs dominorum de conſilio, vel Chancellariæ*

65 *Quæ requirantur, vt executioni rationū loc⁹ ſit, vbi ſcriptura publica nō proceſſit declarat. l. ſi tit. 21. lib. 4. Recop.*

66 *Siquis per inſtrumentū publicū tutelæ, vel ſocietatis, vel adminiſtrationis ſe obligauit rationes reddere, vel per ſententiā ſit cōdenatus, quid ſit obſeruandum.*

67 *Traditur ſufficere, quòd tertius in diſcordia ſe cōformet cū vno ex calculatoribus partiū, & poſtea ſit cōfirmatio iudicis, vt executio locū habere poſſit data fideiuſſione, & facta obligatione de qua in d. l. fin in caſu numeri præcedētis*

68 *Siquis per inſtrumentū publicū ſe obligat reddere rationē vt faciunt tutores, vel ſi ſe obliget adminiſtrator, ſoci⁹, vel mādatarius, executiue contra eſt agēdū*

69 *Obligatio reddendarū rationū duo cōtinet cōputum videlicet, dare, & reliqua ſoluere.*

70 *Vtilis praxis, & ſtilus circa confirmationē rationum.*

71 *Intelectus l. fin. tit. 21. lib. 4. Recopil.*

72 *Pro capitali ſocietatis non habet locū executio ea finita, niſi de hoc pactū fuerit initum à pertibus contrahentibus.*

73 *Licet valet pactum deſtando iuramento alicuius intelligendū eſt ſi bene iurauit, nec hæc facultas tranſit ad hæredes eius nec ad alium niſi hoc exprimatur.*

74 *Si aliquid relinquitur voluntati, vel conſcientiæ alicuius, ſi iniquæ declarauit, vel proceſſit poteſt à iudice taxari, & reformari.*

75 *Quod quotidie euenit, in executoribus teſtamētarijs, & cōmiſſarijs qui ſi ſua facultate iniquæ ab vtantur à iudice moderari poſſunt ab eis geſta.*

76 Pro

76 *Pro debito ſocietatis, vnus ſocius ab alio executiue nõ poteſt petere, ſed eſt remittendum ad rationes.*

77 *Praxis præcedentis reſolutionis.*

78 *Prædicta nõ procedũt, quãdo debitũ nõ proceſſit ex ſocietate, vel ex adminiſtratione, ſed aliunde.*

79 *Mulier tutrix filiorũ poteſt aduerſus eorũ bona petere executionẽ pro dote ſua*

80 *Quando ſocietas fuit vniuerſalis, omnia debita ſunt remittẽda ad rationes inter ſocios.*

81 *Tradditur diſtinctio exceptionũ aduerſus executiones, quæ dicuntur ad intra inſtrumẽta, vel contractus, & eas quæ ſunt adextra.*

82 *Quæ ſunt ad intra impediũt executionẽ, vel iã factã ſuſpẽdunt, & irritãt probanda in decẽ diebus, ad quos reſeruatio ſit.* *tia formetur remiſſiue.*

83 *Reuocata executione, qualiter ſenten-*

84 *Quãdo creditor publice emit rẽ in ſubhaſtatione venditã, ad ſui petitionẽ reputandus eſt, vt extraneus.*

85 *In his caſibus, & quãdo emptio ab extraneo ſit, nõ debet retractari, niſi data læſione vltra dimidiũ, & tunc intra quadriennium.*

86 *Creditor ſi ſiat ei, adiudicatio pignoris in ſolutũ, præcedẽte taxatione debet reſtituere rem cũ fructibus, ſoluta ei ſorte cum intereſſe.*

45 nam ſi de præſenti fiat eſt pura ſtatimq; ad impléda ab vtruq; parte licet ſub conditione recõlui poſsit eiuſq; contractus, & inſtrumentum interim exequendum eſt ex l. hæc venditio. §. finali. ff. de cõtrah. empt. traddit de cui9

46 in l. plerumq; 206. num. 2. ff. de re. iuris conſtituit exemplum in venditione facta pro centum, & quãti plurimi poſtea repertum fuerit interim dicetur vera, & realis venditio, & ad implere eã contrahentes debent, quia certum habet precium, licet illud alterari in futurum poſsit.

47 Idem conſtituendum eſt de ſententia, quæ ſi lata fuerit, ſub conditione reſolutiua vtrum, ſi dicat iudex, condeno a Pedro en ciento, con que ſe entienda, menos, ò mas, lo que pareciere auer entregado, y pagado al acreedor, ò a otro por el, ò que ſe le deſcuente, vt quotidie fit iſta ſententia non erit conditionalis, ſed reſoluenda ſub conditione, & quod atinet ad quantitatem expreſſam, & contentam in ea eſt executioni abſq; dilatione mandanda, vt ex l. 2. ff. de indiẽ addictione, Bald. in rubri. C. de poſsiti. in 6. quæſtione aducit alios referens, Muñoz de Eſcobar loquens de inſtrumenti executione talem *clauſulam continentis* de rationijs cap. trigeſimo tertio numero 18. poſt Decium in dicta l. plerumque 206. de regul. iuris numero quarto quæ omnia vt quotidiana, & vtilia ſunt menti tenenda ad explicationem communis reſolutionis qua autem eſt inſtrumenta, vel ſententias coditionales executioni non mandandas, quia eſt intelligendum de con-

ditione ſuſpenſiua non reſolutiua: vt iam prædiximus nimia, quidem breuitate. Parladorius proceſsit cuius dicta forſam abſolute ſumpta facient, vt erres ſi prædicta non aduertas, dum ſimpliciter, & abſolute Parladorius, & omnes tenent conditionale inſtrumentum non eſſe exequendum nec diſtingunt de qua conditione ſit intelligendum circa quod Bartulus iuris noſtri coripheus vno verbo fuit eleganter loqutus in dicta l. quibus diebus. §. quidam ticio. ff. de conditionib. & demoſtrat. n. 3.

De confeſsione quæ ſit clara, vel non vt executioni mandetur varia à varijs Doctoribus iudicibus, & aduocatis ſunt dicta tu reſolue cum id iure expreſſum nõ
48 ſint arbitrio iudicis relinqui, ſi licet in actu practico iudicare confeſsionem de qua agitur claram, vel obſcuram vt eam exequatur, vel non argumento cõmunis allegationis textus in l. 1. ff. de iure deliberandi cum ſimilibus, & cap. de cauſis de officio delegati lex enim 6. tit. 21. lib. 4. Recopilationis præcipit, que las confeſsiones claras, hechas ante el Iuez, ò por ſu mandado ante Eſcriuano, ſe executen, nec declarauit quæ ſit confeſsio clara, vel non, & ideo ex more, ex ſtilo, & arbitrio iudicantium venit declarandum exempla quidem optima conſtituit Oldraldus conſ. 291. n. 7. quando eſt eadem oratio, vel diuerſa vt ſi confitens dicat promiſsi decem, vel centum, & fecit mihi pais aduer
49 ſa pactum de non petendo ſunt duæ orationes, & enũtiationes, & ſtabitur ei quæ eſt contra con
50 fitentem, & debet probare pactum, ſed ſi confitear me promiſiſſe decem ſine eius ex aſsia venerit eſt vna oratio, nec debet ſeparari aliqua aducit Gutier. lib. 1 pract. q. 126. nec refert Oldraldi conſilium quod celebre eſt quo ad dicta exempla, ita q̃ ſi vnum idem factum cõditionale ſit, vel quod commode diuidi non poſſit confeſsio exequẽda non erit, quia non eſt clara ſi autem ſunt duo facta, como preſtome, y paguele, ò eſperome por la deuda, tunc executioné paratá habebit ſalua excep. para los diez dias, exẽplum aliud erit. Si el q̃ declara, dize, pagome diez ducados, ò cobrelos del por quenta de lo q̃ me deuia, ò pagome tal, ò tal coſa, no ay via executiua por eſta cõfeſsion, porq̃ es de vn hecho, q̃ no preſupone deuda del q̃ confieſſa, ſino cobrança de lo q̃ a el dize ſe le deuia, y no es clara. Y lo miſmo ſerà, quãdo el hecho q̃ ſe confieſſa cõtiene intricaciõ ò relacion a otras coſas, de q̃ no cõſta q̃ no ay lugar execucion. Et ita pro iunioribus aduocatis, & iudicibus congrue prædictis exemplis explicauimus.

Vnum

Vnum tamen notabiliter ad-
51 uerte quantumuis clara confeſ-
ſio, & iudicialis ſit reuocari poſ
ſe per cōfitentem quovſq; apar-
te etiam preſſente acceptetur, &
ſi reuocatio ſtatim fiat non eſt
neceſſarium vt error doceatur,
nā admititur abſq; probatione,
52 erroris, & aliter ſerem habere
gloſſa eſt in cap. apud miſſericor
dem 31. q. 1. Abbas in cap. fin. de
confeſsis ſicuti de teſte decimus,
qui incontinenti poteſt corrige
re dictum ſuum cap. præterea de
teſtibus dicereturq; teſtis incon-
tinenti reuocare poteſt ſi reuo-
53 cet antequam redigatur in ſcri-
ptis gloſſa in dicto cap. apud mi
ſericordem, traddit Franciſcus
Marcus dec. delphinali. 703. lib.
1. n. 2. & 3.

Vera itaq; reſolutio eſt con-
feſsionem iudicialem quæ para-
tam executionem habeat reuo-
54 cari poſſe quovſq; aparte aduer-
ſa acceptetur, vt colligis ex addu
ctis ab Alexandro conſ. 174. lib.
1. & à Maſcardo cōcl. 346. n. 16.
loquente de confeſsione quæ ex
libelo, & poſsitionibus in iudi-
cio deductis reſultat cuius vis,
& effectus rebocabilis eſt, quo-
vſq; per aduerſam partem acep-
tetur, nec vlla circa hoc eſt con-
ſtituenda differentia in cōfeſsio
ne iudiciali quæ paratam execu
tionē habeat cum eadē ratio ſub
55 ſit, & eſt res integra atq; ideo re-
uocari poteſt, idem eſt tenendū
de confeſsione extraiudiciali in
criminalibus quæ ſi reuocetur
non facit indicium ad torturam,
Bald. in l. vnica col. penul. C. de
confeſsis Ferrara cautela. 28. Hi-
politus quem refert, ita tenens
Didacus Perez ad Seguram in l.
filius dum in ciuitate nu. 3. ff. de
verbor. oblig.

Quod limita ſi confeſsio fue-
rit iurata ex ſententia Oldraldi
conſ. 291. heſſunt rationes n. 3. ta
metſi contrarium teneat Paulus
de Caſtro cōſ. 241. vtroſq; refert
Auiles cap. 10. prætorū n. 10. ver-
bo execucion, nec decidit quæ-
ſtionē, nec inueni hoc conſilium
Pauli de Caſtro ab Auiles citatū
verior, & praxi recepta eſt do-
ctrina Oldraldi, & cum praxis, &
cōmunis vſus iam receptum ha-
beat has confeſsiones iudiciales
cum iuramento fieri ſequitur ex
inde plene præiudicare earumq;
56 reuocationem non admiti niſi
error doceatur, qui venit probā
dus in forma opoſsitionis intra
decē dies à lege præſtitutos. Re-
ſolutio Alexā. quā adducit Maſ-
cardus d. concl. 346. n. 16. intelli
gēda erit de confeſsione quæ re
ſultat, ex libelo producto aparte
& poſitionibus in quibus non
interuenit iuramētum, & etiam
in confeſsione iudiciali ſi quæ
fiat ſine iuramento quæ reuo-
cari poteſt quovſque aparte acc
ptetur.

Secus ſi iurata ſit vt iam ſine

 diſcri-

diſcrimine quotidie apud omnes fit, & ad hæc reduces quæ aduximus ex Franciſco Marco deciſ. 703. & ſi allegetur error probari debet contra confeſsionem iudicialem iuramento emiſſam, & ſi non probetur ſemper confeſsio manet firma, & plene præiudicat, vt bene aduertit Gutierrez de iuramento confirmatorio lib. 3. cap. 8. num. 9. vbi defendit reuocationem præ textu erroris admiti abſque metu periurij, & lib. 1. cap. 54. num. 20. & plene diſputat an requiratur aceptatio in cõfeſsione facta parte præſente.

57 Communiter à noſtris practicis, & exteris tradditur ordo faciendi executionem quando inſtrumentum liquidum non eſt, ſeu ſententia, vel liquidam non continet quantitatem, vt prius liquidatio fiat, vel ſi æquũ iudici cauſæ videatur illam ad decem dies, vel vt alij dicunt ad terminos executionis reſeruet de hoc agit Rodericus Suarez in l. poſt rem in declaratione ad legem Regni limitatione 4. & dominus Præſes Couarrub. lib. 2. variarum cap. 10. & nouiſsime omnes fere, qui de hoc articulo tractant retulit Amador Rodriguez de executionibus articulo 4. lib. primo ex numero 29. quos referre non eſt neceſſarium.

Quid vero ſit tenendum, 58 quando en la ſentencia ſe condena alguno a que entregue alguna coſa, ò haga algo, ò lo de en eſpecie, y no en cantidad, ó ſi en eſcriptura ſe obliga a algun hecho, como es obra de oficiales (vel quid ſimile) loquar noſtro idiomathe vulgarij Caſtellanæ linguæ vt clarius, & cum doctrina omnibus pateat, nam iureconſulti quam plura ſic ſcripſiſſe conſtat vt animi ſui conceptum facilius manifeſtum, & explicatum facerent, itaque, ſi en la ſentencia no ſe paſſa adelante, y en la condenacion, no ſe dize mas de haga, ò dè eſto el reo condenado; an pro æſtimatione executio locum habeat, vel non ardua quidem eſt quæſtio quotidiana, & vtilis, & imprimis Felinus in cap. translato num. 3. de conſtitutionibus num. 3. inquit referens Antonium de Butrio, & Imolam ibidem, quod illud connexum quod comprehenditur intellectualiter non dicitur comprehendi expreſſe, & infert adduo pulchra, primum quod (quod ad nos atinet) eſt quod beneficium datum inſtrumento guarentigio vt contenta in eo habeãt executiõé paratá non intelligitur in his quæ intellectualiter ex eo elliciuntur, vnde ſi in eo continetur factum non tamen poterit peti ex eo intereſſe cum illo priuilegio

ſtatuti

ſtatuti, quia intereſſe venit virtualiter. l. ſtipulationes non diuiduntur. §. celſus. ff. de verborum obligat. vnde non eſt expreſſum hæc Felinus pro clariori praxis reſolutione ſic diſtinguendum cenſeo pro iunioribus.

59 Quando enel inſtrumento, ò ſentencia ſe comprehende el interes no liquido, ò eſtimacion, ò valor de la coſa, ò eſpecie, ò genero ſobre que ſe litiga, entõces en los diez dias ſe puede liquidar, diziendo el pedimiento que ſe me de mandamiento por tal, ò tal coſa, y ſu juſto valor, por defeto de no entregar la que proteſtò liquidar en los terminos de la execucion, a reſpeto de tal precio, ó que proceda liquidacion ſumaria. y luego el Iuez dè mandamiento, auiendo oydo a las partes, que qualquiera deſtas dos praticas puede ponerſe por obra, conforme a la dotrina de Couarrubias, citada, y otros Doctores deſpues del, quos refert Amador Rodriguez vbi ſupra.

60 Pero ſi el interes no ſe comprehende en el inſtrumento, ò ſentencia dada (qui eſt caſus noſter) como ſi dixeſſe: Obligome a hazer tal obra, ò entregar tal coſa, ò ſi la condenacion ſolo tuuieſſe lo que es el entrego, ò hecho, y no paſſaſſe al ſegundo caſo, que es juſto valor en defeto de no hazer la entrega de la eſpecie, ò caſo ſobre que ſe à litigado, tunc via ordinaria eſt agendum ex adductis per Iaſſonem in l. certi condictio num. 20. ff. ſi certum petetur, vbi refert communem Canoniſtarum pro hac parte, & Luduuicum Romanum in eadem lege certi condictio, & arguit ad vtramque partem, nec decidit quæſtionem, ſed poſt longam diſputationem num. 25. *in fine inquit, reddi* dubiam opinionem Canoniſtarum, & melius tradditur à Felino in dicto cap. tranſlato num. 3. & à Roderico Suarez in declaratione ad legem Regni poſt l. poſt. rem iudicatam limitatione 4. num. 8. vbi reſoluit ſucinte quod ſi aliquis tenetur ad factum non poteſt aduerſus eum peti executio pro intereſſe, itaque ad petendam executionem pro valore, & intereſſe neceſſarium eſt, vt comprehendatur expreſſe in inſtrumento, vel ſententia ſecus ſi intellectualiter, & conditionaliter propter moram de iure obligatio eius ſit quæ eſt optima diſtinctio, & declaratio: para que por virtud de executoria, inſtrumento, confeſsion, ò ſentẽcia paſſada en coſa juzgada, no ſe pueda pedir execucion por el valor de la eſpecie, ò genero de trigo, ganado, &c. en q̃ vno eſta condenado, ſino es q̃ ſe declare,

 y man-

y manda, que por defeto de no entregarla, y cumplir con el hecho a que ſe obligò, el condena do pague ſu valor, y lo miſmo en eſcrituras: porque ni ſe comprehende el interes, ni eſta juzgado ſobre el, ni oydas las partes. Nec prædictis oberit quæ aducit Parlador. cap. finali. 1. p. §. 11. ampliatione 4. & poſteum Amador Rodriguez de inſtrumentorum executione cap. 1. ar.
61 4. n. 32. nam quæ tradunt de dote recepta per inſtrumentum publicum, vt ex eo executiue ſoluto matrimonio peti poſsit etiam ſi non adſit obligatio illam reſtituendi, quia tacite in eſt, & in mutuo etiam eſt circa ipſammet rem in inſtrumẽto contentam, non vero circa aliam diuerſam, quæ in eo non expreſſa fuit vt intereſſe diſtinctum à re propterea, quod reus obligatus non perfecit factum, vel rem non traddidit circa quod eſt neceſſaria obligatio, vel condemnatio in ſententia quæ faciat rem iudicatam, & ſi hæc non extet noua actione, nouaque ſententia eſt opus probat titulus expreſſus in rubro, & nigro. C. de ſententijs quæ pro eo, quod intereſt, & inſinuat. l. 8. tit. 3. p. 7. quod etiam comprobatur ex adductis à Pinelo in l. 2. 2. p. n. 20. C. de reſcind. & ex his quæ reſoluit nouiſsime, & erudite, quidem Antononius Faber lib. 7. ſui codicis ſub tit. prædicto de ſententijs quæ pro eo quod intereſt deffinitione 1. 2. & 3. ex quibus colliges ſi attente eas leges reſolutionem, & diſtinctionem quam ſupra conſtitui ſi licet neceſſariũ eſſe nouam actionem pro intereſſe, vel æſtimatione rei inſtrumento, vel ſententia contempta ſi ea in eadem ſententia non exprimatur, & ad quæ huius noue actionis extẽſio fiat plura enim per totas illius tituli deffinitiones notatu digna Antoni. Faber adducit eſt etiam videndus ex noſtratibus Gaſpar Rodriguez de Annius redditibus lib. 3. q. 5. n. 26. & tribus alijs ſequentibus, & ſic elucidata manet hæc quotidiana, & optima quæſtio. iudi
62 ciſq; curent vt quemadmodum fructus taxare per legem 52. tit. 5 lib. 2. Recopi. & taxationem per legem dictam facere aſtringientur, ſin remitirlo a Contadores, ita etiam ſi poſsibile eis ſit valorem rei petitæ explicent, vel reũ propter defectum tradditionis, vel facti condenent, & ita executio æſtimationis ſeu valoris rei erit, & eius intereſſe, & non alias ſed noua actione ordinaria opꝰ erit, vt prædiximus, & probauimus idemq; quãtum fieri poteſt in inſtrumentis publicis, vel priuatis, vt lites ex litibus non oriãtur cum iactura partium, & magnis expenſis, & vexationibus, & his quæ diximus inſtrumenta

execqui

exequi non poſſe in his quæ in eis expreſſa non ſunt, vel ex eis expreſſe non colliguntur condu cunt adducta per Barboſam, & quos refert 3. p. legis primæ. ff. ſoluto matrimo. n. 23.

63 Sententia euidenter, & maniſeſte iniuſta executionem non meretur etiam ſi tranſiſerit in ré iudicatam reſoluit bene Petrus Surdus conſ. 379. num. 27. & quá do dicatur notoriæ iniuſte vide apud eumdem Surdum conſ. 324 lib. 3. num. 2. quia nunquam facit rem iudicatam, quæ allegatio fieri non poteſt, contra la ſentencia de reuiſta de los Seño res del Conſejo, ò reales Audiécias, ex ratione, y verbis textus in l. 4 tit. 17. lib. 4. Recopilationis, & an præ tuxtu erroris retractari. Poſsit ſententia dominorum dictorum, vel ſi allegetur, & probetur colluſsio poſt traddita ab eodem Surdo deciſ. 256. alibi laicus Deo fauente dicemhanc eadé reſolutionem, quam

64 tenemus, ſententiam ſcilicet notoriæ iniuſtam ſi manifeſtè iniquitas, & eius iniuſtitia perpenditur ex actis, & ex ea colligatur rem iudicatam non facere probatur, ex l. 2. C. quando prouocare non eſt neceſſe cum adductis à Maranta 4. p. num. 74. fol. mihi 201.

Circa executionem rationũ, ex his quæ adducit Muñoz de Eſcobar de rationibus cap. 33. has obſerua reſolutiones prima erit in rationibus ſocietatis ad-

65 miniſtrationis vbi ſcriptura, ve ſententia redédarum rationum non interuenit, vt executioni locus ſit pro reliquis requiritur vt ſint conformes calculatores vtriuſq; partis, & iudex, qui à calculatoribus geſta confirmet hoc voluit decidere lex finalis tit. 21 lib. 4. Recopil. Nec hoc caſu ſufficit ſi cors ſit iudex cum vno à partibus nominato, & alio tertio ob diſcordiam bene quidem, & neruoſſe, hoc defendit idem Muñoz de Eſcobar dicto cap. 33. ex num. 12. quod procedit. quando entre las partes à auido alguna compañia, y adminiſtracion, y el vno al otro ſe deuen dar quentas, ſin proceder ſentencia, ni eſcritura, que obligue a darla, como es, en contrataciones, encomiendas, dares, y tomares.

Secundus caſus erit vbi per ſententiam, vel inſtrumentum

66 publicum debitor adminiſtrationis ſocietatis tutellæ mandatiue eſt obligatus Guarentigie ad redendas rationes, vel ad earum reditionem condemnatus, quia tunc contrarium eſt dicendum ſi tertius calculator in caſu diſcordiæ ſe conformauerit, cum

67 vno ex calculatoribus à partibus nominato, & confirmatio iudicis interueniat, & fideiuſsio, & obligatio partis: nam executiue eſt agendum in ſecunda ſenten-

 ti-

tia quæ eſt executio primæ, & ſi non poteſt appellari à prima ita nec à ſecunda, vt ex Baldo, & Angelo, & Capicio deciſ. 26. adducit, idem Eſcobar nu. 2. eiuſdem capituli 33. & in inſtrumento
68 quo quis vt negotiorum geſtor, mandatarius, tutor, & adminiſtrator debet rationem reddere executiue ad rationes, & reliqua exigenda eſt agendum, vt adducit ex Roderico in l. poſt rem extenſione 2. n. 2. & 3. & Aparla. abeoq; adductis C. finali. 1. p. §. 1 ampliatione 4. nu. 19. hoc enim caſu expreſſa virtualiter dicetur in inſtrumento. Solutio reliquorum adducit Eſcobar vbi ſupra num. 19. cum ad hoc principaliter tendat inſtrumenti confectio ad differentiam æſtimationis, & intereſſe de quo diximus executionem fieri non poſſe ſi in eo contentum non ſit ſupra num. 60. & ſequentibus, cum diuerſum ſit veniensq; propter nō factum, & ceſſationem in ſubſidium. Igitur ſi executiue ſit agēdum in noſtro caſu ſufficiet ad eſſe confirmitatem tertij in diſcordia cum altero ex nominatis à partibus, & iudice quo quidē caſu practicarum, & obſeruarē reſolutionem adductam à Valdes, ad Rodericum Suarez in l. poſt rem notabili. 14. ver. decimus octauus caſus, qui hanc reſolutionem tenet cui eſt addenda doctrina Roderici Suarez in eadem l. poſt rem notabili 3. nu. 13 vbi dicit in hoc eſſet breuiter, & ſummariè agendū aliquid enim amplius operari debet ſcriptura & publica obligatio ſeu ſententia reddendarum rationum quæ duo ſuapte natura continet ſi licet computum dare, & reliqua ſoluere l. quamuis. ff. de conditionibus, & demonſt. & vt finis
69 licium ſaltem quoad exactionē reliquorum, ſit ſaluo effectu deuolutiuo appellationi, & implurimum actoris in rationibus, & parcelis iuſtitia ſolet eſſe euidēs ex actis, & ſic reſoluendum eſt hoc caſu ſufficere concordia vnius ex calculatoribus, & terci ob diſcordiam cum confirmatione iudicis, vel vbi eſt datus, & nominatus executor ſententiè, vt concludit practicatum fuiſſe Eſcobar dicto cap. 33. num. 18. quod continet ſummam æquitatem, & rationem, vbi autem nō præſceſsit inſtrumentum publicum, vel ſententia ſeruanda eſt altera reſolutio adducta ſupra quam Muñoz de Eſcobar defendit ſi licet neceſſariam eſſe concordiam vtriuſque calculatoris à parte nominati, & confirmatio iudicis, vt executioni locus ſit ſine vitio attentati, vt bene reſoluit dictus autor n. 12. dicti cap. 33. nec intelligas eſſe neceſſariū vt in omnibus Parcelis rationū, ſeu liquidationis adſit confirmitas calculatorum, & iudicis, ſed

ſed ſufficit adeſſe in aliquibus in quibus data dicta conformitate executioni locus eſt, cæteris ſub iudice ſine executione pendentibus, & tunc fiet liquidatio earum quæ approbatæ ſunt pro quibus dabitur præceptum executorium præſtita prius fideiuſſione, & ad ſententiam proferendam in qua iudex confirmet rationes in totum, vel in partem debet litigantes iure ordinario audire, & ſtilus quem ſeruamus eſt. Que ſe da traslado a las partes de las quentas: y ſino adicionan en rebeldia, ſe confirman, y da mandamiento, por el alcance, ſegun el parecer conforme, y ſi adiciona el reo, que es lo mas ordinario, daſe traslado, y recibeſe a prueua; ſi es neceſſaria, y concluyeſe la cauſa, y daſe ſentencia en cada adicion, declarando ſi à lugar, ò no: y ſi el actor
70 adiciona, lo puede hazer ſin perjuyzio de la via executiua, y de ſu derecho en el parecer dado por los terceros, paraque crezca mas el alcance, y entonces ſe admite: y ſi ſus adiciones tienen juſtificacion, pronunciaſe en ellas conforme a lo que pide en todo ò en parte, pero no ay execuciõ en eſte caſo de adiciones del actor, ſino condenacion ſola al reo, por no concurrir el parecer de los terceros Contadores, y ſer la ſentencia, y adiciones ſobre mas de lo que ellos dieron ſu parecer: y lo miſmo en las adiciones que el reo puſo, y el Iuez declarò auer lugar, que eſtà claro, que no ay execucion, no concurriendo con los Contadores, y dexandoles de conformar lo que ellos dixeron, aunque fueſſen conformes. Et hoc iure vtimur.

71 Nec diſtinctioni quam conſtituimus ſupra, & reſolutioni prædictæ oberit gẽneralitas legis finalis tit. 21. lib. 4. Recopil. quatenus ait: Mandamos, que en en lo que ſe conformaren los Contadores nombrados por las partes, ſiendo confirmado por ſentencia del Iuez, que de la cauſa conociere, la tal ſentencia ſe execute ſin embargo de apelacion. Quæquidem lex quaſcumque rationes comprehendit atq; ideo dubia videtur reſolutio, quam conſtituimus ſi licet vbi per ſententiam, vel contractum publicum eſt, quis condẽnatus, vel obligatus rationes reddere non ſufficere concordia vnius calculatoris, & tertij in diſcordia, & confirmatio iudicis ad executionem, quia reſpondetur cum communi allegatione concordia, & inductione textus in auth. offeratur. C. de litis conteſtatione cum l. ſciendum. ff. qui ſatis dare cogantur, ex quibus colligitur concluſio communis; & anxioma legem ſi licet poſteriorem non derogare legi ſpeciali

ciali antea diſponenti ſuper caſu ſpeciali ex l.3. vbi gloſſa. C. de ſilenciaris, at vero ex l. quamuis & l. eum ſeruiuirum. ff. de conditionibus, & demoſtr. ſtabilitum eſt ſententiam reddendarum rationum duo continere computum dare, & reliqua ſoluere, & quemadmodum executio fieri debet que adcomputum, ita etiam quo ad ſolutionem reliqui breuiter ſummariæ, & executiue vt diximus de contractu publico adminiſtrationis ex adductis à Rodarico Suarez dicto notabili 3. num. 3. & Eſcobar dicto nu. 17. *igitur* vbi ſententia, vel contractus publicus interueni, vel executio cómiſſa poteſt defendi prædicta reſolutio, vt ſufficiat concordia prædicta tertij in diſ*cordia cum altero ex his quæ* apartibus fuerunt nominati, & ſententia iudicis quo ad executionem, in quo concordes ſunt non ſolet tertius in diſcordia *ſuam rationem* de perſe facere, & præſentare, & auditis partibus earumq; additionib⁹ ſi quæ ſunt aprobare, vel reuocare iudices, calculationem factam à tertio in totum, vel in parte quo caſu executio non erit cum ſimus extra caſum dicta legis finalis, & diſtinctionis quam cóſtituimus, & vt executioni locus ſit quando inſtrumentum publicum, vel ſententia præceſsit erit neceſſarium, que el Iuez vaya aprouando partida por partida, el parecer del tercero de diſcordia, y del vno de los nombrados por la parte con que ſe conforma, lo qual ſe haze declarádo no auer lugar las adiciones pueſtas, ſi ſe an alegado, y deducido: y hecha la confirmacion enla miſma ſentencia, mandar ſe execute haziẽdo la obligacion, y dando las fiáças, que la dicha ley final, que es 24. en orden requiere, quibus ex
72 plicita in praxi manet hæc vtiliſſima reſolutio accedamus ad aliquas reſolutiones negatiuas executionem pro capitali ſocietatis vel factoriæ, ſeu cuiuslibet adminiſtrationis non poteſt peti executio etiam ſoluta, vel diſtracta ſocietate niſi de hoc ſpeciale pactum apponatur ſic venit declarandus, & *intelligendus* Gregorius Lopez in l. 10. tit. 10. p. 5. gloſſa finali in fine ſequtus Socinum quam refert, & quod dictú pactum requiratur, & valeat eius executio reſoluit Auendaño de exeq. mand. 2. p. nu. 5. prope finem numeri quinti, qui longus eſt, & ita reſolutio eſt in ver. ex hoc infertur, adquem hoc numero circa ſuſpitionem pacti vſurarij, & quando eius ſuper ſedeatur executio eſt recurrendum, quia bene diſtinguit.

37 Item licet verum ſit valere pactum de ſtando iuramento contrahentis alterutrius, & hoc executionem paratam habeat in eo quod

quod fuit delatum reſtringitur, & non procedit ſi bene non iurauit, & arbitratus fuerit vt eſt gloſa in l. penultima. ff. de arbitris, & notatur in. §. arbitrorum legis ſocietatem. 60. ff. de arbitris cũ bene adductis, & animaduerſis ab Auendaño loco ſuperius citato, & hoc iuramentum perſonale eſt, nec tranſit ad hæredes, nec ad alios Bald. in l. generaliter. C. de rebus creditis Iaſſ. in l. ſi quando num. 51. C. vndeui. Menochi. de arbitr. q. 58. num. 30. vbi plura de iuribus perſonalibus, quod tranſit ſi aponitur clauſula, en que ſe diga lo defiero en ſu juramento, y de quien ſu poder, y cauſa vuiere, quia tunc tranſit ad hæredes, & ceſsionarium, quia ex conuentione fit l. 1. §. ſi conuenerit depoſiti cum ſimilibus adde idem procedere in quibuſcumq; cauſis, & negotijs inquibus aliquid relinquitur voluntati, vel conſcientiæ alicuius.

74 Quia poteſt reuocari, & taxari per ſuperiorem hoc eſt iudicem quantumuis libera voluntas ei ſit commiſſa ſi inique proceſsit colliges ex adductis à Menoch. q. 8. & à Maſcard. concluſ. 414. num. 7. & à Bobadilla plura aducente. 1. p. fol. 365. quod iam expertus ſum, & quotidiæ euenit in executoribus teſtamentarijs commiſſariſq; ad teſtandum, qui

75 ſua facultate inique abvtuntur, nam hæc omnia moderari corrigi, & reuocari poſſunt per bonos viros, hoc eſt iudices Eccleſiaſticos, vel ſæculares vnoquoque eorum in ſuo foro, & iuriſdictione.

76 Ad ſocietatem redundo, & regulas negatiuas, inquibus executio locum non habet. Vna earum eſt pro debito ſocietatis, quod alter ſocius ab alio exigere intendit, quantumuis liquido & certo per inſtrumenta guarentigia, dummodo conſtet debitũ eſſe cauſatum ad ſocietatem, vel adminiſtrationem, vel ex ea prouenire hæc reſolutio comprobatur ex adductis Aneguſancio de pignoribus 1. p. membro. 1. n. 36. & 37. Gutierrez de tutelis 2. p. cap. 9. n. 52.

77 Et probata per confeſsionem actoris executantis, vel per teſtes vel inſtrumenta, que fue deuda cauſada para la compañia, ó adminiſtracion ſe à de declarar no auer lugar la execucion, y remate, y abſoluer della, y reſeruar ſu derecho a las partes, para que en la quenta de la compañia, cada vno pida, y ſiga ſu juſticia, ſiue ſoluta fuerit ſocietas, ſiue non, quia eadem ratio militat nõ protrahẽdi debitum ab eo quod eſt propium eiuſdem.

78 Diuerſum erit quando debitum non proceſsi ex ſocietate ſed aliunde, idemq; eſt in qualibet adminiſtratione ex adductis Anegus ſanctio vbi ſupra, & in tutore

tore locutus, qui ſibi ipſi ſoluere poteſt, vel per executionem petere, deuitum ſibi ſolui quod in matre pro dote ſibi debita cum
79 ipſa tutrix ſit filiorum quos ſub tutela, vel cura habere locum defendit Gutierrez de tutelis lib. 2. cap. 9. num. 52. Franciſcus Viuius deciſ. apulie. 317. Caualcanus de tutore n. 219. qui aſſerunt ita iudicatum.

80 Limita hanc declarationem, vel poti⁹ ſublimita quãdo ſocietas fuerit vniuerſorum bonorũ, quod licet raro acidat à Iureconſulto decidatur in l. 1. 2. & 3. ff. pro ſocio tunc enim nulla executio fieri poteſt pro debito ab alio ex ſocis ſoluto etiam ſi guarentigium ſit, quia ad rationes eſt remitendum, vt ad notouimus quod tantummodo procedet, quando ſocietas fuerit vniuerſalis omniũ bonorum iuriũ, & actionum.

81 Deniq; executionem impedient quæcũq; exceptiones quæ à iure opoſitæ ſunt ad infirmandam, & anullandam obligationem exempla conſtitue, in l. ſi quis pro eo 57. §. 1. ff. de fideiuſſoribus dum inquit item ſi filius à patre, vel ſeruus à domino ſtipuletur, nec fideiuſſor aceptus tenetur, quia non poteſt pro eodem, & eidem eſſe obligatus, & has exceptiones, & alias quam plures de quibus per Acebedum longo calamo in l. 1. tit. 21. à nu. 25. vſq; ad 63. ad intra dicimus practici vt vno verbo concludamus, hoc eſt, quod ſunt exceptiones de quorum iure conſtat intra ipſummet contractum, & ſcripturam, vel executoriam, ſiue mandatum, quod exhibetur
82 ad executionem petendam, & ideo vel à iudice conſideratæ executionem petitam impediũt vel ab eodem met iudice debet mandatum executionis denegari, vel ſi detur parte oponente debet reponiante decem dies, & eſt locus appellationi ſaltem, quo adde boluttiuum effectum.

Aliæ ſunt exceptiones quas dicemus ab extra hæ ſunt ſolutionis pacti de non petendo, & ſimiles quæ probationem extrinſecam requirunt, & has ideo dicimus ab extra, quia ſunt reſeruandæ, & quotidie à iudicibus ſuperioribus, ſe reſeruan para los diez dias de la ley, y ſe confirma el mandamiento de execucion, dado, quando los recaudos ſon baſtantes: pero quando obſtan las exeptiones, ab intra hoc eſt, defecto de la eſcriptura, de poder ſer el contrato condicional con condicion ſuſpenſiua, ò defecto de la legitimacion de la perſona que pide la execucion, ò contra quien ſe pide es eſtilo de los Iuezes ſuperiores, dezir, que ſe reuoca el mandamiento de execucion, y todo lo en virtud del hecho, y executado ſin

ſer

ſer meneſter eſperar a los diez dias; ſino viſto el defeto, que los recaudos tienen para no ſer executables. Et hoc iure vtimur, qui quidem ſtylus frequens eſſe debet nec ſolum in Curia, & Chácellarijs, ſed vbicumq; interpoſita appellatione debet ad aptari.

Reuocata executione per iu-
83 dices appellationis, quid ſit agédum, & qualiter de hoc ſententia formetur vltra Couarrub. lib. 2. variar. cap. 11. videndus eſt Antonius Gama deciſsione. 40. & melius deciſsione 77. & eius additionator ad deciſsione 40. ad quem recurre: quia colligit omnes caſus, & melius cæteris referentem praxim hodiernum Felicianus de Solis 2. parte de cenſibus cap. 3. folio 18. vſque ad 23. qui loquitur etiam in caſu
84 in quo tertius, emit rem executatam, & venditam per ſententiam addictionis vulgo de trance, y remate, vel ipſe creditor, qui ſi publicæ emit eſt reputandus vt extraneus nec in iſtis caſibus ab eo, qui emit auferri debet res empta, niſi data læſsione vltra dimediam: & tunc intra
85 quadrienium, & abſque fructuũ reſtitutione vide compendioſe loquentem Felicianum vbi ſupra, quod intellige elapſis nouẽ diebus retractus, qui competit debitoribus.

Sed ſi creditori pignus in ſo-
86 lutum præcedente taxatione fuerit ad iudicatum, de quo agit Felicianus num. 15. & in tertia ſpecie de qua numero 16. Quando ſe hecha por el acreedor ſacador ſupueſto con beneficio de treſpaſſo, el qual le traſpaſſo los bienes, y le cede el derecho del remate, ſin quedar obligado a ſaneamiento; inquit his duobus caſibus eſſe admitendum deuitorem ad petendam rem venditam cum fructibus, & eij eſſe reſtituendam, dandoſele al acreedor la deuda con los intereſſes comunes, que oy ſeran a cinco por
87 ciento: idem erit ſi vnus creditor anteriori ofert debitum: quia debet ei fieri reſtitutio cum fructibus vt adducit num. 7. Felicianus ex Vicencio de Franquis deciſio. 12. num. 4. lib. 1. in primo caſu ad iudicationis in ſolutum nulla controuerſia eſt in his quæ adducit Felicianus in ſecundo contratiam ſententiam defendendam eſſe arbitror, & non eſſe aſtringendum creditorem, qui ſupoſſuit emptorem, con bene-
88 ficio de traſpoſſo, & etiam hoc non addito ad reſtituendos fructus ſed veram hanc eſſe venditionem, & emptionem, & vt valentẽ iudicandam, & non eſſe nullam, nec fictitiam, nec ſubiectam ad fructuum reſtitutionem (in-
89 tellige non data enormi læſsione) ad quod probádum adduco textum expreſſum in l. ſi ex ca-

ſa.ff.de minoribus vbi ad huiuſmodi venditionem factam de re minoris ex cauſa iudicati neceſſaria eſt reſtitutio ergo non data reſtitutione procedet, quod ſi dixeris, & replicaueris hanc legem, & ſimiles procedere, quando non ſupposſuit creditor emptorem, nam eo ſuppoſito procedet lex, & qui ſub imagine.C. de diſtratione pignorum reſpõdeo textum hunc in dicta l. &
90 qui ſub imagine procedere in pignore conuentionali non vero in iuditiali de quo agimus in quo ceſſat illa ſubtilis ratio: nam iudex ipſe pro executione ſuæ ſententiæ vendit, nec eſt impedimentum de quo in dicta lege, & qui ſub imagine, & factũ
91 iudicis eſt regulariter accipiendum pro facto partis.l.ſi ob cauſam 13.C.de euictionibus his, & alijs rationibus hanc differentiã optime, & magiſtraliter conſtituit Antonius Faber in d. l. ſi ex cauſa verbo ex cauſa iudicati, qui vidẽdus eſt eiuſq; ſententiæ accedo quam veram in iudicando, & conſulen tenendamque eſſe conſeo: nam per leges plures ſcilicet, per l. primam, & ſecundam. C. ſi in cauſam iudicati pignus captum ſit, & per l. cum bona. 16. ff. de bonis autor iud.poſsidend. reſoluitur creditorem pignus ad eius petitionẽ autoritate iudicis venditum poſſe emere quod quidem facere non poſſet ſi ipſe venditorem eſſe intelligeretur per l. & qui ſub imagine iam citata quæ reuera tantummodo loquitur in pignore conuentionali, & non iudiciali, & ſic eſt tenendum manemq; iſte difficilis articulus iam declaratus, & debitur Gabella vna ſola: quia vna eſt emptio cæteraq; quæ veris venditionibus
92 adhibentur in hac emptione, concurrunt quam facit, el tercero ſacador con beneficio de traſpaſſo, ò ſin el, ſi deſpues cede al acreedor, confeſſando auer ſacado los bienes, para el es verdadera compra, y venta, quidquid autem ment contrarium tenentes fundantes ſe in dicta lege, & qui ſub imagine cuius caſus eſt omnino diuerſus à iudiciali venditione in qua iudex vendit, & creditor per ſe ipſum, vel per interpoſitam perſonam poteſt emere in publica ſub haſtatione quæ vera, & reales venditio eſt, vt iam ex Antonio Fabro comprobabimus ſi rite, & recte omniaque ad executionem atinent per agantur, hoc eſt non data nullitate in executione, & ſic vere comprobatur hæc reſolutio noſtra, & in caſibus quotidianiſsimis obſeruanda.

Alius eſt caſus quando ad-
93 eſt nullitas in executione tunc æquidem reſtituitur bona deuitori, con fructos, y rentas,

pagando

pagando al acreedor ſu deuda, con los intereſſes de cenſo, è induſtria y trabajo de ſu perſona, y las coſtas dela adminiſtracion,
94 haziendo, ò mandando hazer compenſacion de lo vno y otro, declarando auer nulidad; quia
95 defecerunt ſolemnia: y lo miſmo ſacandoſe los bienes executados de otro tercero en quien ſe remataſſen; y aunque los aya vendido eſte a otro, è ido en diferentes poſſeedores: quia bona ſunt, & fuerunt litigioſa executione pendente, & adhuc eius cauſa à Dominij Chancellariæ, vel ab appellationis iudicibus non definita, & determinata, tum etiam quia eſt reſtitutio iuſtitiæ data prædicta nullitate quæ ſuum efectum ſortiptur
96 contra tertium quemlibet, vt comprobatur ex adductis ab Acoſta in l. Gallus. §. & quid ſi tan tum 2. p. ex n. 42. vſque ad numerum 49. & 71. vbi conſtituit deferentias reſtitutionis gratiæ, & iuſtitiæ in explicatione textus deficilis in l. quod ſi minor. §. ſceuola. ff. de minoribus. ff. de liberis, & poſthumis, & à Ioanne Garcia de nouilit. gloſ. 6. §. 1. ex num. 45. & ſequentibus vbi bene, & eleganter ſuo more loquitur, & Gutierrez lib. 4. Practic. quæſt. 69. num. 16. quod ſecus eſt in reſtitutione gratiæ ex his quæ idem Ioannes Garcia adducit plura optime referens colliges hanc compendioſam, & vtilem reſolutionem ex eo quod atinet ad vicium litigioſſæ rei, & quod transeat ad quemlibet tertium quantumuis bonam fidem habeat, & teneatur ad rei reſtitutionem cum fructibus in noſtro caſu; comprobo ex autoritate Abbatis Panormitani in cap. bone num. vndecimo ver. tertius intellectus de appellat. num. decimo octauo verb. aliter poteſt ſolui vbi inquit quod ap-
97 pellatio ſortitur efectum contra tertium, qui emita iudice litependente Aflict. deciſion. 354. num. 21. dum inquit idem ſi habuiſſet ipſe tertius cauſam non aparte ſed à iudice cauſæ Lancelotus de atent. prima parte cap. tertio num. decimo ſexto cum ſequentibus, & numero vigeſimo, dum inquit quod poteſt ampliari vt procedat etiam ſi ille tertius ſit ſit poſſeſſorium
98 titulo, & bona fide, & num. vigeſimo ſecundo reſoluit, que los executoriales ganados contra el primer litigante, ſe executan contra el tercero que comprò, litependente; vt per Mohedanum deciſ. 1. de ſent. & re iudicata alias deciſ. 12. quod iterum addit idem Lácelotus dicto num. 16. quia regulare eſt vt con
99 tra emptorem rei litigioſſæ tranſeat executio ſententiæ. l. finali C. de litigioſsis Couarru. in practicis cap. 1 numer. 6. & ita eſt obſer-

obſeruandum in caſu de quo agimus, qui frequentiſsimus, & quotidianus eſt.

Quod notabiliter, & vltra
100 omnes limita non procedere pe rempta inſtantia trienali, & eius tẽpore nam poſt illud bene poteſt tertius poſſeſſor præſcribere rem litigioſam quam bona fide emit non obſtante litigioſsi vitio, quod non reſpicit res ſed
101 perſonas, & ſic perempta inſtantia poſſunt hæ res litigioſſæ alienari Baldus mirabiliter locutus de præſcriptionibus ſexta part. folio mihi 621. in formis minoribus ex num. 44. vnde deducitur quod ſi quando executoria datur iam res à tertio eſt præſcripta longo tempore tutus erit ex Baldi ſententia, & ſi res mobilis
102 ſit trienium ad præſcriptionem ſufficiet ex principio inſt. de vſu capionibus, & dicit caſum pro hoc eſſe notabilem in l. prima ſecundum vnam lecturam, C. de præſcriptione longi temporis, & ibi gloſſa Bartolus in l. prima. §. finali. ff. de litigioſ. nam dicta interruptio eſt perſonalis, nec tranſit contra aliam perſonam videndus eſt Gaſpar Rodriguez de annuis redditibus lib. ſecundo quæſtio. nona num. octauo.

103 Ad quid autem teneatur, reuocata executione, fideiuſſor legis de Toledo eſt videndus Acebedo conſilio 75. numer. 26 & 27. vbi probat non teneri ad fructus rei quæ in executionis cauſa vendita fuit cuius opinioni accedo, rationibus quas allegat, & authoritatibus, quas adducit.

## SECVNDA PARS legis noſtræ ibi: Se opuſiere alguna muger por ſu dote.

DE DOTIBVS PLV
104 ra, & varia à plurimis ſcripta latiſsime extant, & vir quidem inſignis noſtraq; etate doctiſsimus Regius Con-
105 ſiliarius Portugaliæ Regni Petrus Barboſa omnia ferę quæ ad hanc, & plures quæſtiones atinet doctiſsime reliquit ſcripta in duobus tomis integri, & perfecti tractatus ſeu lecturæ ad titulum. ff. ſoluto matrimonio, non tamen cum iniuria, & abſque rei propoſito erit aliqua vtilia, & neceſſaria ad praxim referre ſummarie, & ſi in aliquibus opus fuerit quæ mihi viſa fuerunt reſoluere.

Itaq; dubitari ſolet an cum vxor plura vel pauca bona habens nupſerit, nec dotalia inſtrumenta ſunt confecta cenſenda
106 ſit ſe in omnibus bonis ſuis dotare, & hæc tacita dos priuilegia à iure inducta habeat, & quod hoc caſu dos verè, & legitime

inducatur

inducatur reſoluit, & conſuluit
Abbas conſ.46.tria mihi n.2.per
doctrinam gloſſæ in l.mulier bo
na 72. ff. de iure dotiū quoqui
dē caſu paſſa eſt maritum bona
ſua adminiſtrare dos inducitur.

Contrariam ſentētiam tenet
& dicit magis cōmuniter recep-
107 tam Decius in authent. præte-
rea.C. vnde vir, & vxor n. 6. &
ibi Curtius iunior num.12. Co-
uar.de ſponſalibus 1.part.cap.5.
nu. 5. quibus aſſentitur Barboſa
ſuccinte contra morem ſuum lo-
quutus in hoc arduo articulo, &
quotidiano in l.1.3. p. num. 70.
ff.ſoluto matrimonio ratio au-
tem rationis huiuſmodi reſolu-
tionis eſt, quia nulla lege caue-
tur quod mulier cēſeatur omnia
bona ſua dediſſe in dotem Bar-
tol. quæſt. 7. mulier habens in
principio Angelus Aretinus
conſ.15.in principio, & quam
plures alij vltra citatos per Bar-
boſam rellati nouiſsime à Car-
dinali Tuſcho ſub littera D. 2.
tomo concluſ 724. qui quidem
vtriuſq; partis fundamenta diſ-
ſertiſsime adducit deinde n. 4.
inquid quod dos non eſt omne
108 patrimonium mulieris,ſed tan-
tum id quod datur in dotē, vel
promititur.l.hac.C.de pactis cō
uentis lego.§.fin.ff.de iu.dotiū:
huius negatiuæ cōcluſionis quā
plures doctiſsimi ſunt autores
relati à Thomas Sanchez de ma
trimo.lib.1.diſp. 59. nu.3. quos
omnes refert, tā Teologos, quā
Canoniſtas: contrariam ſenten-
tiam ex gloſſa in d. l.mulier bo-
na, & Abbat.conſ.d.46. & Bart.
in d.l.mulier bona, & in l. ſi con
ſtante. ff. ſi ſoluto matrimonio
quem refert Tuſchus vbi ſupra
n.6.à nobis in iudicando, & cō-
ſulendo intrepide completenda
eſt ſi mulier nupſit,& nihil dixit
& paſſa eſt maritum omnia bo-
na quæ ipſa habebat adminiſtra
109 re omnia quæ habuit tempore
contracti matrimonij cenſenda
eſt in dotem dediſſe dosq; vera
erit cum priuilegijs, & hypothe
cis à iure competentibus quod
comprobatur ex fundamentis
adductis pro hac parte à Tuſch.
d.concluſ. 724.n.8. & alijs, & à
Thom.Sanch. hanc partē affir-
matiuam ſequente d. q.59. n.4.
poſt Anton.Gom.in l.54.Tauri
n.17.& Palacio.Ruuiu.in rubri-
ca.§.53.n.1.quos etiam refert.

Quod etiam extende etiam
ſi mulier ſit minor vigenti quin
110 que annis, qui vtilius ei erit vt
ſtatim dicam dotatam eſſe in
omnibus bonis quæ habebat tē
pore contracti matrimoni quan
tumuis Tuſchus contrarium in
muliere minori teneat conclu-
ſione prædicta numero vigeſi-
mo primo, & plures limitatio-
nes, & ſub limitationes aſſig-
nat quæ cauſam præſtant con-
fuſionis tu vero tene hanc
reſolutionem affirmatiuam

cum Ioſepho Ludouico deci. 99 n.1.qui eam pluribus autoritatibus probat.

Comprobatur hæc eadem affirmatiua reſolutio ex cõmuni, & quotidiano vſu,& maiori vtilitate vxorum, quæ ſi taceant cenſetur ſibi prouidere de efficatiori remedio quod conſiſtit in aſsignatione,& præſtatione dotis tacite.

Tum etiam, quia maritus ha-
111 bet adminiſtrationem iſtorum bonorum ſi parafrenalia iudicẽtur niſi vxor illa ſibi reſeruet,vel ſub dubio ſit ex l.17. tit. 11. p.4. *ergo cenſenda* eſt in dotem omni adediſſe,cum expræſſe illa,nõ reſeruauerit.

Maxime quia de eis iure noſtro atento ex l.2.tit.3.lib.5.Re-
112 copil. diſponere non poteſt nec contractum facere abſq; licentia viri igitur vt dotalia omnia, & non vt parafrenalia ſunt iudicanda ſi tempore contracti matri-
113 moni nihil dictum vel reſeruatũ ſit cum fructus ſint cõmunes, &
114 adminiſtratio regulariter ad virum pertineat ex cõmuni *reſolu*tione, & hodierna praxi rariſsimeq; euenit vt vxor de perſe adminiſtret, & tunc non poteſt ſine viri licentia ex d.l.2.& conſtitui dotem vniuerſorum bonorũ hodie apud *nos* vtilius eſt *mulie*ribus, & publico dotis fauori,
115 propter firmitatem prælationis ex hypotheca, & priuilegijs eius pro venientibus tum etiam ad reſtitutionem commodiorem matrimonio ſoluto,vel alijs caſibus quibus ante illud ſolutum dos reſtituenda erit deinde, quia ſic vſu foréſi eſt receptum communiq;, & ordinario ſtylo dotalia iudicare, omnia bona quæ vxor
116 probauerit tempore matrimonij contracti habuiſſe, & ab his quæ frequenter fieri conſueuerũt argumentũ valet,& eſt cõmunis,&ordinaria allegatio legis finalis.C.de fideiuſſoribus,cum ſimilib⁹,cũ adductis à Ioſepho Ludouico dec.*96*.quæquod attinet ad ſtylum eſt melior *remiſsio* de mundo num.30.& 31.vnde licet in puncto iuris contraria opinio defendi poſsit tenenda eſt hæc afirmatiua, vt vtilior mulieribus &reipublicæ praxijq; recepta,vt iá *iudicaui*,& *iudicare* vidi in cõcurſucreditorũ. Vxore ſe oponẽ
117 te abſq; inſtrumẽto dotis,vel eipacto cui prælatio fuit conceſſa primo loco, quia erat antiquior cæter*is* ex titulo, & cauſa dotis tacitæ in his bonis mobilibus quæ probauit ſe habuiſſe, & ad domum mariti traduxixe tempore contracti matrimoni atque di cum eorum æſtimatione, & ex his coliges præſumptionem de qua ad dotem vniuerſorum bonorum vxoris quæ habuit tẽpore matrimonij contracti conſtituendam eſſe de qua meminit hanc partem ſequtus quando di-

ctæ

ctæ coniecturæ adſunt Gome-
tius in d.l.54.n.17.

Extenſio indubitabilis dotis
repetitæ quando vxor ſecundo
118 nubit quia tunc, & ſi nihil dictũ
ſit cenſetur eandem dotem ſecũ
do viro dediſſe textus eſt expreſ
ſus in l. dotem, quæ l. diuus.ff.
de iu. dotium reſoluit Cardina-
lis Tuſchus dicta concluſ. 724.
num.4. nec de hoc aliquis dubi-
tat, & conclu.725. ſub littera D.
ex num.1. vbi num.6. inquit hoc
intelligi de conſtitutione præſ-
ſumpta, nec præſſumitur ſoluta
ſi deſolutione vel traditione nõ
conſtat à muliere, vel quod ma-
ritus recepit bona ex Alex.conſ.
144.num.3. lib.5. quia datio re-
quirit verba habilia ad traddi-
tionem, & dicta præſumptio cõ-
probatur autoritate gloſſæ in
auth.ſed quamuis.C.de rei vxo-
riæ actione Riminaldus cõſ.105.
num.2.& num.11. lib.1. & conſ.
63.nu.4. quem allegat Ioſephus
Luduuicus ita reſoluens deciſ.99
num.15 quod tamen diſtinguit
non eſſe intelligendum quan-
do vxor plures habuit viros
119 cui diuerſas dotes dediſſet: nam
atenditur dos vltimo viro conſti
tuta quo ad efectum ſuper lu-
crandæ dotis [illegible] hoc extet ſta-
tutum, Ruinus cõl. [illegible]
4. Pariſius conſ.34.num.3. lib.3.
ita Ioſephus Ludouicus vbi ſu-
pra num.17. eſt vero regulare do
tem conſtitutam primo viro re-

120 petitam, quo ad ſecundum cum
ſua cauſa, & priuilegijs licet An-
dræas Gail lib.2. obſeruationum
obſeruatione. 82. reſtringat hoc
quando liberi extent primi ma-
trimoni, quia ſiue extent, ſiue nõ
ſemper eadem dos cenſetur re-
121 petita, & ſubrogata in fauorem
ſecundi viri nec apud nos extat
ſtatutum de quo exteri loquun-
tur de lucranda certa parte dotis
à viri de quo mentionem fecit
Gail dicta obſeruatione 82. nu.
2. & ſequentibus reprobando
gloſſam in d. l. mulier bona in
verbo mulier, quatenus afirmat
dotem vniuerſorum bonorum
cenſeri conſtitutam, & mulierẽ
de bonis ſuis ad libitum poſſe
deſponere: quia apud nos hæc li
centia non ei permititur abſq;
eo quod à viro eam habeat in-
quibuſcumq;, ex generalitate
textus in d.l.2.tit.3. lib.5. Reco-
pilationis; itaq; motiua, & funda
menta Doctorum exterarum na
tionum quo ad lucrum in parte
dotis, & quo ad facultatem diſ-
ponẽdi de ea ſi non ſit expræſſe
conſtituta apud nos in regno Ca
ſtellæ, & Legionis nec militat,
nec extat, & ideo ſeruanda eſt
gloſſæ autoritas, & reſolutio in
d.l. mulier bona ex Cicerone, a-
ducta. Nec vir habet aliquod lu-
ſit iuſta authenticam præterea.
C. vnde vir, & vxor, & in corpo
re vnde ſumitur.

122 Tum etiam pro iudicibus, & aduocatis iunioribus, & vt regulariter cum ſecuritate procedát habendo Acurſij gloſſam quando non eſt lex regni in contrarium quæ non extat in concluſione quá hic defendimus, ſciendum eſt gloſſæ autoritatem maiorem eſſe cæteris Bartolus in l. vt vim. ff. de iuſtitia, & iure Baldus in l. cum hæreditas. C. de po
123 ſiti vbi inquit quod gloſſæ autoritas omnes alias antecellit, & ideo Cinus in l. non moriturum C. de cõtrah. ſtipulatione appellat gloſſam idolum ſuum Bald. in cap. 1. de natura ſucceſsionis feudi ait ego enim indubijs opinionibus multum ſequor opinionem gloſſæ ordinariæ: quia non poſſum ad hærere meliori Salicetus in l. licet. C. qui potiores in pignore colum. 2. ait aduerte prodeo tu qui habes iudicare, & conſulere, quia de facili non debes á Gloſſatore recedere & in l. 2. quæ ſententiæ ſine certa quantitate vbi traddit quod ſicut, qui neſcit æquitare tenet ſe arzonum ita iudex debet ſe tenere ſuper opinione gloſſæ Abbas in cap. edoceri de reſcriptis, Quod tanta eſt autoritas gloſſæ
124 quod ab ea in Curia Romana non receditur Baldus in l. finali § neceſsitate column. 9. C. de bonis quæ liberis ait ad hæreas ſemper carrotio veritatis id eſt Gloſſatori, & in perpetuum non erabis Aluarotus in cap. 1. §. præterea de capitibus conradi
125 vbi dicit quod indubio in conſulendo non poſſumus habere meliorẽ textum quam gloſſam hæc & alia quæ conſulto omito in huius rei comprobationem adducit inſignis Iureconſultus Rolandus à Valle conſ. 14. vol. 30. ex n. 39.

Declarabis prædicta quoad doté
126 introductá quando vxor omnia bona traddit marito, vel ei conſenſum dedit, vel paſſa eſt vt adminiſtraret ea, vt inducatur dos tacita, quemadmodum tacita conuentio alias à iure inducitur in l. item, quia l. labeo. ff. de pactis, cum in ibi à Doctoribus adductis, non tamẽ erit dos æſtimata, quia de æſtimatione pactum vel conuentio non præceſsit quæ requiritur, l. plerumque cum alis pluribus. ff. de iure dotium. l. in rebus. C. eodem titulo. l. decima octaua tit. vndecimo part. quarta, nec enim quæ de dote æſtimata ea æſtimatione quæ facit emptionem à iure ſunt inducta hoc caſu concurrent ſed ex opoſito quæ deciſſa ſunt quando æſtimatio emptionem faciens non adhuit quo ad periculum quo ad interitum, & alia de quibus in dicta l. 18. tit. 11. par. 4. l. nec concurrent quæ late, & bene adducit Barboſa plures alios referens in l. ſi æſtimatis. ff. de iure dotium vbi

omnia

omnia quæ de dotis æſtimatione adduci poſſunt bene cõpilauit, itaq; erit dos non æſtimata hoc caſu primo, & ſeruáda ſunt quæ adducit Antonius Gomez in l. 54. Tauri n. 43. iuſta periculum, & obligationem mariti in dote non æſtimata cum adductis à Palacios Rubios in cap. per veſtras. §. vltimo n. 11. in fine Matienzo in l. 7. titul. 8. lib. 5. Recopil. gloſſa 7. n. 16. & n. 19. loquimus quo ad dotem æſtimatam.

In ſecundo caſu quádo vxor ſecundo nubit, & ex ſecundis nupcis inducitur coniectura repetitæ dotis in ſecundo matrimonio vt eadem ſit quæ primo viro defuncto, data fuit debem⁹
127 intelligere ex vi ſub rogationis eſſe cum eadem qualitate vt ſi primo fuerit æſtimata ea æſtimatione quæ fecerit emptionem eadem eſt repetenda quoad ſecundum virum ſi vero in æſtimata idem ſeruandum eſt intellige quando in ſecundo matrimonio nulla ſcriptura, nulla pactio, vel conuentio adfuit ſed nihil dictum eſt, cum hæc ſub rogatio ſortiatur eandem qualitatem ſunt iura vulgaria l. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſiquis cautionibus melior textus in l. 1. §. ſiquis ſub conditione. ff. vt legatorum ſeu fidei commiſſorum nomine caueatur.
128 Vtilius vxori erit dotem æſtimatam traddere viro æſtimatione, quæ faciat emptionem, quá æſtimatam vel ea æſtimatione, quæ non faciat emptionem propter periculum, & interitum propter hypothecas propter dominium reuocabile propter leſſionem ſi qua eſt contra eam etiam intra dimidiam, colliges has vtilitates ex adductis ab inſigni Barboſa in d. l. ſi æſtimatis ſi per totam lecturam. ff. ſoluto matrimonio alios quam plures referẽs, poſt Antonium Gomez in l. 54. Tauri ex n. 44. vbi bene loquitur, & cum reſolutionibus obſeruandis in iudicando, & cõſulendo cui eſt adendus Barboſa in d. l. ſi æſtimatis ſi ex n. 1. & ſequentibus.

Diximus de remedio vxori-
129 bus eorumq; hæredibus compe tentibus pro dote tacita, & coniecturis inducta, nũc vero opus eſt aliqua adducere contra dotes quæ ſola confeſsione inducuntur elapſis terminis à iure præſtitutis in l. in dotibus, & in auth. quod locum. C. de dote cauta, & non numerata, & incorpore vnde ſumitur cuius authenticæ tempora præiudicant ipſo iure eorumq; lapſus non ſolum marito, & hæredibus ſed etiam creditoribus eius, qui ve ab eo cauſam habent, & vxor fundatum ſuum ius habet ex lapſu prædictorum temporum, pro cuius articuli quotidiani explicatione

ne eſt, vidēdus plura adducens, & plene diſtinguens Cardinalis Tuſchus ſub littera D. concluſ. 749. & vltra eaque refert quæ confuſsionem præſtabunt ex adductis à noſtratibus, & quæ quotidie eueniunt ſunt prædicta intelligenda ſic.

130 Declaratur prædicta reſolutio non procedere quando creditores aſſumunt in ſe onus probandi dotem non fuiſſe à marito receptam, quia quocumq; tēpore etiam lapſis terminis de quibus in dicta authen. quod locum admitientur hæc eſt doctrina Baldicini, & Saliceti quos refert, & ſequitur Matheus de Aflictis deciſ. 402. n. 12. poſt gloſſam celebrem in §. 1. inſt. de litterarũ oblig. verbo ſcriptura, inquit enim Matheus de Aflictis, ſed bene ille, qui opponit non fuiſſe veram confeſsionem: quia non fuit ſoluta dos poteſt aſſumere in ſe onus probandi omni tempore ſecundum Salicetum in l. aſſeueratio. C. de non numerata pæcunia, aducit Barboſa in l. 1. 6 p. ff. ſoluto matrimonio n. 45. & 46.

Declaratur ſecundo, & limi-
131 tatur reſolutio dictæ authenticæ quod locum non procedere quando creditoribus non fuit nota confeſsio mariti dotis quā confeſſus eſt recepiſſe eamq; probabiliter ignorarunt: quia tunc habent reſtitutionem ex clauſula generali ſi qua mihi ſiue ſunt maiores, vel minores eaq; vti poſſunt; & implorare vt eis non præiudicet talis confeſsio dotis etiā ſi lapſa ſint tempora authenticæ prædictæ hæc eſt reſolutio Antonij Gomecij in l. 50. Tauri n. 52. verbo vnum tamen eſt; & poſteum Valaſcus conſultatione 6. n. 5. lib. 1. pro quibus, & probabili ignorantia de qua agimus ſunt ponderanda verba legis do
132 li exceptio. ff. de nouationibus ibi, qui in priuatis contactibus, & pactionibus non facile ſcire petitor poteſt, adde tamē prædictæ reſolutioni, & in actu practico obſerua circa tēpᵒ dictæ reſtitutionis eſſe ſeruādam regulam
133 textus in l. finali. C. de temporibus in integrum reſtitutionis petendæ, vt ſit quadrienium quod retenta reſolutione Gomecij, & Mathei de Aflictis, & Valaſci ſuperius citata curret à die ſcientiæ poſtquam creditores agere, vel excipere potuerunt ſciuerint
134 que dotem fuiſſe confeſsionatā inſtrumento vt ita loquar, non vero numeratam, ſufficietq; beneficium reſtitutionis ſimpliciter implorari, & virtualiter quādo abſq; eo id quod petitur obtineri non poſsit, ita Caldas Pereira
135 in l. ſi curatorem verbo læſis n. 168. & n. 51. quemadmodum quando minor petit rem ſibi reſtitui, & non poteſt obtinere aliter quam per reſtitutionen intel-

ligitur

ligitur petita reſtitutio Alexã.in rubrica.C.qui admiti quam Alexandri doctrinam nõ citauit Pereira vbi ſupra idem tenet Vincencius de Franquis deciſ.17. n. 20. & ita tenendum eſt in noſtro caſu quod eo ipſo quod creditores negent veritatem confeſsionis ſcripturæ dotalis, & petant ſibi ius,&iuſtitiam miniſtrari eo
136 ipſo videntur reſtitutionem ex clauſula generali petijſſe, nec omitam doctrinam Alberci in l. finali n.3.C. de temporibus in integrum reſtitutionis petendæ,& Mauricij de reſtitut. cap.48. qui tenent ex iuſta cauſa iudicem etiam quadrienio elapſo poſſe reſtitutionem concedere idem tenet Menchaca lib.1.controuerſiar um Maſtrium lib. cap.31. n.
137 25. sforcia odus de reſtitutione 3.p.q.19.n.82. quæ autem fuerit iuſta cauſa arbitrio iudicis relinquunt, videndus eſt etiam Ioannes Gutierrez lib. 4.Practicarum quæſtionum quæſt. 69. ex num. 41.

138 In noſtro caſu eam iuſtam iudicarem ſi ex iudicijs, & coniecturis probabilibus conſtaret dotem non fuiſſe numeratam, ſed ſimulatam cõfeſsionem eius fuiſſe veluti vt plerumq; fieri ſolet in hoc Indiarum regno pæcuniæ quarum receptionis fides per tabellionem in inſtrumento apponitur ab alijs vecinis cõmodatæ, & ad apparatum eſſent allatæ proſteaq; incontinenti reſtitutæ: quia non ſolum ratione reſtitutionis in integrum ex clauſula generali, ſed etiam ex vi oppoſiti, & probatæ ſimulationis confeſsio, & etiam fides numerationis quæ vera non fuit ſed fictitia creditores iuſtam,habent defenſionem contra dotem confeſsionatam, vel falſo dictum quod fuit numerata. Poſſem in huius rei comprobationem plura adducere quæ longo calamo de contractibus ſimulatis diſtinguens, & ſublimitans adducit Maſcardus concluſione. 446. & 448. lib. 1. Melior quo adſimulationem permiſsio ex his quas ego viderim eſt deciſ.48. Caualcani 2. p. n. 36. & 37. per eam omnem, & per deci.47.eadem p.2.ad quem recurrendum cum ſimulationis punctus ſe oferat in quolibet cõtractu.

Quod vero ad nos attinet, &
139 quando coniectura ſimulationis dotis, vel excludatur ex facto, & rei, & perſonarum qualitate eſt attendendus, & conſiderandus Tuſchus concluſione 751.ſub litera D.

Si promiſsio præceſsit,& po-
140 ſtea elapſo termino interuenit confeſsio dotis receptæ ex hoc vera probatio receptæ dotis inducitur videndus eſt Matheus de Afflictis dicta deciſ.402. Boerius deciſ.331. Tuſchus conclu. 749. n.15.quod procedet in præiudicium

cium creditorum regulariter niſi dolus,& fraus cõfeſsionis poſt
141 deuita contracta probetur inter ueniſſe, vel probabiliter præſumatur in quo plurimum operari debet, vt diximus iudicantis arbitrium regulare
142 tamen eſt confeſſionem dotis receptæ factam in fauorem extranei in inſtrumento publico ſtatim præiudicare marito hæredibus, & creditoribus eius, Vrſelius ad Aflictum deciſ.402. Molina Theologus de iuſtitia diſputatione.422.& nihilominus aſſumentes in ſe onus probandi in contrarium admitũtur ex Aflicto vbi ſupra numero 12.

Communiter autem oppoſitio mulierum, vel nuptarum, vel
143 viduarum quando ſunt creditores mariti, eſt etiam pro arris, in quo articulo frequentiſsimo, cũ à Doctoribus noſtri Regni non ſunt quæ expediunt explicata aliqua inſeram, & præcipuum aſſumptum erit an vxor pro arris reſpectu credictorũ habeat prælationẽ in bonis mariti ſicut etiá pro dote.

Circa quod eſt ſuponendum
144 in arrarum probatione, hoc eſt, ſi cabian en la decima parte de los bienes del marido. Et cui incubat onus probandi varia à noſtratibus dicta fuiſſe.

Prima fuit opinio Roderici in l.1.n.15 tit.2.de las arras, lib.5 fori Antonij Gomez in l.50.Tauri n.13. Couarr. lib.2. variarum cap.6. n.7. Matiézo in l.2.tit.2. Recopil.gloſ.2.n.9.lib.5. qui tenent vxori incumbere probandi onus non excedere decimam bonorum mariti.

Secunda fuit opinio Pelaez
145 Mieres de maioratu 1. p.q.52.n. 13.& 17. tenentis, quod ſi vxor arras poſsidet non incumbit, & neceſsitas prædicta probádi, ſed hæredibus mariti, & in hanc ſe inclinat nouiſsime Villadiego cap.7.Politicæ fol.240.n.18 vbi reſoluit cum Ayora de partitionibus ca.7.n.8.& arras ex bonis futuris conſtitui poſſe.

Altera eſt opinio ad allegan-
146 tes expectare, hoc eſt, quod ſi vxor intentionem ſuam fundet dicendum bona mariti quæ habuit tempore cõtracti matrimonij tot eſſe vt earum decima eſſet tanti valoris, vt ex ea ſolui poſſent promiſſæ arræ eiq; incumbat onus probandi, ſin vero contra hoc dicãt hæredes, neceſſariũ ſit vt probent; cuius opinionis fuit Valdes ad Rodericum Suarez in dicta l.1. de las arras.n.15. reprobando Rodericum Suarez: & allegans Couarr. dicto cap.6. n.7. Ayoram.1.p.cap.7.n.27.28. & 29. Matienzum ſupra citatum Balla.de non melioriandis dotis ratione filiabus, c.36.n.12. Gutierrez de iuramento, cap.1.n.21
147 Quod etiam hac reſolutione retenta obſeruandum eſt; quando

arræ

arræ ſunt promiſſæ ex decima parte præſentiem vel futurorum bonorum mariti: quia ad allegã tes pertinet, & incumbit neceſsitas probandi.

Quarta, & vera opinio no-
148 ſtra erit, quod ſi vxor, vt communiter fit habeat pro ſe confeſsionem mariti, & ſcriptura dicat, os mando mil ducados de arras (vel alia quantitate) los quales confieſſo que caben en la decima parte que tengo de mis bienes al preſente, y ſino cupieren en los que adelante tuuiere y adquiriere, tunc æquidem nõ incumbit onus probandi vxori ſed hæredibus, vel creditoribus mariti, tutaque erit vxor cum mariti confeſsione tempore habili facta nec amplius probare tenetur ad obtinendum in ſolutione quantitatis ſibi ex dicto titulo promiſſæ: quia confeſsio
149 eſt probatio probata, & melior probatio, quæ fieri poteſt, & quæ ſtatim præiudicat Alex. cõſ. 127. viſſa inquiſitione lib. 4. & eſt expreſſa lex cũ te. C. de trans, cum adductis à Iaſone poſt alios late ibi, & à Cardinali Tuſcho ſub littera C. concluſio. 645. ex numer. primo tum etiam; quia communiter eſt in inſtrumento
150 publico quod probat contra confitentem etiam in fauorem abſentis. l. deſiderium. C. de poſ ſiti, Maſcardus concluſ. 360. vbi vide.

151 Contrarium erit dicendũ vbi confeſsio prædicta facta fuiſſet conſtante matrimonio in fauorem vxoris, quia regulariter præ ſumitur ſimulata, & fictitio cum ſit inter perſonas prohibitas. Baldus in l. 1. C. de donationib. ante nuptias Bartol. per textum ibi in l. qui teſtamentum. ff. de probationibus, Paris conſ. 86. n. 32. 1. p.

Quo quidẽ caſu, hoc eſt, quã do poſt contractum matrimonij fuiſſent promiſſæ arræ, vel declaratum vt melius dicamus antea promiſſas fuiſſe, & decimam bonorum cõtinere vxori incumbet probatio retinerique debet, & obſeruari in praxi Roderic. Suarez reſolutio, & cũ ſequentium quã ſupra retulimus n. 144.

De prælatione vero arrarum vxoris competenti inter creditores magna controuerſia eſt, quæ non paruam anſam dedit iudicibus, & cauſidicis dicemus infra in tertia parte huius legis cum de concurſu creditorum ex cauſa lucratiua agamus.

Redeundo ad dotem à qua
152 digreſsi ſummus aliquas conſtituam vtiles reſolutiones, & notabiles.

Prima erit dotales res mobiles poteſt maritus libere alienare, quia in eis nulla repetitur lex, quæ prohibeat earum alienationem, vt collitur ex l. finali. C. de ſeruo pignori dato manu-

miſſo, & traddit Azo. in ſumma. C. de fundo dotali Barboſa in l. vſufructu 58. num. 34. ff. ſoluto matrimonio, poſt gloſſam primam in principio inſt. quibus alienare licet vel non ſaluo tamé iure hypothecæ vxoris ſi maritus vnde ſoluat doté receptam non habeat non tamen habebit vendicationem: quia maritus libere alienare poteſt rem mobilem dotalem, vt concluſsimus.

153 Secunda reſolutio pro mulieribus vtilis erit dos acceptilato, repeti poteſt, ſicut dos data Bartolus in l. penultima. ff. ſoluto matrimonio in §. ſi vero vbi ponit Bartolus quæſtionem quotidianam, & frequentiſsimam; quam vt ſoleo gratia iuuenum vulgari noſtro idiomathe referam, & vt omnibus communicari poſsit, otorga vn marido carta de dote, diziendo a recebidola en eſcritura a parte, obligaſele el padre, ò vn eſtraño

154 a enterarle la cantidad de la dote, ò parte della a plazos; conſta no auerla cobrado; dudaſe, ſi al tiempo que ſe diſuelua el matrimonio; ò la muger eſte en caſo de repetir ſu dote, ſi à de ſer el marido compelido a enterarla corriendo rieſgo en la dote que ſe le dio, ò ſi cumple concederla y eſſo ſe à pe tener por reſtitucion, que ſatisfaga a la dote por el otorgada. Reſuelue Bartulo, en el lugar citado, que cumple ſin duda, dando la ceſſion de la obligacion, que ſe le hizo por el eſtraño, y con eſſo ſatisfaze; y en el fideicommiſſo licet cum aliqua dubitatione, quod in vtroque caſu verum crederem ſi mora culpabilis marito in exigendo debito non poſsit imputari: quia ſi eius mora interuenit ei debet

155 eſſe nociua iuſta regulam iuris, & traddita per Barboſam per textum ibi in l. ſi mora 10. ex numero primo, & ſequentibus, & numero 105. ff. ſoluto matrimonio, vbi comprobat imputari creditori culpabilem negligentiam, & dilationem in exigendo, quæ mora eſt creditoris, itaque ea non interue-

156 niente in caſu de quo agimus ſatisfaciet maritus cedendo nomen ſibi obligatum pro dote patris vel extranei, nec tenebitur ad ſolutionem debiti ex dicta cauſa quamuis dotem accepto tulerit mediante præ dicta obligatione, & ſic venit declarandus Bartolus, nec hunc caſum ita expreſſe reſolutum apud Barboſam inveni quod mirum non eſt cum non legerit dictum. §. ſi vir legis penultima. ff. ſoluto ma monio.

157 Tertia reſolutio erit etiã per modũ quæſtionis à præcedẽti pẽdens an ſi dotẽ nõ exegerit maritus cõtra cũ habeat recurſũ vxor pro dote ſibi ſoluenda in quo diſtin-

diſtinguẽdum cum his quæ trad dita ſunt à Iurecõſulto Vlpiano in l. ſi extraneus 33. dum inquit: recte itaque Sabinus diſpuſſuit vt diceret quod pater, vel ipſa mulier promiſſerit viri periculo
158 non eſſe quod debitor viri eſſe periculo traddit Baldus nouellus de dote.8.part.priuilegio 14. differentia huius caſus, & reſolutionis à præcedente, & diſtinctione moræ quam conſtituimus eſt, nam in præcedenti caſu fuit accepto latum à marito, quo caſu vt diximus dos accepti lata repetitur ſicut dos data in noſtro vero, & in l. 51. extraneus non fuit accepti latio ſed promiſſo atque ideoſeruanda erit diſtinctio
159 dictæ legis ſi extraneus, & in præcedenti conſiderari debet an mora interuenerit qua interueniente maritus non ſatisfaciet cedendo nomen patris, vel extranei ſibi obligati poſt acceptilationem mora autem non interueniente ſufficiet cedere nomen retenta Bartolij doctrina, nec hæc reſolutio ſi ad eam attendas repugnat diſtinctioni dictæ legis ſi extraneus, quæ loquitur in promiſſione dotis ſine acceptilatione mariti inquo periculum nominis patris vel promiſſæ dotis ab vxore non imputatur marito.& ſi dote non exigat: à patre vel vxore ſecus ſi cum extraneo, quem libere conuenire potuit negligens fuerit: quia hoc imputatur marito nec vxori eſt imputandum.

160 Quarta reſolutio erit vxorem in rebus dotalibus extantibus præferendam anterioribus, & poſterioribus creditorib9, quod etiam procedet quando dos fuit æſtimata; & agit in ſubſidium vxor ex generalitate textus in l. in rebus. C. de iure dotium traddit Nouelus de dote.11.parte.§. habeat num. decimo Aretinus conſ. 32. Barboſa in ſexta parte legis primæ. ff. ſoluto matrimonio.

161 Quinta, & vltima reſolutio circa dotem erit eius hypothecam currere à die promiſſionis factæ marito ſi ſtatim ſub ſequatur matrimonium,& poſtea maritus receperit ſolutionem: quia à retro trahitur ad diem promiſſionis notatur in l. aſsiduis. C. qui potiores in pignore habentur Paulus Caſtrenſis conſ. 294. 1. p. dixi ſi ſtatim ſequatur matrimonium: quia eo non ſequuto
162 non fit rectractatio ad diem promiſſionis ſed ad diem matrimonij contracti declarat magiſtraliter Neguſancius de pignoribus, ſecunda parte, quarto membro. num. 79. vbi inquit quod ſi maritus poſt inſtrumentum dotale ante tamen contractum matrimonium contraxiſſet aliqua de-
163 bita cũ alijs creditoribus cũ hypotheca expræſſa mulier nõ præfertur talibus creditoribus, ſed

bene præferetur creditori, qui contraxiſſet poſt matrimonium, & promiſsionem dotis ante ſolutionem eiuſdem dotis, & idem dicit ſi dos fuiſſet ſoluta tempore ſponſaliorum: quia illo tempore non erat dos ratio potiſsima in dictis duobus caſibus: quia fuit in poteſtate mariti cõtrahere vel non matrimonium poſt promiſsionem, & ideo ante illud contractum ſolutio non retro trahitur. l. 1. in fine. l. po-
164 tior. ff. qui potioris in pignore habeantur. l. titius. ff. quæ res pignore l. 27. tit. 13. part. 5. in finalibus verbis Bartolus eleganter, & magiſtraliter loquutus in dicta l. 1. quem explicat Neguſancius de pignorib. ſecunda part. 4. membro. num. 77. & ſequenti Decianus reſponſo 11. ex num. 76. Barboſa in l. 1. ſoluto matrimonio 3. p. ex n. 33. Clarius Laſarte de decima venditionis cap. 5. n. 18.

Propter dotem non ſolutam
165 maritus non poteſt vxorem expelere à domo ſua, eſt hæc veriſſima, & tenenda reſolutio dignaque pietate Chriſtiana, & ideo eam tuetur eleganterque defendit pius, & doctiſsimus Præſes Couar. de ſponſalibus. 2. part. cap. 7. in principio Pedemõtana deciſ. 132. num. 18. Baſca de non meliorandis dotis ratione filiabus cap. 32. numer. 21. quidquid dicant Franciſcus Marcus deciſ. 732. num. 4. ſecunda part. Petrus Gregor. ſyntagmatum iuris vniuerſi lib. 9. cap. 19. num. 3. ex noſtratibus Palacios Ruuios in cap. per veſtras. 3. notabili de donationibus inter virũ, & vxorem columna 2. & ante eos eſt doctrina originalis gloſſæ in authent. de non eligendo ſecundo nubenticim verbo onera cuius, & cæterorum huius par 166
ti opinio tenenda non eſt, ſed Couarrub. & Matienzus cum ſequutus in rubrica de matrimonio lib. 5. Recopilationis num. 91. quem varians, & vacilans om miſsit allegare Barboſa, hunc articulum quaſi in deciſſum ſub in volucro relinquens in l. 1. 3. p. ff. ſoluto matrimonio nu. 55. & 56. eſt enim contraria opinio crudelis, & matrimonij ſancti naturali, & diuino conſortio obſtans & obians, & non diſsimilis ab
167 alia in pia reſolutione eorum, qui tenuerunt cadauer debitoris poſſe detineri propter debita ad inſtantiam creditorum, qui habent inſtrumenta guarentigia liquida quod tenuerunt Hypolitus in l. vltima n. 64. ff. de quæſtionibus Angel. in auth. vt defuncti ſeu funera corũ. §. 1. colatio. 5. Didacus à Segura in l. ſi ex ligati cauſa num. 73. ff. de verborum oblig. à quorum in iuſta opinio ne recedit, alios, pro parte negatiua plurens referens Doctor Didacus Spino Magiſter quondam meus

meus in ſpeculo teſtamentorum gloſſa ſecunda principali de electione ſepulturæ num. duodecimo.

Si igitur reſolutio hæc, vt in-
169 humana, & à Christiana charitate aliena reprehenditur; non minus forſam increpari, etiam debent, qui propter dotem non ſolutam viro licentiam præſtant vt vxores diuino, & humano iure conſortes expelant diuinamque vt ſic dicam cohabititionem, & ſocietatem propter intereſſe pæcuniarium diuidere intendant; & iniuſte perturbent. Hæc omnia in his duobus caſibus retuli, & conſtanter aſſeuero: quia ſemper mihi viſum fuit prope delirium nefaſque, in actu practico, & conſulendo, talia proponere contra charitatis rationem, & ne de inceps aliquis tam abſornum conſilium præſtare audeat litibuſque ſcandalo plenum in hiſce, & ſimilibus caſibus: quia abhortent ab humano ſenſu ex eiſque plura damna oriuntur, & ſic caue.

170 Pro complemento huius ſecundæ partis eſt prænotandum quod non ſolum poterit ſe opponere vxor pro dote executioni factæ in bonis mariti ſeu etiam pro paraphrenalibus bonis ſuis, quorum hypotheca abſ-

que prælatione tamen incipiet, currere à die quo recipit talia
171 bona maritus, & erit tacita à iure inducta probatur ex l. finali. C. de pactis conuentis. l. vbi ad huc. C. de iure dotium, vbi gloſſa verbo ſuppoſitas l. 27. titulo primo part. quarta notat Gregorius Lopez in l. vigeſima tertia tit. decimo tertio part. quinta gloſſa ſecunda: & quod
172 ſit hypotheca ſine prælationis iure tenet gloſſa in l. ſi ego 10. verbo condici. ff. de iure dotiũ cremenſis ſingulari 145. de cuius conſ. 521. Neguſantius de pignoribus 4. membro. 2. partis num. 63. Gregorio Lopez in l. 17 tit. vndecimo part. quarta gloſ. penultima Gutierrez de iuramento confirmatorio 1. parte, cap. 46. num. 2. Barboſa in l. 1. 3. part. ff. ſoluto matrimonio numero trigeſimo primo vbi reſoluit hanc tacitam hypothecam eſſe ſine prælatione, & tradit tametſi ſine certa reſolutione à quo die incipiat currere hanc tamen obſeruandum eſt eſſe à traddiitionis die de quo articulo latius, & cũ diſtinctione agemus in 3. p. huius legis ſtatim ſequenti.

## TERTIA NOSTRÆ legis pars ibi: O otras perſonas, no ſe mande dar informacion ſumaria, ſino que reciban luego a prueba con termino ordinario a los opoſitores por via ordinaria.

173 IN HAC TERTIA legis noſtræ parte agam de creditoribus, qui ſe opponũt executionibus ab alijs creditoribus petitis quæ eſt frequens, & quotidiana materia omitens illos, qui prætendunt ius in re in qua executio facta fuit prætendentes bona executa tũ ſua propia eſſe; ſunt enim à pluribus plura dicta tan de iure communi quam à noſtratibus maxime à Couarr. in practicis cap. 13. 14. 15. & 16. & cum claritate à Ioſepho Ludouico deciſ. 25. & alios plures, qui paſsim de hoc agunt.

174 Circa propoſitum noſtrum, quo ordine ſint creditores præferendi eſt recurrendum ad Caſaneum in Cathalogo gloriæ mundi duodecima parte conſideratione 99. vbi omnes caſus, qui cõtingere poſſunt per regulas, & limitationes compilauit optime & cum bona reſolutione; & etiã eſt recurrendũ ad Ioannem Matienzo in l. 7. tit. 16. lib. 5. Recopilationis gloſ. 5. poſt Neguſantiũ Strachum, & Ripam, quos citat & hæc remiſsio Matienzi eſt cõpendioſa, & vtilis hoc addito in eo quod aſſeuerare intendit n. 2. nullis creditoribus præferri impenſam funeris: eſt cõmuniter reprobatus Matienzo, vt reſoluit Flores Diez de Mena Practicarũ quæſtionum quæſt. 6. nu. 11. & poſt eundem Matienzum hunc ordinem prælationis adducit Felicia de Solis lib. 3. cap. 5. per totum, & in eius addicionibus ad hoc caput, & per vndecim quæſtiones, & poſt eum Velazquez de Auendaño de cenſibus cap. finali per totum, qui venit taxãdus in eo quod dixit nu. 11. ver.
175 ſecundo limitatur, ipſe voluit reprobare Matienzum tenentem ſcripturis publicis, quæ ſolá confeſsionem continent præferendas eſſe illas in quibus de numeratione conſtat tametſi poſteriores ſint: nam quidquid dicat Auendaño, & quos refert praxi, ſemper obſeruata fuit reſolutio Matienzi, & merito; quia eſſet magnum inconueniens aſtringere creditores, vt numerationem, vel tradditionem probarent in venditionibus locationibus mutuis, & alijs contractibus, vbi ſtatim confeſsio præiudicat, vel ex interualo poſt tempora à iure præſtituta

præſtituta maxime in longinquis partibus, & remotis, vel propinquis cum regulare ſit confeſſionem de recepto in non prohibitis ſtatim præiudicare, iuſta vulgatiſsimam legem generali-
176 ter. C. de non numerata pæcunia cum ſimilibus nec hoc ad cõtrahentes ſolum, ſed ad alios, quoſlibet creditores poſteriores; eſt extendendum, & intelligendum & hoc iure vtimur, nec contrarium vnquam vidi receptum tametſi quam plures creditorum lites in voluerim, vt aſſerit Felicianus de cenſibus lib. 3. prima parte cap. vltimo num. 23. vbi inquit praxi receptam Marienzi reſolutionem, veriſsimumq; teſtatur, & à quo non licet recedere in iudicando, & conſulendo.

177 Et eſt regulare renuntiationis in inſtrumẽtis inquibus cõtrahẽtes ſe obligant ſtatim eis præiudicare, vt poſt alios, quos allegat reſoluit Ioannes Gutierres hanc partem ſequutus lib. 2. Practica. quæſt. 40. illud limitans num. 3.
178 in caſu legis ſecundæ. C. de reſcind in fœminis ruſticis, & minoribus, in quibus requiritur, vt renuntiatio fiat ex interualo, idem in enormiter læſſo vt comprobat lacius idem Gutierrez de iuramento confirmatorio cap. 26. n. 3. & 7. quod ne te decipiat iſta reſolutio reſtringe ad caſum de quo loquitur ſi licet in renuntiatione læſsionis facta à venditore vel emptore, quæ præiudicat in inſtrumento eodem appoſita niſi in minore ruſtico, & fœmina, vel enormiter læſſæ; ergo in alijs eis præiudicabit, & in cæteris contractibus omnibus
179 ex ratione textus in l. generaliter citata, cum concordantibus quo fuit apatij ſine diſtinctione eſſe iudicanda inſtrumenta obligationis quæ vulgus appellat cõfeſsionata, & illa in quibus de numeratione conſtat, vt quæ confeſsionem ſolam, & hypothecam continent præferantur, ſi anteriora ſint cæteris quæ fidem vel probationem extrinſecam numerationes continent ſi tamen ſimulatio confeſsionis, vel quid ſimile aduerſus confeſsionata inſtrumenta probatum non ſit ſine dubio præferenda erunt ſi à Valentibus contrahere, & abſq; prohibitione legum inſtrumenta confecta ſint, his ſic conſtitutis accedamus ad aliquas vtiles reſolutiones.

Inſtrumentum hypotheca an-
180 terius præfertur poſteriori, etiã ſi anterioritas, & antiquitas vni° horæ ſit, etiam ſi ſit priuatæ perſonæ, contra fiſcum vt per gloſſa in l. ſi ex pluribus. §. finali. ff. de ſolutionibus ex textu in l. ſi fundis. §. ſi duo. ff. de pignoribus
181 traddit Marcus Antonius Peregrinus de iure fiſci lib. 6. tit. 6. n. 35 vbi ex Negolancio concludit

quod prioritas etiam in vno pũ-ctó atenditur, reſoluit Feliciano de Solis lib. 3. de cenſibus cap. finali n. 16. vbi inquit atendẽdum
182 etiam eſſe ordinem hypothecæ contractæ in eadem met ſcriptura vt is præferatur cui prius bona ſunt obligata, & quod in caſu dubio illa ſcriptura præſumatur priorque in libro notari præcedit.

Si autem non appareat de anterioritate, & duo inſtrumenta publica concurrunt eiuſdem dici, & datæ in concurſu creditorũ debent pro rata præferri, & ſolutio fieri creditoribus, qui talias inſtrumenta præſentat. Quod colliges ex Marciani Iuriconſulti reſponſo licet obſcure aliquãtulum in l. ſi fundus 16. §. ſi duo. ff. de pignoribus quem textum allegat pro revendita duobus eodem tempore, vt intelligatur pro rata Gregor. Lopez in l. 50. tit. 5. p. 5. gloſ. 2. & eſt Baldi conſilium 254. incipit licet allegationes lib 2. vbi inquit proponitur ſi eadẽ die appareant duo inſtrumenta vnum liberationis ad debitorẽ, alterum ceſsionis adeuẽdũ extraneũm, reuocatur in dubiũ quod iſtorum præſumatur præceſsiſſe inquit, quando tales dubitationes emergunt potior eſt cauſa poſſeſſoris.

Cum hac reſolutiones debemus tranſire in caſu inquo loquitur Baldus, & in alio quolibet vbi adeſt poſſeſsio ſi appareant inſtrumenta duo eadem diæ cõfecta, vt propoſſeſſore iudicetur l. ſi debitor. ff. de pignoribus, & in beneficialibus adducit plura Tuſchus ſub littera D. concluſ. 21. in noſtro vero caſu prælationis, & concurſus creditorum, cũ duobus inſtrumentis publicis debiti eſt ſolutio ò facienda pro rata ſi non probatur antiquitas alicuius ex his duobus ex d. §. si duo fiſco excepto, qui venit præferendus Peregrinus de iu. fiſci lib. 6 tit. 6. n. 22. & dote Barboſa in l. 1. ff. ſolut. matrimon. 2. p. num. 4.

138 In creditorum concurſu, illi, qui ſunt creditores certæ negotiationis, vel ſocietatis præferuntur in rebus, & bonis ſocietatis, vel negotiationis, cæteris creditoribus, quantũuis anterioribus de quo eſt conſilium 184. Petri de Ancarrani licet contrarium teneat Paulus Caſtrenſis conſ. 286. viſis, & ponderatis colum. 3. Doctores hos conciliat Cardinalis Tuſchus vidẽdus 2. tomo ſub littera C. concluſ. 1058. ex nu. 1. partem affirmatiuam, vt tutiorem, & veriorem ſequi debemus.

184 Vtilis, & quotidiana quæſtio eſt an nautæ pro ſuo perſonali ſeruitio in naue, & eius valore cæteris creditoribus præferentur, & in penſionibus nauis quas vulgo fletes decimus diſpu-

tat

tat Stracha in tractatu de nautis, nauibus,& nauigijs vltima parte ex n.1.

185 Pars affirmatiua æquitatem maximam continet,& in iudicãdo obſeruanda erit, ratione textus in l. huius. ff. qui potiores in pignore habeantur, & licet in puncto iuris hoc non ſit expræſſum, obtinet ratio textus in l. galus.§.& quit ſi tantum.ff de liberis, & poſtuimus.ibi: Hi enim caſus, & omnes, ex quibus ſuus hæres poſt mortẽ ſi licet à vi naſceretur non pertinent ad legem vel eam, ſed ex ſentẽtia legis vellæ, & hæc omnia admitẽda ſunt vt ad ſimilitudinem mortis cæteri caſus admitendi ſunt. Vnde ex ratione, & ſententia conſulti in l. interdum,& in dicta lege huius quidem pæcunia ſaluam fecit totius pignoris cauſam infero in caſibus ſequentibus deberi prælationem.

186 Primo nautis in naue, & mercibus in ea vectis ſecundus famu

187 lis in rebus, inquibus operati ſunt, & laborem ſuum applicarunt tertio in artificibus; que ſon los oficiales, y maeſtros de las obras, de caſas, heredades, y

188 cortijos, y en los que fabrican las naos, ò calafates; y en los Indios en eſte Reyno, por ſus jornales, en los metales, q̃ de las minas ſacaren; en los mayordomos de las viñas, y heredades, en los frutos, y trigo dellas; y en el precio de ellas miſmas, todos tienen prelacion in rebus, inquibus operam adhibuerunt,& in precio earum en concurſo de acreedores, para que en todas las coſas dichas, ſeã preferidos por lo que monta ſu trabajo, quod ſummam æquitatem habet ex ratione, quam adduxi,& quotidie allegare ſoleo, cui addas ea quæ adducit Felicianus, dico pro æquitate conſide-

189 randa. 2. tom de cenſibus cap. 5. num. 12. vbi id extendit ad hoſpitem pro hoſpicio. Cuſtode laboratore,& alimentario pro alimentis ſeruorum in eorum valore poſt Borgninum Caualcanum deciſ.5.2.p.n.9 18.& 19. Decianus conſ.108.lib.2. n.23. eius tamen dictum ſimpliciter non credo verum quatenus aſſeuerare intendit famulum habere priuilegiatam hypothecam: quia non intelligerem niſi in caſibus prædictis vbi adeſt exiſtentia rei, vel fructum inquibus colligendis operam adhibuit, vel laborem in re vinea, vel fundo ſeruando, quia tunc quaſi ex vi refectionis præferendus in ea re erit cæteris creditoribus,& non in alijs ex ra-

190 tione,& inductione textus in d. l. huius,& in l. prætor ait.9 §. his verbis. ff. de bonis auth. iudicis poſsit, nam hypotheca non inducitur niſi in caſibus à iure expræſſis Ripa in l. damus n.9. ff. de priuilegis creditorum Surd. deciſ. 271. Gaſpar Rodriguez de anius redd.

redd. lib. 2. q. 19. n. 7. Muñoz de Eſcobar de rationis cap. 34. n. 13 & in his caſibus non datur hypotheca, ſed priuilegium antellationis ex ſumma æquitate quod ſuperat hypothecas, & omnes in ipſa re idem dicendum eſt de expenſis tabellionis, rellatoris, vel notari, vt hæc ante omnia pro proceſſu confecto ſoluantur. Y
191 que no tengan concurſo; ſino q̃ ayan de pagarſe delos bienes del deudor, embargados, ò ſobre que ſe litiga ante todas coſas; porque ſon en beneficio de ſus acreedores, y cauſa, ſine qua non ellos, ni alcançaran ſentencia para la paga de ſus deudas, ni pudieran cobrarlas, ni el vencedor ſacar el pleyto de la coſa litigada, ora ſea actor, ò reo: y aſsi todas eſtas coſas deuen anticiparſe y ſatisfazerſe primero, que coſa alguna del precio de la coſa; y aſsi ſe à praticado juſtamente. Pro quibus faciunt adducta per Ioannem Garciam de expenſis cap. 1. num 16 in fine, qui loquitur, quo ad retentionem, quæ iuſta eſt in laboratore, & conductore colono, & partiario, qui laborauit in re, & eam quovſq; ſibi ſolutio fiat retinere poſſunt, vt reſoluit bene Caualcanus deciſ. 49. n. 15. in prælatione autem obſerua idem quod tenet Ioannes Garcia dicto n. 16. in eadem met re exiſtente non in alijs rebus: quia non adſunt in eis dictæ rationes, & eſt ſtandum regulæ actionis perſonalis, ne vniuerſum ius vniuerſaque iuris prudẽtia, cõfundatur his æquitatatibus ſine cauſa.

Itaq; tres ſunt conſtituendi caſus, ſeu reſolutiones, prima erit
192 in expenſis fructum, & in adminiſtratione hæreditatis, vel cuius libet rei: hæc enim ante omnia ſine concurſu ſunt deducendæ, & ſoluendæ, ſeu compenſandæ; probat textus celebris in l. vbi pure 19. §. qui in diſtrahendis. ff. ad trebeleanum cuius verba ſunt Qui in diſtrahendis conſeruandis ve rebus hæreditatis ſumptus factus eſt imputari hæredi debet Et ibi Bartolus, Paulus, & Alexãder, quod eſt Ripam ſequitur, & allegat videndus Marcus Antonius Peregrinus articulo 50. ex num. 7. in tractatu de fideicom-
193 miſsis quæ qua ad impenſarum diſtinctionem eſt melior remiſſio, quam ego viderim. Et nu. 10 inquit item impenſæ factæ in diſtrahendis rebus hæreditatis cum iure vendi poſſunt in Gabellis proxenetis ſub baſtationibus notarijs, & huiuſmodi precium minuunt, & de precio ſub ducuntur, ex dicto §. qui indiſtrahẽdis, & quod Iuriſconſultus inquit imputandum hæredi hoc eſt hæreditati reſtituendæ ſic parimodo in qualibet re adminiſtrata adminiſtrationi ipſi imputari debent dicti ſumptus, aut ante omnia

nia deducantur, y tanto menos ſe à de reſtituyr al heredero, ſiédo bienes hereditarios, ò ſacanſe ante omnia, y por el conſiguiẽte en qualquier adminiſtracion; porque eſſo que ſe deue por razon de gaſto, y ſumpto, y expenſa, ay menos de hazienda. Vt optime reſoluit Caualcanus deciſ. 44.n.15. quo ad caſus ab eo relator Ioannes Garcia cap. 1. ſupra citato de expenſis num. 16. in fine.

Secundus caſus eſt in ſalario
194 propter laborem debito, conuẽtione præcedente, vel non, tunc æquidem ante omnia eſt deducẽdum ex valore rei adminiſtratæ, vt prædiximus, vel eius in qua opera labor, & induſtria fuit adhibita comprobatur ex ratione textus in dicta l. huius, & adductis bene à Muñoz de Eſcobar de rationis, c.9.n.76.& à Caualcano dicta deciſ.44.n.16.& Ioannes Garcia dicto cap.1.n.15. ponit vtilem quæſtionem Eſcobar dicto n.76. an inſtantibus creditoribus creditor, qui inuentariũ
195 conferit teneatur eis fructus reſtituere hæreditatis, & reſpódet cũ diſtinctione, vt nõ teneatur ſi eos percepit ante motam litem de pleyto de acreedores, vel executiones petitas quod etiam intelligerem in perceptis, antes de auer embargo de bienes, ſecus vero ſi poſtea in aliquo ex caſibus præcedentibus: quia tunc
196 omnes fructus à die quo inſtarunt creditores perceptos in libro rationum deſcribere debebit hæres pro ſatisfaciendis creditoribus, veluti, quilibet alius adminiſtrator, & procultura, & cura, & adminiſtratione congrũ illi ſalarium erit præſtandum quod procedet omne debitum eiq; eſt præſtandum ex re ipſa, & hæreditate adminiſtrata cum alias diceretur eſſe in damno nec in eo præſtando iudex debet
197 eſſe parcus, ſed magnificus, & ſplendidus, quam diſtinctionem colligata ex l. 1. C. de petitione hæreditatis quam ad litteram refert. Itaq; ſalarium adminiſtrationis ſemper debet eſſe præcipuum, & ante omnia ſoluẽdum, vt caſu ſine quo bona, & fructus non eſſent, vel minus idoneæ cõſeruarẽtur, & in rationibus computandum, & compenſandum; y ſi por el el adminiſtrador ſe alcança ante omnia eſt ſoluendum ex re ipſa, quam adminiſtrauit, vt dixi idem extenderem in operis artificum in valore demus quæ venditur pro dote, vel creditoribus ſoluendis, licet repugnet habere hypothecam priuiligiatam dos contra tacitas anteriores, ſaltem, quo ad retentionem eiuſdem rei donec expenſa operis ſoluatur ex Ioannis Garciæ reſolutione dicto cap. primo n. 16.

Quod ſi replices hanc eſſe actionem

tionem perſonalem cuius non ſit concurſus cum hypothecaria, imo etiam ſi fiat compenſatio ab adminiſtratore negotiorum geſtore tutore ſocio mandatario & inſtitore ſeu alio quolibet nõ
198 eſſe adminiſtendam in præiudicium creditorum, qui hypothecam habent quod comprobatur ex adductis à Gaſpar Rodriguez de annius redditibus lib. 2. q. 19. num. 2. & per eum traddita (nec allego plures, & plura: quia apud eundem inſpici poſſunt:) quia reſpondetur hoc procedere in
199 compenſatione facta extra cauſam adminiſtrationis ſecus vero intra limites ipſius met cauſæ cũ iure, & æquitate exigente ſine concurſu ex re ipſa, & propter ipſam hæc fiat non ſolum ad cõpenſandum ſed etiam ad petendum antequam reſtitutio fiat ex dicta l. vbi pure. 19. §. qui in diſtrahendis. ff. ad rebelionum cuius inductionem quo ad retentionem donec ſolutio fiat, & cæterarum legum, & rationum quas infra referam applicare poteris, al ſaſtre por la hechura del veſtido, y à otro qualquier trabajador; al platero por la labor de la piedra precioſa: quia in his non ſolum refectionem ſed conſtructionem habent, & in propoſito de quo agimus non minor eſt cauſa creditorum, vt eam vineant, & ſuperent prædicti, quã
200 fideicommiſſarij, qui aduenićte reſtitutionis die, Dominus eſt, & dominium vendicat hæreditatis hoc addito, vt expenſas ſoluat inquibus in noſtro caſu vbi dominium non adeſt, ſed obligatio reddendæ rationis, vel rei reſtituendæ eſt ſatisfaciendus labor adminiſtrationis operæq; adhibitæ, & ante omnia ſalariũ eius deducendum, idemq; ſeruãdum in cæteris exemplis, quæ dixi, quo ad retentiones rei, in qua labor eſt adhibitus donec merces eius ſatis fiat, & prælationem in precio eiuſdem ſi eadẽ res à operario, & laboratore tradatur vt eius venditio fiat argumento rationis adductæ à Conſulto in l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſſationibus ad quod eſt etiam ponderandus textus celebris pro hac neceſſaria compenſatione, vel retentione à nemine, quem viderim adductus in hoc propoſito in. §. in bonæ fidei inſtituta de actionibus.

Cuius verba referam: In bonæ fidei iudicis libera poteſtas permititur iudici ex bono, & æquo æſtimandi quantum actori reſtitui debeat, in quo, & illud continetur, vt ſiquid inuicem præſtare actorem oportet. Eo compenſato in reliquum is cum quo actum eſt debeat condemnari, (& infra) ſed noſtra conſtitutio eaſdem compenſationes, quæ à iure aperto nituntur latius introduxit vt actiones ipſo iure

minuant

minuant, ſiue in rem, ſiue in perſonam, ſiue alias quaſcumque ex-
201 cepta ſola depoſiti actione. Hactenus Iuſtinianus, cuius mentem, & verba facile aplicauis ad adminiſtratorem pro neceſſaria ſui laboris compenſatione, & ibidem Ioannes Faber optime loqoutus ex n. 1. vſque ad ſextum, itaque eadem æquitas ſubeſt, in caſibus, dequibus loquimur, & cum his à iure non ita clare ſunt expræſsi recurrendum eſt ad ſententiam Iureconſulti in l. non poſſunt 12. iuncta lege ſequenti. ff. de legibus.

Excipe in prædictis, & ſequēti caſu dominum fundi, qui in fructibus eius præfertur omnibus creditoribus pro mercede ſibi à colono debita, ex l. 25. tit. 21. lib. 4. Recopilation. ibi: Sean preferidos por ſu renta a otros acreedores, de qualquier calidad que ſean; nec excipitur dos, nec fiſcus nec refectionis labor poſt dominum ſine dubio præferrem ex maxima æquitate in fructibus, al mayordomo, ò aperador, y labradores que los beneficiaron, y cogieron por ſu trabajo, y ſin concurſo ſe le mandarà pagar, ex inductione etiam text. in d. l. huius. ff. qui potiores in pign. hebeantur.

Ex quibus deducitur tertia cōcluſio ſeu reſolutio ad tabellionum ſeu relatorum ſalaria alimentarijs hoſpitem, & laboratorem in eadem re inqua laborauit, & alijs adductis à Feliciano loco ſuperius citato: nam quæ differentia erit inter mutuātem ad refectionem, vt prior ſit cæteris ſi eius pæcunia res fecta eſt, & inter adhibentem operam, laborem, & induſtriam, vt illius admitatur, prælatio huius excludatur ſatisfactio, vel vltimo loco conſtituatur quod diſtare non ſolet ab excluſione quando debitoris bona non ſuperunt vnde quæ diximus præ cæteriſque vſque adhuc ſcribentibus, docemus, conſtituenda obſeruandaque ſunt vt vera pro quibus licet non cum iſtis rationibus, & reſolutionibus faciunt adducta per Cephalum conſ. 762. num. 29. & 32. volumine 5. Ioannes Garcia dicto cap. 1. de expenſis num. 15. Caualcano deciſ. 44. num. 16. & Laſarte de decima venditionis cap. 16. num. 1. & 2.
202 locutus quod atinet ad diminutionem alcaualæ propter expenſas rei venditæ que ante omnia deducuntur, & diſtinguit inclinans magis ſe in partem affirmatiuam dicens ex toto precio ſine deductione expenſarum alcaualam ſoluendam: quia ſic lege 1. tit. 17. lib. 9. Recop. cauetur. ibi: De todo el precio porq̄ vendieren, ergo per locū ab ſpeciali in cæteris rebus cōtrariū obſeruabimus propterea quæ prædiximus quæ perpetuo ſunt notāda:

quia non ita alibi nec cum hac reſolutione, & diſtinctione ſcripta inuenies conſulerem tamen, quia caſus frequentes ſunt vt de eis lex fieret: quia Doctores paula tractant, nec Caſaneus in Cathalogo gloriæ mundi. 12. parte cōſiderat. 99. limitatione 18. agit
203 niſi de creditore ex confectione teſtamenti difuncti: quia præfertur omnibus creditoribus anterioribus defuncti ex Bartulo quē citat in lege nō ignorat. C. de fru
204 ctibus, & licium expenſis, & illa expenſa, inquit ante omnia eſt deducēda: niſi extendas hanc doctrinam ad cæteras expenſas proceſſus, eadē ratione quidē extendere eam poteris, nec prædicta extendas ad vēditorem in precio rei venditæ: quia nō habet in eo prælationem cæteris creditoribus, & ſi venditor poſſe habeat ſcripturā publicam, & hypothecam generalem, quidquid dicat Albericus in l. oblig. ff. de pignorib. quem refert Gutierrez alleg. 5. n. 2. quia hoc nō tenet nec ſentit Neguſancius de pignoribus. 4. p. principali n. 18. licet Cepola cautela. 124. teneat quod ſic ſed verius eſt cōtrariū: quia dominiū tranſit in emptorem nec eſt cauſa cur inducatur talis prælatio, nec vnquam vidi ſeruari.

Sæpe controuerti ſolet an cre
205 ditor ex cauſa lucratiua, vel vxor pro arris prior tempore cum hypotheca ſit poſterior ſoluenda ſolutione facta prius creditoribus ex cauſa onerosa hunc articulū, quo ad creditorē ex cauſa lucratiua tetigit, & reſoluit Ioannes Gutierrez de iuramento lib. 3. c. 1. n. 20. vbi tenet poſteriori loco ſolutionē faciēdā huiuſmodi creditoris ex dicta lucratiua cauſa ſolutis prius creditoribus onerosis quantumuis perſonalibus eſt pro eo fortis, & expreſſus tex. in l. inter omnes 19. ff. de re
206 iudicata ibi. Is quoq; qui ex cauſa donationis conuenitur in quātum facere poteſt condēnatur, & quidē is ſolus deducto ære alieno. Vnde prouenijt praxis vt ſæpe, en concurſo de acreedores quando la muger ſe opone por ſu dote, y arras, aunque la eſcriptura ſea anterior a otros hypotecarios, ſe le prefiere en el dote, y las arras a la poſtre pagadas todas las deudas oneroſas; y quando no ay bienes para pagar las deudas en otras ſentencias, ſe da
207 por libre al deudor, y bienes de las arras. Nam ſolet eſſe potior cauſa creditorum, qui onerosam cauſam habēt quam eorum, qui lucratiuam. l. quod autem. 7. §. ſimilimodo. l. vltima. §. ſi à ſocero. ff. quæ in fraudem creditorum.

208 Contrarium imo creditorem ex cauſa lucratiua ſuo loco, & tempore ſuæ antiquitatis eſſe ſoluendum voluit tenere Felicia no de cenſibus 1. part. lib. 3. cap. 5. n. 25.

5.num.25.per legem 1.C.de iure fiſci lib.10. referens Hieronymũ Gabrielem ſic tenentem vt ſine diſtinctione cauſæ lucratiuæ prælatio, & concurſus fiat, pro quo etiam facit lex ſi quidem. C.de donationibus inter virum, & vxorem cuius nulla à uoſtrati
209 bus mentio facta fuit ex qua probatur donationi factea marito ſuæ vxori nullum præiudicium generari ex facto mariti quando præcedens donatio valida fuit, qui textus maximopere vrget pro arris, & in earum fauorem, & ibi Salicetus eſt etiam reſolu-
210 tio Roderici Suarez in l.1.tit. de las arras, num.59. vbi inquit aduerſus creditores poſteriores vbi concurrunt ſuper bonis maritorum mulier detrahit ante omnia dotem, & arras, & ita dicit quotidiæ practicari. Et Villadiego in Politica cap.7.num.17.fol.240. n.17. in fine vbi inquit. Porque como queda dicho, la muger, por las arras, aũque no tiene prelacion, en virtud de la tacita hypoteca, como la tiene por dote en virtud dela hypoteca eſpecial ò expreſſa la tiene. Idem reſoluit vbi, adeſt, hypotheca expreſſa quod prælatio ſit facienda arrarum Gutierrez lib.2.practicarum quæſt.17.n.4.conducunt adducta ab eodem autore lib.4. practicarum quæſt.65.n.7. vbi reſoluit titulum, & cauſam arrarum eſſe onerοſam plures referens diſputans aliam diuerſam quæſtionem circa reſeruationẽ de qua agit.*

Conſtituam quo ad arras, &
211 donationẽ factam à marito ſuæ vxori ſequentis concluſiones; erit igitur prima concluſio donationi validæ factæ à viro ſuæ vxori, quæ fuit prædij vel rei cũ tradditione, & aſsignatione non præiudicant debita poſtea per virum contracta probat textus ſic intelligendus in d. l. 1. C. de iure fiſci lib. 10. vbi realis donatio prædiorum interuenit, & in dicta lege ſi quidem 13. C. de donationibus inter virum, & vxorẽ,
212 idem in quolibet donatario intelligendum, & extendendum eſt per dictam l. primá dixi poſt traditionem: quia antequam fiat traditio rei donatæ vel venditæ præiudicat hypotheca donatoris
213 vel venditoris hæc eſt gloſ. celebris in d.l.1.verbo perfectá, quá ſequitur Baldus ibi, & ratio eſt: quia ante traditionẽ verá, vel fictá donans, vel vẽdens dominus manet, & ſic rem donatam, vel venditam obligare poteſt, in vẽdicatione eſt etiam dicta gloſſa, & eius doctrina per textum in l. quod ſæpe 35.§.ſi res.ff. de contrahend.emp.ibi vendicationem rei, & cõdictionẽ exhibeat emptori ergo ante traditionem dominus manet. §. vendite inſt. de rerum diuiſſ. & ſic valet hypothecæ dicta conſtitutio.

Secunda concluſio donacio arrarum vel ſponſalitia largitas in his caſibus in quibus eſt valida nihil amplius habet, quam hy
214 pothecam ſine prælatione. Communis eſt Doctorum ſententia relata à Barboſa in l. 1. 3. p. n. 3. & 6. p. n. 16 & 17. ff. ſoluto matrimonio citatur ab omnibus lex aſsidius §. hæc autem. C. qui potiores in pignore habeantur Thomas Sanchez lib. 6 de ſponſalibus diſputatione 7. n. 5. fol. 914. dominus Ioães del Caſtillo meritiſsimus Hiſpalenſis Auditor Regius lib. 3. controuerſiarum cap 4. n. 31. Flores Diaz lib. 1. variarum fol. 61. n. 10. quamuis contrariam referat Valdes ad Roderieum Suarez fol. 36. §. quod pone, cuius reſolutio vera non eſt, nec Antonius Gomez, quem citat probat quod dicit quæ procedunt quando in aſsignatione arrarum non fuit interpoſsita hypotheca expreſſa generalis ſeu ſpecialis per conuentionem, & obligationem.

Quid autem obſeruandum
215 eſt quãdo in eodem inſtrumẽto dotis vt communiter fit. El marido obliga ſu perſona, y bienes a la reſtitucion, y paga de la dote, y arras por el prometidas. Certe articulus eſt non facilis, & pro parte negatiua, & prius eſſe ſoluenda omnia debita onerosa non ſolum hypothecaria ſed perſonalia antequam donatio quantitatis arrarum ſoluatur, eſt fortiſsimus textus in dicta lege inter omnes. ff. de re iudicata iam citata, nec oberit conuentionalem hypothecæ oppoſitionem eſſe, quia hypotheca eſt rei propiæ ſupoſitio ad ſaniorem, & certiorem ſolutionem debiti Neguſancius de pignoribus 1. p. in principio num. 2. Balduinus in eodem tractatu cap. 1. Felicianus de cenſibus cap. 4. lib. 3. num. 2. Rodriguez de redditibus lib. 2. quæſt. 19. num. 5. quæ quidem aceſſoria eſt ad actum, & ſublata actione perſonali ipſamet hypotheca extinguitur. l. contrahitur. ff. de pignoribus ſi igitur aceſſoria ergo eadem ſequitur naturam *contractus*, vt ſi ſit lucratiuus hypotheca ſit cauſæ lucratiuæ cum ſuis qualitatibus, & ſi oneroſſæ erit hypotheca onerosa quemadmodum de iuramento dicimus ex l. finali. C. de non numerata pæcunia ergo quantumuis adſit hypotheca obſeruandus eſt textus in dicta l. inter eos. ff. de re iudicata & debitor non conuenitur ex cauſa donationis niſi ære alieno deducto ergo parimodo in arris cum earum donatio ſit, & ſeruanda ſunt, quæ concludit Gutierr. d. cap. 15. n. 20. lib. 3. de iuramẽto extẽdẽtes, quæ adducit ad arras.

Pro contraria parte faciunt doctrinæ, & authoritates citatæ eiuſdem Ioannes Gutierrez

tierrez q.17. lib.2. practicarum n.4. & aliorum quos retulimus, & hoc debet operari hypotheca expreſſa tum maxime: quia arræ donátur, in præmium pudicitiæ vt bene adducit Suarez in d. l. 1. n. 1. de las arras, ergo earum caſu vt remuneratoria eſt iudicanda,
216 & onerosa. Quid tenendum fateor primam partem dum eſſem aduocatus intrepide defendiſſe, & quandoq; obtinui per l. inter eos, & aliquando fui victus in litibus.

In iudicando, & nunc in conſulendo non auderem recedere ab hac ſecunda parte, vt prælatio ſit ſimul dotis, & arrarum tamet ſi à doctiſsimis iudicibus prima pars fuit electa moueor, ex l. ſi quidem. C. de donationibus inter virum, & vxorem cui in caſu donationis validæ facta à viro vxori non poteſt dari reſponſum circa præiudicium cæterorum contractum poſteriorum, qui non præiudicant vxori, & in arris promiſsis in pæcunia quod debeat eſſe prælatio faciunt quæ adduximus ſupra n. 210.

Extra cauſam arrarum in do-
217 natione quantitatis pæcuniæ tritici, vel alterius generis ſeruanda ſunt quæ reſoluit Gutierrez dicto cap. 15. n. 20. lib. 3. vbi adſuit donatio rei certæ, & tradditio donatarius præferendus eſt in eadem re cæteris creditoribus, & etiam fiſco dicta l. 1. C. de iure fiſci lex autem ſi quidem. C. de donationibus inter virum, & vxorem intelligenda erit, vel facta traditione ſpeciei ſeu fundi donati vel inter virum, & vxorem, quo caſu valet inter eos donatio nec extendenda ad alios, & ſic creditores ex cauſa lucratiua poſteriori loco ſunt ſoluendi, & ſi hypothecam pro ſe habeant, & antiquiores ſint.

Si autem dictam partem negatiuã, hoc eſt excluſsioné prælationis in arris ſequi velis (afirmatiuã ego nunc ſequor, & in iudicando conſulo it eã ampletari ijs) limitabis dictã negatiuã partem vt non procedat in arris promiſsis in augmentũ dotis, vel in donatione propter nuptias adhoc augmentũ aſsignata: quia tũc eadẽ prællationẽ ſicut, & ipſa dos habẽt arræ vt ex mente, & diſtin
218 ctione Gre. Lop. colliges in l. 29 tit. 13 p. 5. per textũ in authẽtico de qualitate dotis. §. his cum ſequẽs Dñs Ioã. del Caſti. d. diſpu. 4 lib. 3. n. 34. idẽ eſt iudicandũ de
219 donatione remuneratoria pro qua habet mulier prællationẽ ſi
220 adſit hypotheca expræſſa, quæ prælatio cõpetet à die conuẽtionis, & promiſsionis defendit Caſtill. d. cõtrou. 4. ex n. 39. donationẽ remuneratoriã accipe quæ ſit ab ignobili viro vxori nobili, vel à ſene iuueni: nã eo caſu nõ ſolũ præ d. procedẽ ſed dos nõ recep
221 ta inducitur ex cõfeſsione mariti

 animo

animo donandi, & remunerandi idem ſenſit Palacios Rubios in repetitione rubricæ. §. 10. & §. 31. n. 4. Couarrub. & alij adducti à Valdes in additionibus Roderici Suarez in l. 1. tit. de las arras fol. 33. additionis, & ſic cum diſtinctione abſoluta manet vtilis, & frequẽs quæſtio, quæ quidem quo ad arras fecit dubitare doctiſsimos viros, nec enim dominus Ioannes del Caſtillo dicta controuerſia licet plura erudite more ſuo dixit tetigit principalem noſtrã quæſtionem, de quando en la eſcritura de dote, ò en la conſtitucion de arras, ay obligacion de perſona, y bienes de reſtituyrlas diſuelto el matrimonio, quod quotidianiſsimum eſt ſed ſolum egit quãdo nuda promiſsio adfuit ſine hypothecæ conuentionali.

222 De expenſis ex actionis debiti aliqua libuit referre illæ quidẽ quæ ſunt debitæ ratione obligationis, & clauſulæ ſolitæ apponi in ſcripturis: Que os pagarè con las coſtas, y daños, in concurſu creditorum ſunt ſoluendæ tales expenſæ, & ſalaria eodem loco quo debitum principale, & in eadem graduatione creditoris colliges notabiliter ex Caſaneo dicta duodecima parte Cathalogi gloriæ mundi conſideratione 99. ver. decimo octauo extende vbi inquit, & hoc facto videtur quod expenſæ omnium ſint collocandæ ſecundum quod collocata fuerunt principalia, & ita ſeruatur in practica.

Vnde infero quod expenſæ
223 aduocati, & procuratoris quas creditor habuit pro exigẽdo ſuo debito in ſcriptura publica ſibi dubita veniunt ei ſoluendæ, ſalariaq; taxata à iudice aduocato, &
